

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Anno dni Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo ipso die conversionis sancti Pauli obiit honorabilis dns Theodericus [illegible] canonicus et Scholasticus ecclesie Collegiate in Dusseldorp qui hunc librum cum multis aliis legavit ad librariam ecclesie cuius anima requiescat in pace Amen

1) H *4665, Proctor 560, Brit. Mus p. 125/126
Nr I B 1717

2) Cop. 6371, Proctor 736., Brit. Mus. p 160
Nr I B 2335

K. R. 525

# Casus longi ſup inſtituta

Ad bibliothecam Capli
Dusseldorpiensis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Tabula oīm titulorū inſtitutionū

Sequunt rubrice īſtitutōnū ꝑmi libri.
De iuſticia ⁊ iure.
De iure naturali gentiū ⁊ ciuili.
De iure pſonarum.
De ingenuis. De libertinis.
Qui ⁊ ex ꝗbꝫ cauſis manumittere nō pñt.
De lege fuſia canina tollenda.
De his qui ſui vl' alieni iuris ſunt.
De patria poteſtate. De nuptijs.
De adoptionibus.
Quibꝫ modis ius patrie ptātis ſoluit.
De tutelis.
Qui teſtamento tutores dare poſſunt.
De legittima agnatorum tutela.
De capitis diminutione.
De legittima patronorum tutela.
De legittima parentum tutela.
De fiduciaria tutela.
De attiliano tutore et eo qui ex lege iulia et titia dabatur.
De auctoritate tutorum.
Quibus modis tutela finitur.
De curatoribus.
De ſatiſdatione tutorum ⁊ curatoꝝ.
De excuſatōnibus tutoꝝ vel curatoꝝ.
De ſuſpectis tutoribꝫ vel curatoribus.

Secundi libri.

De rerum diuiſione.
De rebꝫ corꝑalibus ⁊ incorporalibus.
De ſeruitutibꝫ ruſticorum prediorum.
De vſufructu. De vſu ⁊ habitōne.
De vſucapionibꝫ ⁊ lōgi tpis pſcṗtione
De donationibus.
Quibus alienare licet vel non.
Per quas pſonas nobis ius acquirit.
De teſtamentis ordinandis.
De militari teſtamento.
Quibꝫ nō ē ꝑmiſſum facere teſtamentum.
De exheredatione liberoꝝ.
De heredibus inſtuendis.
De vulgari ſubſtitutione.
De pupillari ſubſtitutione.
Quibus modis teſtamentū infirmatur.
De inofficioſo teſtamento.
De heredum qualitate ⁊ differentia.
De legatis.
De ademptione legatorum.
De lege falcidia.
De fideicōmiſſarijs hereditatibus.
De ſingulis rebꝫ ꝑ fideicōmiſſū relictis
De codicillis.

Tercij libri.

De hereditatibꝫ q̄ ab inteſtato deferunt.
De legittima agnatoꝝ ſuceſſione.
De ſenatuſconſulto terculiano.
De ſenatuſconſulto orficiano.
De ſucceſſione cognatoꝝ.
De gradibus cognitionum.
De ſeruili cognatione
De ſucceſſione libertorum.
De aſſignatione libertorum.
De bonorum poſſeſſione.
De acq̄ſitione ꝑ arrogationem.
De eo cui libertatꝫ cauſa bone adijciunt
De ſucceſſionibꝫ ſublatis que fiebant ꝑ bonoꝝ vēditōes ⁊ ex ſenatꝰ cōſulto claudiano
De obligationibus.
Quibꝫ modis re cōtrahitur obligatio.
De verborū obligatione.
De duobꝫ reis ſtipulandi ⁊ ꝑmittendi
De ſtipulatione ſeruoꝝ.
De diuiſione ſtipulationum.
De inutilibꝫ ſtipulationibus.
De fideiuſſoribus.
De literarum obligatione.
De obligatione ex conſenſu
De emptione ⁊ venditione.
De locatione ⁊ conductione.
De ſocietate. De mandato.
De obligatōibꝫ q̄ ꝗ̄ ꝗ̄ ꝯtractu naſcūtur.
Per q̄s pſonas nobis obligatio acq̇rit.
Quibus modis tollitur obligatio.

Quarti libri.

De obligatōibꝫ q̄ ex delicto naſcunt.
De vi bonorum raptorum.
De lege acquilia.
De iniurijs.
De obligatōibꝫ q̄ ex ꝗ̄ delicto naſcūtur.
De actionibus.
Quod cum eo qui in aliena poteſtate ē negocium geſtum eſſe dicitur.
De noxalibus actionibus.
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur
De his ꝑ quos agere poſſumꝰ.
De ſatiſdationibus.
De ꝑpetuis ⁊ tpalibꝫ actiōibꝫ ⁊ q̄ ad heredes ⁊ ꝯ̄ hedes trāſeūt. De exceptionibus.
De replicationibus. De interdictis
De pena temere litigantium.
De officio iudicis. De publicꝫ iudicijs

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# In nomīe domini

Hanc rubꝛicaꝫ diuide in quatuoꝛ
ptes. In prima pte inuocat nomē
dñi. In ſcd̄a ponūt noīa dignitatū ꝓpria et
appellatiua. In tercia dicit̄ q̇bꝫ dirigit̄: q̇a
iuuenibꝫ gr̄a principis: hic liber inſtitutio
nū appellat̄. In q̇rta ponit quedā rubꝛica
ſpecialis ad hāc. ſcꝫ ibi inſtitutionū ſeu ele
mentoꝝ: Ex prima nota nomē dñi inuocā
dū. Ex ſcd̄a nota noīa iuſtiniani Ex tercia
nota ꝙ occaſione rudiū fuit factus iſte li
ber: ex vltima rōne ꝙ iſte liber appellat̄ inſti
tutionū ſeu elementoꝝ. Singula vocabu
la expone vt in gloſa dñi accurſij.

# Imperatoꝛiaꝫ

Totū iſtud ꝓhemiū pōt di
uidi in nouē ptes principa
les. In prima forma caſum
Impatoꝛ iuſtinianus fecit
ꝓmo fieri vnū codicē quē nō habemus: ſꝫ
nouū loco illiꝰ ex tribꝫ codicibꝫ antiq̇s. ſcꝫ
hermogeneo: theodoſiano ⁊ gregoꝛiano. ⁊
ex alijs extrauagātibꝫ ꝯſtitutōibꝫ ſacrꝭ a ſe
vel ab alijs ꝑncipibꝫ cōpoſitꝭ. Scd̄o fecit fi
eri libꝝ digeſtoꝝ ſeu pandectaꝝ ex antiq̇s
voluminibꝫ deſpatis. Tercio fecit fieri li
bꝛū inſtitutionū ꝑ tres ſapiētes. ſ. tribunia
nū. theodo. doꝛotheū. Cōtigit aūt q̇dā die
ꝙ venit añ pñtiaꝫ iuſtiniani q̇daꝫ laicꝰ qui
tracto pileo ⁊ flexis genubꝫ ī pñtia dñi iuſti
niani talia ỽba dixit. Dñe nō habeatis pro
malo id qđ vobis dicā. Impatoꝛ ridēs di
xit. Dicas mihi q̇d tibi placebit: nō mole
ſte ferā. Dicit illi laicus. Dñe impatoꝛ valđ
miroꝛ exeo ꝙ facitis: ⁊ oīes etiaꝫ mirant̄.
vos eſtis miles ⁊ q̇libet impatoꝛ eſt miles.
vt. ff. de teſta. mili. l. i. vbi impatoꝛ alios mi
lites appellat cōmilitones: Ex quo ḡ eſtis
miles armis debetis intēdere ⁊ nō legibus
⁊ tamē ꝯtrariū facitis: qꝛ legibus tm̄ inten
ditis. Feciſtis eñ fieri vnū codicē ex anti
quis tribꝫ codicibꝫ: ſcꝫ Hermo. theo. ⁊ gre
go. ⁊ ex alijs extrauagātibꝫ ꝯſtitutionibus.
Itē feciſtis cōpilari libꝝ digeſtoꝝ ſeu pan
dectaꝝ ex antiquis libris deſperatis: Itēꝫ
precepiſtis tribꝫ viris ꝑitis. ſcꝫ tribuniano
theodo. ⁊ doꝛotheo. vt libꝛū inſtitutionūꝫ
cōponerent. Dicite ḡ mihi q̇re hoc facitis.
⁊ quare intenditis legibꝫ tm̄ ⁊ nō armis cū
ſitis miles: ⁊ ſic armis debetis intendere: vt
C. de iure deliberādi. l. fi. circa ꝑncipium.
Ad hoc rñdet benigne impatoꝛ aſſignans
duo tp̄a. ſ. tp̄s belli ⁊ tp̄s pacis. Et dicit fili
mi ſic tibi rñdeo. Decens eſt vt q̇libet impe
ratoꝛ ſit munitus his duobꝫ tp̄ibꝫ. ſ. armis
⁊ legibꝫ: ⁊ hoc ideo: qꝛ ſi his duobꝫ tp̄ibꝫ eſt
munitus impatoꝛ: vtrunq̄ tp̄us recte pote
rit gubernare: ⁊ tp̄us belli ⁊ tp̄s pacis. Nā
tempus belli gubernabit ꝑ arma ⁊ vſuꝫ ar
moꝝ: ⁊ ſic efficiet̄ victoꝛ ⁊ triumphatoꝛ. Tē
pus aūt pacis gubernabit ꝑ legē ⁊ vſum le
gis: ⁊ ſic puniet maleficia delinquentiū: ⁊ ꝑ
hoc fiet religioſiſſimus ⁊ ſanctiſſimus ma
leficia puniēdo qꝛ valde religioſum eſt ⁊ ſā
ctū punire maleficia ſeu malefactoꝛes: Et
hoc in prima pte vſq̄ ibi. Quoꝝ. ¶ Quo
rū. Incipit ſecūda ps in qua ſic forma caſū
Adhuc ſtabat laicus ante principē: ⁊ iterū
queſiuit: dñe impatoꝛ dicite mihi ſi quilibꝫ
impatoꝛ debeat eſſe munitus his duobus
tp̄ibus. ſcꝫ armis ⁊ legibꝫ: ⁊ vos dñe iuſtini
ane q̇lr̄ eſtis munitus his duobꝫ tēpibus.
Rñdet mitim: certe ſū vtroq̄ tp̄e munitꝰ.
ſcꝫ armis ⁊ legibꝫ. Naꝫ circa arma ꝓbe me
habui: ⁊ circa leges diutius vigilaui. ⁊ hoc
in ſecūda pte vſq̄ ibi. Et bellicos ¶ Et bel
licos quidē ſudoꝛes noſtros. Incipit ter
cia ps in qua ſic forma caſū. Et ſtabat ad
huc laicus corā principe iuſtiniano impa
toꝛe ⁊ dicebat. Dicite mihi q̇lr̄ circa arma
vos habuiſtis ꝓbe. qꝛ dixiſtis ſ. primo. ſꝫ
ꝙ circa arma vos habuiſtꝭ ꝓbe: ⁊ qualiter
circa leges: qꝛ ſup̄ ꝓximo dixiſtis ꝙ circa
leges diutius vigilaſtis. Iuſtini. rñdet di
cens primo qualiter circa arma ſe habuit.
Et dicit ſi vis ſcire qualiter circa arma me
habui: queras inimicis meis q̇s ſubiuga
ui ⁊ ſupaui ⁊ deuici. Et queras oībꝫ de pro
uincia que appellat̄ affrica. Quia debes ſci
re ꝙ antiquiſſimo tp̄e illa ꝓuincia ſcꝫ affri
ca ⁊ alie innumerabiles ꝓuincie erant ſub
iecte imperio romano ⁊ romani ꝑdiderūt
illas ꝓuincias: ⁊ ſteterūt ille ꝓuincie longiſ
ſimo tp̄e extra iuriſditionē romanoꝝ. ſcꝫ ꝑ
ſpaciū centū q̇nq̄ annoꝝ: ⁊ tandē ego iuſti
nianus ꝑ meā probitatē valentiam ⁊ ſapiē
tiam recupaui eas ⁊ ſubieci impio roma
no: ⁊ h̄ in tercia pte vſq̄ ibi. Oīes

# Prohemium

Nõs ꝓo. Ibi incipit quarta ꝑs in q̄ dicit imꝑatoꝛ iuſtinia. q̄lr circa leges ſe habuit dicēs illi laico q̇ aſſiſtebat corā eo: fili mi circa leges me habui ꝙ q̄ſi oēs hoīes de mundo viunt legibꝫ alioꝝ imꝑatoꝝ q̄s leges ī melius reformaui. Ecce erant eīm olim tres codices. ſcʒ hermogeneanū theodoſianū gregorianū: ⁊ aliē ꝯſtitutiōes extrauagātes ſparſim poſite ꝑ quaternos ⁊ leges ꝓdictorū triū codicū ⁊ aliarū ꝯſtitutionū extrauagantiū que valde erāt ꝯfuſe. ego iuſtinianꝰ ex illis tribꝫ codicibꝫ ⁊ ex aliis extrauagantibus ꝯſtitutōibꝫ feci fieri vnū codicē claꝝ ⁊ elucidatū. Secūdo loco ego iuſtinianꝰ habui reſpectū ad aliq̄ voluīa deſperata et īmenſa ſeu ꝑlixa ⁊ infinita. ⁊ ex illis voluminibus deſperatis cōpilari feci libꝝ. ff. ſeu pandectaꝝ: ⁊ q̄ſi ꝑ mediū profundū vadēs iā ꝑ dei grām adimpleui illud opus. ff. ſeu pandectaꝝ. ⁊ hoc in q̄rta pte vſqꝫ ibi. Tūcꝫ

Tuncꝫ. Ibi incipit q̇nta ꝑs in qua intēdit ad huc dicere imꝑatoꝛ iuſti: qualiter circa leges ſe habuit ⁊ dicit Audi fili mi cōdito codice ⁊ digeſto nolui adhuc quieſcere. ſed miſi ꝑ tribus ſapiētibꝫ curie mee. ſcʒ ꝑ tribuniano qui erat doctoꝛ legū ⁊ in dignitate queſtorie tūc poſitus. Itē miſi ꝑ theophilo ⁊ dorotheo q̇ erant illuſtres viri ⁊ antecesſores noſtri: qꝛ forte fuerāt cū ꝓcedentibus imꝑatoribꝫ qui tres viri de tribꝫ poterant cōmēdari. primo de ſolertia. qꝛ valde intenti ⁊ ſoliciti erāt circa artē legalē: ſecundo de ſcientia. qꝛ valde erāt ſapientes. Tercio de fidelitate: qꝛ ꝓcepta mea efficaciter ſuſcipiebāt ⁊ ad effectū fideliter perducebāt. ſicut iam mltotiens vidi ⁊ exemplo cognoui: ⁊ cū fuerūt in ꝑſītia mea ego rogaui eos ⁊ precepi eiſdem vt mea auctoritate ⁊ meis ſuaſionibꝫ libꝝ inſtitutionū. i. inſtituta cōponerent qᷝ fecerūt. Et hic liber inſtitutionū fuit bonus duplici rōe. Primo fuit bonus ad hoc vt rudes ſcolares q̇ ꝓponūt audire iura cū ꝑmitus ſtudeāt in his ꝯſtitutionibꝫ a me iuſti. cōpoſitis. nō aūt ſtudeant in antiq̇s ꝯſtitutōibꝫ que fabulas ꝯtinent. Iſte eīm ꝯſtitutōes vtiles ſūt qꝛ nihil inutile ꝯtinent ⁊ nihil ꝑperaʒ. i. male poſitū vel iuri ꝯtrariū ⁊ nihil inuſitatū. ſed ꝯtinēt ſolūmodo ea que ſūt vtilia ⁊ iuri ꝯſonantia ⁊ quotidie emergentia ſeu euenientia ⁊ accidentia. ſcdo bonū fuit hunc libꝝ inſtitutionū cōponere. qꝛ ſcolares rudes volentes ſtudere in his inſtitutionibꝫ plus ſcient et addiſcent in vno anno q̄ȝ olim addiſcebāt vſqꝫ ad quadrienniū. q̄ñ ab antiq̇s inſtitutionibꝫ ſuū ſtudiū inchoabant ſiue incipiebant. Tandē in fine huiꝰ ꝑtis quinte dirigit ſermonē ſuū imꝑatoꝛ iuſtinia. iuuenibꝫ ſeu ſcolaribꝫ rudibus: occaſione quoꝝ iſtū libꝝ inſtitutionū fieri fecit dicens. O iuuenes principiū legalis ſcientie habetis a me iuſtinia. ſcʒ libꝝ inſtitutionū: ⁊ finē legalis ſciētie ſil'r a me habetis. ſcʒ codicē queʒ feci fieri ex tribꝫ codicibꝫ ⁊ aliis extrauagantibꝫ ꝯſtitutionibus. qꝛ primo anno ſtudii legit inſtituta. ⁊ vltimo anno ſtudii legit codex et ambo ſūt libri imꝑiales ſeu imꝑatoris. ⁊ a me iuſtiniano cōpoſiti. Et ſic debetiſ vos iuuenes valde gaudere de tanto honore: qꝛ principiū ⁊ finē ſtudii habetis a me iuſtiniano. ⁊ hoc in q̇nta pte vſqꝫ ad. §. igit

Igitur. Incipit ſexta ꝑs in qua ſic formabis caſum. Dicit imꝑatoꝛ iuſtinianus q̄li ſe cōmendans. quid feci ego poſt omnia predicta ⁊ poſt cōpoſitōem. i. ⁊ poſt tp̄s digeſtorū ſeu pandectarū in q̄ cōpilatōe. ff. feci per tribunianū ⁊ ſapiētes alios ⁊ poſt libꝝ inſtit. ego ꝓcepi ꝓdictis tribꝫ ſcʒ tribuni. theodo. ⁊ dorotheo. vt volumē inſtitutionū qᷝ fecerāt in q̄tuoꝛ libros diuiderēt qᷝ fecerūt Primꝰ liber durat vſqꝫ de rerum diuiſione Secūdus de hereditatibꝫ ab inteſta. Tercius de obligatōibꝫ. Quartus ab inde vſqꝫ ad finē huiꝰ voluminis: ⁊ hoc fieri feci: ſcʒ libꝝ inſtit. in. iiii. libros partiri ad ſilitudinē. iiii. elementoꝝ. ſcʒ aque. terre. ignis ⁊ aeris: qꝛ ex his oē corpus gubernat humanū. ita ex hoc volumie inſti. ꝑ. iiii. libros ꝑtito ſeu diuiſo iuuenes ſuſtentant. i. adiuuant. vt poſtea poſſint ſecure accedere ad libros legales. ex q̇ in iſtis inſtitutōibꝫ ꝑmo ſtuduerint. Et h̄ in ſexta pte vſqꝫ ad. §. In q̇bus.

Ibi incipit ſeptima vbi r̄ndet cuidā tacite q̄ſtiōi q̄ ſibi poſſet fieri in hūc modū. Poſſet dicere aliq̇s. dn̄e imꝑatoꝛ que ē materia iſtaꝝ inſtitutionū. ⁊ ipe r̄ndet: ſic ex auro ⁊ argēto ſeu ex materia auri fit ānulꝰ ita iſte due inſtitutōes facte ſūt ex eo ꝙ oliʒ erat in vſu ex legibꝫ antiq̇s: ⁊ ex eis legibus antiquis que in vſu eſſe deſierunt. ſed ego

Iuſtinia. eas illuminaui τ ad vſum reduxi ī hoc libro inſtitutionū eas ponēdo. ſiue faciendo eas cōponi. Extra caſū ſubaudi φ etiā facte ſūt iſte inſtitutōes ex antiq̄s ɔſtitutōib᷒ τ alijs multꝭ antiq̄s legib᷒. vt habe ns ſtati ī ſeq̄nti pte. Omnes ex oib᷒. Ibi incipit octaua ps in q̄ ſic figuraṫ caſus. Dicit iuſtini. pdicti tres viri. ſcȝ tribuni. theo. τ doro. cōpoſuerūt hanc inſtitutam ex antiq̄s inſtitutōibus q̄s nō habem᷒ ex cōmentarijs gloſis Gaij. q̄s glo. fecit ipſe Gaius ad expoſitōeȝ predictaꝝ ɔſtitutionū antiq̄rū τ ad expoſitionē cuiuſdā libri q̄ appellaṫ liber rerū quotidianaꝝ: etiā ex multꝭ cōmentarijs ab ipſo gaio factis. Et pdicti tres ſapiētes. ſcȝ tribu. theo. τ doro. q̄ hūc libꝝ cōpoſuerūt τ ipſū cōpoſitū ſicut diximus in quatuor libros diuiſerūt tā bene cōpoſitū τ diuiſū in nr̄a pñtia attulerūt: φ nos ipi legimus τ bñ cōpoſitū inuenim᷒ ſicut dicim᷒ φ illū libꝝ inſtitutionū approbauim᷒ τ plenū robur accōmodam᷒: ita φ volum᷒ vt tātū valeant leges iſtaꝝ inſtit: q̄ꝫtū valēt leges in nr̄o codice poſite. Extra caſū vel q̄ꝫtū valent leges poſite in. ff. τ hic in octaua pte vſq̄ȝ ad. §. Sūma. Sūma itaq̄ȝ ope. Hic incipit nona ps τ vltima in qua ɔcludit iuſtinia. τ loquiṫ iuuenib᷒ ſeu rudib᷒ dicens O iuuenes accipite hūc libꝝ inſtitutionū alacriter τ viril'r in eo ſtudete. Et poſtq̄ȝ ipſū ſtudueritis τ in ipſo τ in alijs libris legalibus ſeu alios libros legaliū ſciueritꝭ. vos eritis gubernatores reipublice τ nr̄aꝝ ciuitatū ſeu ꝓuinciarū ꝓpter ſapiētiam τ doctrinā veſtrā. q꞉ citius viri periti τ docti eligunṫ in rempublicā regendā q̄ȝ laici. τ hoc dicit tercia iſta ɔſtitutio. Extra caſū no. pmo φ in principe duo debēt eſſe tpa. ſcȝ tp̄s legum τ tp̄s armoꝝ. Scdo no. φ aliquis dr̄ decorari armis τ armari legib᷒. Tercio no. φ illud qđ dicit in pmo no. ſcȝ φ in pncipe ſūt duo tpa. ſcȝ tp̄s legū τ tempus armoꝝ. Intelligas tp̄s legū. i. tp̄s pacis. τ φ dicit tp̄s armoꝝ intelligas tp̄s belli. Quarto no. iiij ꝓportionabilia in gloſa: Quinto no. φ ſcīm ē punire malefactores ſeu maleficia. Sexto no. φ vigilia ptinet ad leges τ ꝓuidentia ad arma. Septimo no. de ordine libroꝝ iuris. q꞉ primo fuit factus codex prim᷒ ex antiquis tribus codicib᷒ τ ex alijs extrauagātibus ɔſtitutōibus. ſecūdo fuerūt cōpilata τ cōpoſita digeſta ex antiquis voluminib᷒ diſperſis. tercio fuerūt inſtitutōes cōpoſite vt h in. §. Oēs ꝟo. τ in. §. Lūq̄ȝ hoc. Et p᷒ hec oīa factus fuit codex nonus liber τ vltimus autenticoꝝ. Octauo nota inſtitutiones ſeu inſtitutā fuiſſe cōpoſitam occaſione rudiū τ iuuenū. Nono nota φ ſcolares a principe habēt principiū τ finē ſtudij. pncipiū habēt. q꞉ primo anno ſtudēt inſtitutā que ē compoſita ab ipo impatore. habent finem ſtudij a principe. q꞉ vltimo anno ſtudent codicē quē codicē ipſe princeps iuſtinian᷒ cōpilauit ex trib᷒ antiq̄s codicib᷒. ſcȝ Hermogeneano. theodoſiano τ Gregoriano. et etiā cōpilauit ex antiq̄s ɔſtitutōibus extrauagantib᷒. Nota decimo φ res diuiſa τ diſtincta melius intelligiṫ q̄ȝ res nō diuiſa. Nota vndecimo φ iſte liber appellaṫ inſtitutionū ſeu elementoꝝ. Nota duodecimo φ tm̄ valent leges inſtitute q̄ꝫtū valēt leges alteri᷒ libri legalis. Nota. xiij. poſſe et debere ad regimen ꝓuinciarū τ ciuitatum eligi peritos ſapiētes τ doctos citi᷒ q̄ȝ laicos. multa alia poſſent notari circa has ɔſtitutiones. ſed pro pſenti vobis ſufficiat. Guilermus accurſij.

De iuſticia et iure.

Circa hanc rubricā quatuor ſūt videnda. Primo ē ɔtinuanda rubrica τ hoc modo. Impator iuſtinianus volēs incipe librū inſtitutionū incipit tractare de iuſticia τ iure. cū iuſticia inter alias ꝟtutes obtineat principatū. τ cū ius ſit ipſius iuſticie fili᷒: etiā agit poſt iuſticiaȝ de iure. Secūdo diuidit rubricaȝ in duas ptes. de prima tractaṫ ibi in principio. de secūda infra vſq̄ȝ ad ti. ſeq̄ntē. tercio expone rubricā. ſȝ h m̄ō. ſubaudi videamus de iuſticia τ iure. quarto formabit circa hanc rubricam duas q̄ōes. Prima ē que eſt drn̄tia inter iuſticiā τ ius. τ hanc ſolue vt in gloſa rubrice. in glo. poſita in. §. i. q̄ glo. incipit. Pōt recte τc̄. Scd̄a q̄ō q̄ ē cū in rubrica dicaṫ de iure τ in textu nihil dicaṫ diff. niēdo ſȝ diuidēdo ſic vt in. §. Iuris pcepta. τ hāc q̄ōem ſolue trib᷒ modis vt hic in ſecunda gloſa rubrice.

Iuſticia. Totū iſtū titulū diuide in quinq̄ȝ ptes principales. In prima pte ſoluȝ dr̄

de prima pte rubrice. ſcʒ de iuſticia: ⁊ in ipa prima pte diffinit iuſticia. Et e ſciendu: ꝙ hec prima ps in qua diffinit iuſticia dupliciter pōt intelligi. vno modo vt loquit̄ d̄ iuſticia diuina. alio⁹ vt loquit de humana iuſticia. Si vis intelligere de diuina iuſticia ſic po. ca. De⁹ q̄ ē iuſt⁹ hʒ volūtatē ꝯſtantē. id eſt firmā. ſtabilē ⁊ ꝑpetuā. i. nō tpalē. ſed ſp duraturā tribuēdi vnicuiq₃ ius ſuū. ſcʒ bn̄meritis padiſū. malemeritis infernū. Si aūt vis intelligere ſcd̄o mō. ſcʒ de hūana iuſticia ſic po. ca. hō iuſt⁹ hʒ. i. hr̄e dʒ volūtatē tribuēdi vnicuiq₃ ius ſuū. Et po. exēplū in iudice iuſto q̄ debet hr̄e voluntatē abſoluēdi inoxios ⁊ inculpabiles ⁊ puniēdo criminoſos: ⁊ ſm hāc ſcd̄aʒ expoſitionē illa duo vocabula poſita i diffinitōe iuſticie. ſcʒ cōſtans ⁊ ꝑpetua ſūt abijciēda ⁊ remouenda ab ipſa diffinitōe. q₂ iudex q̄ ē hō humanus nō eſt ꝯſtās in volūtate nec ꝑpetu⁹. In ſecūda pte incipit tractare de ſcd̄a pte rubrice. ſcʒ de iure in q̄ ſcd̄a pte ſic forma ca. Ego q̄ſiui a iuſti. im. o dn̄e rn̄deat̄ mihi ad hāc qōeʒ. nos dicim⁹ q̄tidie ꝙ bonū eſt hr̄e iuriſprudentiā: dicite ḡ mihi q̄d ē iuriſprudētia: vel q̄s dicat̄ hr̄e iuriſprudētiā. Et certe imꝑator rn̄det dicēs ꝙ ille dr̄ hr̄e iuriſprudentiā q̄ ſcit cogſcere res diuinas ⁊ hūanas et q̄ cognoſcit iuſtū ⁊ iniuſtū. tercio dicit ex q̄ vidim⁹ in p̄ma pte q̄d eſt iuſticia ⁊ ex q̄ vidimus in ſcd̄a q̄d ē iuriſprudētia. Etiā videamus q̄lr leges ſūt docende ⁊ q̄ ordine. ⁊ certe leges ſūt docende h̄ mō: q₂ ſcolares q̄ volūt audire iura ciuilia p̄mo debent incipe a leuib₉. ſcʒ ab h̄ libro inſtitu. poſtea debēt aſcēdere ad ḡuiora. ſcʒ ad libꝝ digeſtoꝝ ⁊ codicis. Et reddit rō q̄re ſit incipiendū a leuibus. q₂ ſi incipiāt a grauiorib₉ ſcʒ ad libruʒ digeſtoꝝ ⁊ codicis: vnū de duob₉ male accidet ſeu eueniet. q₂ aut rudis ꝓpter nimiā difficultatē deſeret ſeu relinquet pr̄ſus ſtudiū aut ſi nō deſerat: h̄ eſt ſi ꝓpter nimiā difficultatē nō dimittat ſtudiū cū mag̃ labore quiʒ etiā cū diffidentia. q₂ nō habebit ſpeʒ nec fiduciā ꝙ vnq̄₃ aliq̄d ſciet ſeu ꝑueniet ad fructū ſcientie. ad cui⁹ fructū citi⁹ ꝑueniſſet. ſi a leuiorib₉ ſtudiū ſuum inchoaſſet. Juris p̄cepta. Quarto dicit ꝙ ius nr̄m ciuile vno de trib₉ modis accipit̄ aut p̄cipit vt q̄s honeſte viuat: aut p̄cipit vt q̄s alteꝝ nō ledat. aut vnus hō ius ſuū vnicuiq₃ tribuat. de p̄mo pone exemplū in glo. que incipit q̄ſtum ad ſe ⁊c. de ſcd̄o ponit exemplū ꝙ nō debet vn⁹ alteri iniuriā inferre. vt. ff. eo. l. iij. de q̄ pone exēplū vt in iudice q̄ vnicuiq₃ debʒ ſuum ius tribuere put ſ. dixi in diffinitōe iuſticie. Hui⁹ ſtudij. Quinto dr̄ in. §. Hui⁹ ſtudij. ex q̄ ſcʒ vidim⁹ q̄d ē iuſticia. Itē ex q̄ vidim⁹ q̄t ⁊ q̄lia ſūt iuris p̄cepta. Et ē ſciendū vltimo loco ꝙ ius nr̄m ciuile in duas ꝑtes diuidit̄. ſcʒ in ius publicū ⁊ ꝑuatū: ⁊ p̄mo dicit q̄d dicat̄ ius publicū. Et certe ius publicū dicit̄ illa ps iuris nr̄i q̄ tractat de vtilitate toti⁹ mōdi. qō dic vt in glo. q̄ icipit Et ꝯſiſtit. Secūdo dicit q̄d dicat̄ priuatū. Certe ius priuatū dicit̄ illa ps iuris nr̄i q̄ tractat de vtilitate ſinguloꝝ. puta vt fūdus me⁹ ab aliq̄ poſſeſſus reſtituat̄ mihi: vl' puta vt d̄bitor me⁹ qō debet mihi ſoluat: ⁊ alia infinita exempla poſſes ponere. Tandē dicit ex q̄ vidim⁹ q̄d ē ius publicū. nūc videndū ē q̄d eſt ius priuatū. Et ſciendū ē ꝙ ius priuatū eſt collectū ex p̄ceptis triū iuriuʒ. ſcʒ ex p̄cepto iuris naturalis. Itē ex p̄ceptis vel p̄cepto iuris gentiū. Item ex p̄ceptis iuris ciuilis. ⁊ de his p̄ceptis iuris naturalis gētiū vel ciuilis. pone exēpla vt in glo. que incipit In iure em̄. Extra caſū nota q̄d ē iuſticia. ſcd̄o no. q̄d ē iuris prudētia. tercio nota q̄lr leges ſūt docēde. q̄rto no. de ꝯſtantia iuuenū. q̄nto q̄ vadit plane. vadit ſane. ſexto. no. tria iuris p̄cepta. ſeptimo no. ius aliud publicū aliud priuatuʒ. octauo nota ꝙ ius aliud naturale: aliud gentiū: aliud ciuile. ⁊ oīa iſta que ſūt in hoc titulo ſūt etiā i ti. ff. de iuſticia ⁊ iure.

De iure naturali gentiū ⁊ ciuili.

Continua ad precedentē tituluʒ in hūc modū. ſup̄ ti. p̄xi. habuim⁹ q̄d ē iuſticia. itē q̄d eſt iuris prudentia itē q̄lr leges ſūt docēde. Itē que ſūt iuris p̄cepta. Itē ꝙ nr̄a ſcientia legalis diuidit̄ in duas ptes. ſcʒ in ius publicū ⁊ ius priuatū. Silr habem⁹ q̄lr iuſtinian⁹ in h̄ volumine inſtitutio. de iure priuato ⁊ iure publico p̄ ponit tractare. ⁊ dicit ꝙ h̄ ius priuatū ē collectū ⁊ deriuatū ex preceptis triū iuriuʒ. ſcʒ ex preceptis iuris naturalis. gentiū. ⁊ ciuil. Nūc aūt de iſtis ſingulis iurib₉ ē videndū ſcʒ de iure naturali gentiū ⁊ ciuili. ⁊ ponit

hec rubrica. Ideo ꝯtinuatiõe ꝑmiſſa eſt
notandũ ꝙ hec rub. hꝫ tres ptes. ꝑma ꝺ iu
re naturali. ſcõa de iure gentiũ. tercia de iu
re ciuili. de ſola ꝑma tractat̃ in ꝑncipio vſ
ad. §. Ius aũt ciuile. de ſcõa ſola tractat̃ in
§. Ius aũt gentiũ. de tercia tractat̃ i. §. Cõ
ſtat. ⁊. §. ſeq̃nti vſ ad. §. Sed naturalia q̃
dẽ. ⁊: infra. §. ſequẽ. q̃ incipit. Omĩe aũt ius
de ſcõa aũt ⁊ de tercia ſcꝫ de iure gentiũ ⁊ ci
uili: mixtim tractat̃ in. §. Ius aũt ciuile vſ
ad. §. Ius aũt gentiũ. plus tñ de iure ciuil
ꝗ̃ de iure gentiũ ibi tractat̃. ⁊ eodẽ mõ de ſe
cũda ⁊ tercia. infra de iure gen. ⁊ ciuili mi
xtim tractat̃. infra e. §. Sed naturalia. ẜm
ſecundã expoſitõez illi⁹. §. ſed ẜm ꝑmaꝫ ex-
poſitõez illi⁹. §. dices ꝙ ibi tractat̃ mixtim
de ꝑma ⁊ ſcõa pte rubrice. ſcꝫ de iure natu-
rali ⁊ ciuili. duobꝯ em̃ modis ille. §. intelli-
git̃ vt ibi no. in glo. poſita circa ꝑn. §. q̃ in-
cipit hic. §. põt intelligi. ¶ Ius naturale ẽ.
Hoc principiũ vſ ad. §. Ius aũt ciuile. ꝺ
ꝑma pte rub. tractat. ſcꝫ de iure natu Et di
uidit̃ h̃ ꝑncipiũ in duas ptes. In ꝑma p-
te ſic forma caſũ. Quidã ſcolaris rudis ac
ceſſit ad ꝑncipẽ iuſti. ⁊ corã eo talẽ ꝓpoſuit q̃
ſtionẽ. Dñe impator dicite mihi q̃d eſt ius
naturale. Impator rñdit ſibi Ius natura
le ẽ quoddã ius q̃ iure oĩa aĩalia ſũt inſtru-
cta ⁊ pita a natura. i. a deo. Vl' ius natura-
le eſt qdã ius q̃ iure natura. i. de⁹ oĩa aĩa-
lia inſtruxit ⁊ docuit: ⁊ in idem ꝑ om̃ia reci-
dit hec poſitio caſus cũ ꝑma. bene dico oĩa
aĩalia quia nõ ſolũ habet locum in hoĩbus
ſed in oĩbus aĩalibus ſiue in celo. i. in aere
naſcant̃ vt aues: ſiue ĩ terra vt alia aĩalia: ſi
ue in aqua naſcant̃ vt piſces. videmus em̃
. i. videre poſſum⁹ om̃ia aĩalia nedũ homi-
nes eſſe perita huius iuris naturalis.

¶ Hinc deſcendit. Iſte ſecũdus ver. Hinc
deſcendit ibi vſ videmus. ponit duo vel
tria exempla de hoc iure naturali. ¶ Pri-
mũ exemplum eſt tale. Etiam hoc iure na-
turali movet̃ maſculus ad coniungendũ
ſe femelle: vel vir ad coniungendum ſe fe-
minie: que coniunctio vocatur matrimoni
um ẜm iura ciuilia. ¶ Secundũ exemplũ
eſt tale. Iure iſto naturali mouetur homo
⁊ femina ad procreandos ⁊ nutriendos fi-
lios. i. liberos. Nam iſto iure naturali mo-
uentur homines ⁊ femine ad cõmiſcẽduꝫ

ſe adinuicem. quam coniunctionẽ faciunt
ideo vt liberos procreent: ⁊ eiſdem liberꝭ p-
creatis mouent̃ eodeꝫ iure naturali ad eoſ
dem liberos alendos ⁊ nutriendos. Extra
caſum nota ex prima pte ꝙ ius naturale
multis modis accipit̃. vt notat̃ in glo. que
incipit Ius naturale. Ex ſecunda pte nota
ꝙ matrimoniũ poteſt dici de iure naturali
gentiũ ⁊ ciuili ĩ gloſa que incipit matrimo-
niũ. ¶ Sed ius quidẽ ciuile. in hoc. §. mi
xtim tractat̃ de ſcõa ⁊ de tercia pte rubrice.
ſcꝫ de iure gentiũ ⁊ ciuili. Et eſt ſciẽdum ꝙ
iſte. §. vſ ad. §. Ius aũt gentiũ. diuiditur
in duas partes principales. In prima aſſi
gnat vnam differentiam inter ius gentiuꝫ
⁊ ciuile. ⁊ hoc vſ ad verſiculũ. Ius ciuile
que prima ps principalis comprehẽdit q̃n
 particulas. in prima pte ſcꝫ in verſiculo
Sed ⁊ ius quidẽ ciuile. aſſignat aliam dif-
ferentiam ſimil'r inter ius gentium ⁊ ciui-
le. que ſecũda ps principalis comprehẽdit
quatuor particulas. Ad caſum prime par-
tis accedo ⁊ dico ꝙ illa ps principalis q̃n-
 ꝯtinet particulas vt dixi in prima parti-
cula. Sic forma caſum. Quidam ſcolaris
acceſſit ad principem ⁊ talem ꝓpoſuit queſti
onem. Domine imperator dicite mihi que
differentia eſt inter ius gentium ⁊ ius ciui
le. ⁊ ideo quero qui volo vnum ius ab alio
ſcire diſcernere. Imperator reſpondit. ami
ce dico tibi ꝙ omnes populi qui vtunt̃ iure
ſcripto ⁊ iure nõ ſcripto ꝑ parte vtunt̃ ſuo
ꝓprio iure. ſcꝫ ciuili. ⁊ pro pte vtunt̃ iure cõ
muni omniũ hominũ. Secũdo dicit ſco-
laris. dñe imperator vos loquimini ſic ob
ſcure ꝙ nõ intelligo vos. quid eſt hoc dice-
re ꝙ omnes populi qui vtuntur iure ſcri-
pto ⁊ iure non ſcripto. pro pte vtunt̃ ſuo ꝑ
prio iure. ⁊ pro parte vtuntur iure cõmuni
omnium hominum. dicit imperator ꝙ di-
xi tibi ꝙ vtuntur pro parte ſuo ꝓprio iure
ſic intellige: ꝙ ius quod ſibi facit quilibet
populus illud eſt proprium ius illius po-
puli vel ciuitatis. id eſt appellatur ius ciui-
le id eſt ius proprium illius ciuitatis. puta
ſtatuta municipalia que in ſingulis ciuita-
tibus fiunt. Tercio dicit impator ꝙ illud
ius quo vtuntur omnes gentes de mundo
naturali rõne id eſt diſcretione eſt inductũ
appellatur ius gentium. id eſt ius quo om-

nes gentes de mũdo vtunᷣ.ꝛ ſic ammodo
apta eſt differentia inter ius gentiũ ꝛ ciuile
qꝛ ius ciuile eſt ꝓpꝛium cuiuſcꝫ ciuitatꝫ: ius
ꝟo gentiũ eſt cõmune oĩbus. Quarto dicit
Juſti. nõ ſolũ quidem alij ꝑpl'i vtunᷣ ꝑ par
te iure ꝓpꝛio. i. ciuili. ꝛ ꝑ parte iure cõmuni
oĩm hoĩm. i. iure gentiũ. ſed etiam ꝑpl's ro/
manus hoc ideo facit qꝛ pꝛo parte vtiᷣ ſuo
iure ꝓpꝛio. i. ſuis ꝓpꝛijs ſtatutis. ꝛ ꝑ pte vtiᷣ
iure cõmuni oĩm hoĩm. i. iure gentiũ. Quin
to reſpon. impa. cuidam tacite obiectioni.
quia poſſent aliqui dicere. dñe imperatoꝛ
vos feciſtis mentionẽ nũc de iure gentiuꝫ
ꝛ ciuili. dicatis de natura vtriuſcꝫ iuris. di
cit impatoꝛ excuſando ſe. ego hoc dicam in
cõpetenti loco. ſcꝫ in. §. penult. vbi dicit ꝙ
ius gentiũ eſt imutabile: et ius ciuile muta/
bile. ſm expoſitõeꝫ iſtius. §. Uel aliomodo
intellige iſtam quintã particulam vt in glo.
que incipit. ſcꝫ iure gentiũ: ꝛ hoc totũ in pri
ma pte ꝓncipali. Jn ſecũda pte aſſignat iu
ſti. ſecundã differentiã inter ius gentium ꝛ
ius ciuile. que ſecunda ps ꝯtinet quatuoꝛ
ptes vt. s̃ dixi. in pꝛima pticula: hoc dicit. ꝙ
uis ius gentiũ nõ habeat denominationẽ
ab aliqua ciuitate. qꝛ nõ dicitᷣ ius gentium
romanoꝝ. vel ius gen. bonoñ. tamẽ ius ci/
uile habet denominationẽ ab ea ciuitate in
qua factũ eſt. vt ecce ſtatuta q̃ fiebant apud
ciuitatẽ athenaꝝ ꝑ alios ſapientes ſcꝫ So
lonem ꝛ draconem pñt dici ius ciuile athe/
nieñ. Secũdo adducit ſilẽ ꝙ ſtatuta facta
rome poſſunt dici ius ciuile romanoꝝ vel
ius ciuile Quiritũ. quia romani appellabã
tur Quirites a quodã eoꝝ rege qui Quiri
nus appellabatᷣ. Tercio dicit. ſed q̃d dice/
mus ſi ſimpliciter dicatᷣ ius ciuile. nec ad/
datur nomẽ ciuitatis in qua factũ eſt illud
ius de quo iure intelligemus Reſponſio: ꝑ
excellentiam intelligitᷣ ius ciuile de iure ci/
uili romanoꝝ. id eſt de ſtatutis eoꝝ. Quar
to adducit ſimile. Ecce cum dico poeta. et
ei non addo nomen ꝓpꝛium. ꝑ excellentiaꝫ
intelligitᷣ de Homero apud grecos. vel de
Uirgilio apud latinos. Extra caſum nota
in pꝛimis duas differentias inter ius gen/
tium ꝛ ius ciuile. Jtem nota ꝙ hec verba
ius ciuile multis modis accipiunᷣ. vt no.
in glo. que incipit ibi. Ut ſunt ſtatuta. Jteꝫ
nota ꝙ populus vtiᷣ iure ſcripto ꝛ nõ ſcri/
pto vt ꝑplus romanus ꝛ ꝑplus bonnieñ. et
multi alij: Alij neutro iure vtunᷣ vt homi/
nes ſilueſtres. alius ꝑpl's vtiᷣ tantũmodo
nõ ſcripto vt veneti. Quarto nota ꝙ ius
gentiũ naturali rõne eſt inductum ſeu na/
turali diſcretione. Nam ꝓpter diſcretioneꝫ
quam dedit deus hominibus. ipſi aliqua
ſtatuerunt inter ſe puta vt parenti pareatᷣ.
id eſt obediatur. vt iniuria ꝓpulſari poſſit. ꝛ
alia multa que habes. infra pꝛimo. §. et. ff.
de iuſti. ꝛ iur. l. fi. in fi. cum ſe. ꝛ. l. ex hoc iure
gentiũ. Jus aũt gentiũ. Quis in ſupioꝛi
§. tractauerit de iure gentiũ ꝛ ciuili. qꝛ tamẽ
de iure gen. nõ tractauit ibi plane. ideo ple
nius hic tractat repetendo etiam de eo q̃d
dixerat. ꝛ diuidit hũc. §. in tres ptes. Jn
quarũ pꝛima pte dicitᷣ ꝙ ius gentiũ eſt cõ/
mune omnibꝰ hominibꝰ de mũdo. Secũ/
do reddit rationẽ quare ius gentiũ fuit in/
ductũ. que ratio talis eſt. Homines indige
bant aliquibus ſtatutis ꝛ ideo multa inter
ſe ſtatuerũt que dicunᷣ ius gentium. ꝛ ma/
xime bella ꝛ captiuitates et ſeruitutes que
ſunt a iure gentiũ. que ſeruitutes ſunt con
trarie iuri. quia de iure naturali omẽs ho/
mines liberi naſcebanᷣ. Tercio dicit ꝙ ex
hoc iure gentiũ ſũt introducti quaſi omẽs
contractus de quibꝰ mlᷓta exempla ponit in
textu. Extra caſum nota ꝙ de iure natura/
li omnes homines erant liberi ꝛ liberi na/
ſcebanᷣ. Secundo dicit ꝙ ex hoc iure gen
tiũ omnes quaſi contractus ſunt introdu/
cti. Conſtat aũt ius noſtrũ ꝛc̃. Uidimꝰ
de iure naturali in pꝛinci. huiꝰ titu. Jteꝫ vi/
dimꝰ de iure gentiũ ſupꝛa. §. pꝛoxi. Jtem vi
dimus de iure gen. ꝛ ciui. mixtim. s̃. §. Jus
aũt ciuile. vſcꝫ ad. §. Jus aũt gentiũ. ſed qꝛ
de iure ciuili nõ plene tractatũ eſt in hoc. §
ꝛ ſequẽti. vſcꝫ ad. §. Sed naturalia. Et ſciẽ
dũ ꝙ iſte. §. vſcꝫ ad. §. Ex non ſcripto. diui
ditᷣ in. xvi. partes. Jn pꝛima pte dicitᷣ ꝙ ius
noſtrũ ciuile diuiditᷣ in duas partes ſcꝫ in
ius ſcriptũ: et in ius non ſcriptũ: et hoc ad
ſilitudinẽ grecoꝝ q̃ ſimiliter iure ſcripto et
iure nõ ſcripto vtebantur. Secũdo dicit.
pꝛimo eſt videndum de iure ſcripto. Et eſt
ſciendũ ꝙ ius ſcriptum conſtat ex ſex parti
bus iuris. ſcꝫ ex iure ꝛ plebiſcito ſeu ex ſena
tuſconſulto. ꝛ pꝛincipũ placitis. pꝛetoꝝ edi
ctis. ꝛ ex reſponſis pꝛudentum. Tercio di

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cit quid eſt lex. certe lex dicit̄ illa quam Ro
manus populus faciebat conſule ſenatoꝝ
interrogāte ꝑplm. vt ecce qñ emergebat ali/
qua queſtio q̄ nō erat ſoluta ꝑ aliq̄ legem
ꝑpl's pulſabat̄ cū campana ad arengam ad
arengam. ad arengam. ⁊ ſic ꝯgregabat̄ po/
pulus romanus ⁊ tūc loqr̄ebat̄ mḡrat⁹ ſe/
natoꝝ ⁊ dicebat ꝑpl'o ſibi ꝯgregato. Dn̄i mei
talis queſtio emergit̄ de nouo quaꝫ queſtio
ñ nō reperim⁹ deciſaꝫ in nr̄o iure. placꝫ ne
vobis ꝙ ad deciſionem ill⁹ ita ⁊ ita ſtatuat̄
⁊ ꝑpl's ſil' vel diuiſim clamabat. vel clama/
bant dicentes ſic fiat vel ſic fiat: ⁊ ſic illō ta
liter ꝯſtitutū dicebat̄ lex. Quarto dicit q̄d
plebiſcitū ⁊ certe plebiſcitū dr̄ illud ius qd
plebs romana faciebat tribuno plebeioꝝ
interrogāte plebē. Ecce em̄ qñ emergebat
aliq̄ q̄ſtio ꝑtinēs ad plebē ſeu plebeios q̄ ñ
erat ſoluta ꝑ legē aliq̄. pulſabat̄ cū quadam
alia cāpana ad arengaꝫ. ad arengā. ad arē/
gaꝫ ⁊ ſic ꝯgregabat̄ plebs romana. ⁊ ſic tūc
ſurgebat mḡratus ſcꝫ tribun⁹ plebis. ⁊ dice
bat plebi talis q̄ſtio emerſit. placet ne vob
ꝙ ad deciſionē illi⁹ ſic vel ſic ſtatuat̄. ⁊ ipſi
clamabant dicētes fiat ſic ⁊ ſic. ḡ illud tali/
ter ꝯſtitutū appellat̄ plebiſcitū. Quinto di/
cit. dicim⁹ ꝙ lex fit a ꝑpl'o. ⁊ plebiſcitū a ple/
be. Sed q̄ differentia eſt inter plebiſcitū et
plebē. Rñſio. ꝑpl's eſt gen⁹ q: appellatōe po
puli oēs ciues romani ꝯtinent̄. ſcꝫ nobiles
patricij ⁊ ſenatores ⁊ ignobiles. Sexto re/
ſpondet cuidā tacite q̄ſtioni. nā poſſet aliq̄ſ
dicere: nūq̄d tm̄ valēt plebiſcita q̄tū leges.
⁊ dicit ꝙ ſic et q̄ fuit facta q̄dā lex que appel
lat̄ hortenſia in q̄ ꝯtinet̄ ꝙ plebiſcita obti/
nent vim legum. Septimo q̄d eſt ſenatuſ/
conſultū: ⁊ certe ſenatuſconſultū eſt ſtatu/
tum a ſenatoribꝰ compoſitū ſiue leges a ſe/
natoribus promulgate. Octauo reſpondꝫ
cuidam tacite queſtioni. naꝫ aliq̄s poſſet di
cere ſenatuſconſulta vident̄ ſuꝑflua non/
ne ſufficiebant leges ⁊ plebiſcita. Reſpon/
det dicens ꝙ ſenatuſconſulta non ſunt ſu
perflua. Nam ꝑpl's romanus erat intantū
augmentatus ꝙ erat quodāmodo impoſſi
bile ꝙ ſemper non debebant fieri alique le/
ges noue ꝙ populus ⁊ plebs congregari
poſſet. ⁊ ideo vtile fuit viſum populo ꝙ ſe/
natores poſſent iura condere ſine populo
et plebe ⁊ ſic quando congregabatur popu
lus conſul ſenatorum interrogabat. No/
no quid eſt principis placitum. dicit̄ lex im
perialis. Nam quod principi placuit pro
lege ſeruat̄. Decimo reſpondet cuidam ta/
cite queſtioni. nam poteſt aliquis querere
quare princeps poteſt legem facere. Reſpō
ſio. quia populus romanus tranſtulit i eū
principem omne ius et imperium ⁊ maxi/
me poteſtatem legis condende. Undeci/
mo dicit ꝙ imperator poteſt facere legem
vt dixi. ergo id quod inſtituit imperator ſer
uatur pro lege. etiam ſi in modū epiſtole fa
ciat. vt infra de his qui ſui vel alieni iuris
ſunt. §. finali. vel ita ſi inter litigātes cogno
uit ⁊ diffinitiue pronunciauit. volens ꝙ il/
la ſententia eſſet lex. vt. C. de legi. ⁊ conſtitu.
l. fina. vel etiam ſi apponat in lege quam fa/
cit hoc vocabulum edictali vl' edicto. vt. C.
de ſecun. nupt. l. hac edictali. Duodecimo
ꝙ leges imperiales proprie appellantur cō/
ſtitutiones. Tredecimo dicit ꝙ legum ſiue
conſtitutionū imperialiū quedam ſūt per/
ſonales quedam generales. Perſonales di
cuntur que ad alias ꝑſonas extendūtur. vt
ecce ſi alicui ob meritū. id eſt. propter ſuuꝫ
meritum princeps indulſit. id eſt pepercit.
quia deliquit contra principem. ⁊ princepſ
videns iſtuꝫ ꝙ bene ſibi ſeruierat dat ſibi
ſuam gratiam. Iſta gratia quā dat ſibi ꝑn/
ceps nō tranſit ad aliam perſonam. ideo di
citur in textu ꝙ priuilegiū perſonale nō traſ
gredit̄ perſonam cui tale priuilegiū conce/
ditur. Alie ꝟo generales cōſtitutiones ſūt
in omnibus alijs hominibus. Quartode/
cimo dicit de magiſtratuum ſiue pretoruꝫ
edictis dicens ꝙ pretorum edicta obtinēt
vim legum. etiam dicit ꝙ hoc ius pretorū
poteſt etiam honorarium appellari ab ho/
nore ipſorum predictorum qui faciebāt hu
iuſmodi ius. Quintodecimo dicit ꝙ iſti ꝑ/
tores romani erant multi. ⁊ ex his erant q̄/
dam qui appellabant̄ ediles curules qui ſi
militer faciebant ſuas leges ſuꝑ certis arti
culis vel capitulis. que leges ſūt ꝑs iuris ꝑ
torij. Sextodecimo dicit que ſūt rn̄ſa pru/
dentū. ⁊ certe reſponſa prudentū dicuntur
ſententie ⁊ opiniōes illoꝝ ſapientuꝫ roma/
norū quibus permiſſuꝫ erat a principe iu/
ra cōponere qui iuriſcōſulti appellabātur.
que rn̄ſa eoꝝ tantā habebant poteſtatem.

ꝙ nullus iudex poterat contra eoꝝ responſa ſemel ꝓnūciare. Extra caſū no. ꝙ ius aliud ſcriptū. aliud nō ſcriptū. ⁊ partes iuris ſcripti ſunt ſex. Itē nota differentiam inter populū ⁊ plebem. Item nota ꝙ multitudo hoīm cum difficultate congregatur. Item nota ꝙ legū imperialiū alie generales alie ꝑſonales ſiue ſpeciales ſunt. Item nota ḋ honore pretoris. Itē nota de autoritate iuriſconſultoꝝ quibus erat permiſſum iura condere vt vulpia. ⁊ paul. ſceuola affricanꝰ iſti iuriſconſulti habebant maximaȝ auctoritatem ⁊ de pluribus alijs ſapientibus. vt ff. de orig. iur. l. ij. §. Poſt originem. ¶ Ex non ſcripto. Uidimus de iure ciuili ſcpto. a. §. precedenti vſqȝ hic. Nūc hic ſequit̄ videre de iure ciuili nō ſcripto. Et eſt ſciēduȝ ꝙ iſte. §. vſqȝ ad. §. Sed naturalia. diuidit̄ in duas partes principales In prima parte dicitur ꝙ ius non ſcriptum eſt illud qḋ vſus populi romani vl' alterius populi approbat ⁊ obſeruat quod ius ꝗuis in ſcriptiſ non ſit redactum tamen obtinet vires ⁊ vicem legis ſcripte. Secundo reddit rationē quare ius ciuile in duas ptes diuidit̄. ſcȝ ī ius ſcriptum ⁊ in ius non ſcriptum. vt. ṡ. § Conſtat. ⁊ eſt ratio quia leges romane habuerunt originem a duabus ciuitatibus grecie. ſcȝ Lacedemonia que vtebatur iure non ſcripto. i. conſuetudine vel vſu. ⁊ habuerunt etiā ortum leges romane ab athenis que vtebat̄ iure ſcripto. Extra caſū nota de auctoritate ꝯſuetudinis. Iteȝ nota ꝙ leges habueꝛt originē a grecꝭ vt ptȝ. ¶ Sȝ naturalia. Iſte. §. dupliciter poteſt intelligi vno modo vt faciat differentiam inter ius naturale qḋ eſt cōmune oībus aīalibus quod eſt imutabile. ⁊ ius ciuile cuiuſqȝ ciuitatis quod eſt mutabile. Ecce enī ciuilia iura ⁊ ſtatuta alicuius ciuitatis romane vel alterius tollunt per nouam conſuetudinē contrariam. Alio modo poteſt intelligi vt differentiam faciat inter ius gentiū quod eſt cōmune oībus hominibus ex vna pte ⁊ ius ciuile ex alia parte. Extra caſum nota. ꝙ iura naturalia vel gentiū imutabilia ſūt ſed ciuilia iura mutari poſſunt ⁊ ſunt mutabilia. ¶ Omne aūt. In hoc. §. de iure ciuili tractat̄ ⁊ ſic de tercia parte rubrice. ⁊ dicitur ꝙ totū noſtrū ius ciuile diuidit̄ ī tres ptes. in prima pte tractat̄ de ꝑſonis. in ſecunda de rebꝫ. in tercia de actionibus. Secūdo dicit. Primo videamus ḋ ꝑſonis ātequā de dignioribus. Et reddit̄ ratio quare ꝓmo de ꝑſonis eſt videndū. que ratio talis ē qꝛ nihil ꝓdeſt ſcire iura niſi primo ſciremꝰ de ꝑſonis ⁊ conditōibus ꝑſonarum: quaꝝ ꝑſonarum cauſa ſeu gratia et earuȝ fauore iura condita ⁊ cōpoſita ſūt. ⁊ nota. §. Optimū. Iteȝ nota ꝙ de ꝑſonis tractat̄ in toto iſto primo libro. circa quas ꝑſonas ponuntur tres diuiſiones. Prima infra tit. i. ſecūda. infra de his qui ſui vel ali. iur. ſūt. ī pn̄ci. De rebus tractat̄ in ſcḋo libro. infra de rerū diuiſione. ⁊ in tercio libro vſqȝ ad titu. de obligatio. circa q̄s res ponit̄ ſimiliter triplex diuiſio. Prima infra de re. diui. in pn̄. vbi dicit alie ſūt in noſtro patrimonio. alie extra noſtrū patrimoniū. Secūda qꝛ alie cōmunes ⁊c̄. vt eo. titu. de re. diui. §. i. Tercia infra. de rebus corꝑalibus ⁊ incorporalibus in prin. ⁊ etiam tractat̄ in predicto titulo de rerū diui. ⁊ in ſequenti qualiter acquirantur rerum dominia de iure gentiuȝ ⁊ qualiter de iure ciuili. De actionibus aūt ⁊ earum matribus. ſcȝ de obliga. ⁊ etiā acti. crimi. priuatorum ⁊ publicoruȝ delictorum tractat̄ infra de obliga. cū ſequētibus titul'. vt infra ḋ publ. iudicijs guillermꝰ accurſij

De iure ꝑſonarum Rubrica.

Accipe ꝯtinuationē huius tituli ex ſuꝑiori. §. Dic titu. diuiditur in ſeptem partes. In quarum prima parte ponitur quedam diuiſio perſonarum. q̄ diuiſio talis eſt. Dicitur enī ꝙ omnis homo de mundo aut eſt liber aut ſeruus. ſecundo dicit quid eſt libertas. Unde libertas eſt quedam poteſtas conceſſa hominibus a iure naturali que conſiſtit in hoc vt ipſi homines poſſint facere quicquid voluerint niſi efficiantur ſerui. vt. i. iure gētium vel niſi ſe faciant ſeruos de iure ciuili. tercio dicit quid eſt ſeruitus. ⁊ dicit ꝙ cū ius gentium multa ſtatuerit. iuxta hoc eſt vnū ſtatutum ⁊ vna conſtitutio ordinata a iure gen. vt quis ſit ſubiectus alteri ⁊ ſubijciat̄ dn̄io alieno. que conſtitutio ſiue ſtatutū ē ꝯtrariū iuri naturali: qꝛ ſm̄ ius naturale oēs hoīes liberi vocabant̄ et naſcebantur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quarto dicit quare ſerui habeant hoc nomen
ſerui. ⁊ certe ſerui dicunt̄ nō a ſeruiēdo. ſed
a ſeruādo: nā olim ⁊ in tp̄e ꝓterito ſi aliq̄s
capiebat aliquē hoīem in ꝑlio ſiue in bello
plerūq; imꝑatores ꝑcipiebāt capienti. i. illi
q̄ illū hoīem ceperat ne occideret illū hoīez
captiuū ſʒ venderet vel ſeruaret. q̄nto dicit
ꝙ ſerui q̄ capiunt̄ in ꝑlio pn̄t etiā appellari
mancipia q: cū manu capiunt̄ in prelio. ſe
xto dicit ꝙ quidā nō ſunt ſerui ab ipa nati
uitate ſʒ poſtea efficiunt̄: qḋ accidit. i. euēit
q̄nq; de iure gentiū. vt q̄n aliq̄s capit̄ in pre
lio nō efficit̄ ſeruꝯ capientꝭ. q̄nq; de iure ci/
uili, vt q̄n liber hō patit̄ ſe vēdi. eo pacto vt
ptē precij habeat. vt ſi vado ad aliquē hoīez
⁊ ſibi dico veni ego ſum liber ſed nō habeo
pecuniā. ſcio etiā ꝙ tu modicā pecuniam
habes ſʒ ſcis q̄d faciemꝯ. Inueni vnū em/
ptorem ⁊ dic ꝙ tu habes vnū ſeruū ⁊ tu me
vendes illi. ſʒ tu iurabis mihi ꝙ de ꝑcio qḋ
habebis de me mediā ptē mihi trades. et
aliꝯ dicit ꝙ vl̄t iſte talis hō liber q̄ paſſus eſt
ſe venūdari ⁊ accepit ptē precij de eo ipe ef/
ficit̄ ſeruus de iure ciuili: ⁊ efficit̄ emptoris
ſeptimo dicit ꝙ inter ſeruos nulla eſt diffe/
rentia. q: tm̄ ē ſeruus vnꝯ q̄ꝫ alter: ſed inter
liberos multe ſūt differētie. q: q̄dā ſunt inge
nui. quidā libertini. quidā latini. quidā de/
ditícij vt in duobꝫ ſequentibꝫ titulis patet.
No. ꝙ totus iſte tit. ē bonus.

De ingenuis rubrica.

Ontinuatio iſtiꝯ rubrice ptʒ ex fi/
ne ſupioris tituli. Hic titulus diui
dit̄ in ſeptē ptes. In p̄ma pte dicit̄
ꝙ ſi aliq̄s naſcat̄ ex p̄re ⁊ matre ingenuis. ſi
ue ex p̄re ⁊ matre libertis. ſiue naſcat̄ ex vno
ingenuo ⁊ altero liberto ꝙ nihilominꝯ inge
nuus ē ab ipa natiuitate. Scḋo dicit idē ē
. i. ꝙ eſt ingenuꝯ ſi naſcat̄ ex p̄re ſeruo ⁊ m̄re
libera. i. ingenua vl̄ liberta. q: ingenuꝯ ē idē
ꝙ liber: etiā libertꝯ ē ſeruꝯ effectꝯ liber ꝑ ma/
numiſſionē. Tercio dicit idē eſt. ſcʒ ꝙ q̄s ē
ingenuꝯ ſi naſcat̄ ex libera m̄re ⁊ certa ⁊ in/
certo p̄re. vt is qui naſcit̄ ex meretrice ille ē
ingenuus q: naſcit̄ ex m̄re libera ſi libera
ſit. ⁊ incerto p̄re q: ignorat̄ q̄s ſit eꝯ pater. q:
cui pater eſt ꝑpl̄s pater eſt ſibi nullꝯ. Quar/
to dicit ꝙ ſi mater fuerat libera tempe quo
peperit. q̄uis fuerit ancilla tempore q̄ gra
uida erat. tamē is qui ex ea naſcitur eſt inge/
nuus. i. liber: q: ingenuus eſt qui vt ſtatim
natus eſt liber eſt. ⁊ ratio dubitandi erat q:
videbat̄ ꝙ natus ex ea eſſet ſeruꝯ. q: q̄n ipſa
illū ꝯcepit erat ſerua. ſed decidit in ꝯtrariū
Quinto dicit ꝙ idē eſt econtra vt ſi q̄n ip/
ſa illū pariebat erat libera ⁊ quando ipſa il
lū ꝯcepit erat ſerua ꝙ nihilominus ipe eſt
liber. Sexto dicit. quid aūt dicemus ſi tp̄e
quo concepit an vera erat ancilla ⁊ tūc fuit
manumiſſa ⁊ aliquo tp̄e ſtetit in libertate:
poſtea facta eſt ancilla de nouo ita ꝙ tem/
pore partus inuenit̄ ſimilr̄ ancilla. an is puer
qui naſcit̄ ex ea erit ingenuꝯ. i. liber: ⁊ dicit̄
ꝙ ſic. q: ſufficit ei q̄ in ventre eſt ⁊c̄. vt in te/
xtu. Septimo dicit̄ in. §. Cum ꝗ aūt. ꝙ ſi ali
quis liber homo poſſidet̄ tanq̄ꝫ ſeruus et
poſtea manumittit̄. talis manumiſſio non
nocet ei ob hoc. id eſt propter ſeruitutē ali/
quā fiat quin ſit libertus. quia nec primo ve
re ſeruus erat ſed ingenuitatē ſuam retine
bat. Extra caſum no. q̄s dicit̄ ingenuus vt
in p̄nti. ſecūdo nota ꝙ partus ſequitur ven
trem. tercio nota ꝙ q̄nq; pater eſt incertus
quarto nota ꝙ nō debet calamitas ſeu mi/
ſeria matris nocere ei qui vtero eſt. quin/
to nota ꝙ ſufficit medio tempore matrē fu/
iſſe liberā. ſcʒ inter conceptū conceptionē
⁊ partum. Ultimo no. ꝙ manumiſſio fc̄tā
de fc̄tō nō nocet ingenuitati.

De libertinis.

Ecipe ꝯtinuatōem ex eo ꝙ habui/
ſti. s. titu. i. Et nota ꝙ libertus ⁊ li
bertinꝯ idem eſt. Libertini. Prin
cipiū huius ti. vſq; ad. §. Libertinoꝝ diui
ditur in octo ptes. In prima dicitur ꝙ li/
bertini ſunt illi q̄ vere erant ſerui ⁊ manu/
miſſi ſunt ꝑ dn̄os ſuos. Secundo dicit q̄d
eſt manumiſſio. de qua in prima parte ha/
bita ē mentio. Et certe manumiſſio dicitur
q̄n dn̄s dat libertatē ſeruo: nā anteq̄ꝫ manu
mittat̄ ſeruus ē in poteſtate dn̄i ſui. Sed
poſtq̄ꝫ ipſe ſeruus eſt manumiſſus ipe libe
rat̄ ab illa poteſtate. Tercio dicit ꝙ manu
miſſio eſt primitus. id eſt primo inuenta a
iure gen. nō aūt a iure naturali. q: ius natu
rale primo fuit q̄uis gentiuʒ. ideo ſm̄ ius
naturale homines erāt liberi ⁊ ſic nō erat
cognita ſeruitꝯ. ⁊ ꝑ ꝯñs nec manumiſſio ſʒ
poſtea ꝑ ius gentium ſeruitus ⁊ manumiſ
ſio eſt inuenta. Quarto dicit ꝙ ex predictꝭ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que ſupiori pte dicim⁹ ptz ꝙ ſm ius natu-
le vnū erat gen⁹ hoim.ſcz q: erāt hoīes libe
ri.ſ; poſtea p ius gētiū ceperūt eſſe tria ge-
nera hoim.ſcz ingenui ſiue liberi. Itē liber
ti.ſcz illi q primo fuerūt ſerui ⁊ poſtea ma-
numiſſi ſūt. Quito dicit in.§. Multis. ꝙ ma-
numiſſio ſeruoꝝ pōt fieri q̄nqꝫ modis. naʒ
q̄nqꝫ pōt fieri manumiſſ. in eccl'ia corā epo ⁊
pp'lo. vt.ff. de his q̄ in eccleſijs manumittūt
p totū ti. q̄nqꝫ pōt fieri manumiſſio vindi-
cta.i.cū q̄dā v̄ga pcutiēdo ter ſup̄ illū queʒ
manumittit dicēdo ter. aio te liberꝝ.aio te li
berū.aio te liberꝝ:⁊ iſta manumiſſio fit cā co
gnita corā iudice. Et in iudicio q̄nqꝫ pōt fie
ri manumiſſio in p̄ntia amicoꝝ. vt q̄n dñs
manumittit ſeruū ſuū ꝯuocatꝭ amicꝭ ſuis
⁊ in p̄ntia eoꝝ q̄nqꝫ pōt fieri manumiſſio p
ep'l'aʒ ſeruo ſuo miſſaʒ. vt q̄n dñs mittit l'raʒ
ſiue ep'l'aʒ ſeruo ſuo in q̄ ep'l'a ꝯtinet ꝙ ipſe
emit ſeruū quē manumittit ⁊ dat ſibi liber
tatē. vel in q̄ ep'l'a dr̄ volo ſerue mi ꝙ de cete
ro ſis liber. tūc valet talis manumiſſio: q̄n-
qꝫ manumiſſio relinquit in teſtamento vel
in codicillis vel alia q̄cunqꝫ volūtate. Se-
xto dicit ꝙ ſerui nō ſolū efficiunt liberi q̄n-
qꝫ modis ſ; etiā ſine manumiſſiōe: q modi ī
veteribꝫ ⁊ nouis ꝯſtitutiōibꝫ ꝯtinent. ⁊ po-
ne exēpla vt in glo. Septimo dicit ꝙ ſol' do
minis licitū eſt ſeruos ſuos manumittere.
Octauo dicit ꝙ q̄n manumiſſio fit corā iu
dice nō eſt opus tūc ꝙ iudex ſedeat: ſ; etiaʒ
eo ambulāte ad balneū ad ſpaciū. ad thea-
trū.i. ad locū publicū ciuitatꝭ vel ad aliū lo
cū pōt fieri corā ipo manumiſſio. Extra ca-
ſū nota primo ex p̄ma pte q̄d dicat libertas
ex ſc'da pte nota q̄d dicat mānumiſſio. ex ter-
cia pte nota a q̄ iure trahit origiē mānumiſ
ſio ⁊ ſeruitus. ex q̄rta pte nota tria genera
hoim. ſcz liberi. ſerui ⁊ liberti. ex quinta pte
nota q̄bꝫ modis manumiſſio fiat. ex ſexta p
te nota ꝙ etiā ſine manumiſſione ſerui effi-
ciunt liberi. ex ſeptīa pte nota ꝙ ſol⁹ dñs
manumittit. Itē dñs appellat manumittēſ
ex vltima pte nota ꝙ in volūtaria iuriſditi
one nō ē opus ſedere iudicē p tribunali. q:
ibi ly p accipit p in. Libertinoꝝ. Sup̄ ī
principio hui⁹ tituli eſt habita mētio de li-
bertinis. ideo de libertinis adhuc proſeq̄t.
Et ē ſciēdū ꝙ iſte.§. diuidit in ſex ptes. In
prima dicit ꝙ iure antiquo erant tria gene-
ra libertinoꝝ: nam quidam erant ſerui ma
numiſſi qui plenā ꝯſequebant libertatem.
⁊ illi appellabant latini. ⁊ iſti latini fuerūt in
ducti p legē iuliā norbanā: quoꝝ talis erat
ſtatus ſeu ꝯdit o ꝙ in vita ſeu dū viuebāt
erant liberi. ⁊ in morte ſeu dū moriebant fie
bant ſerui. Quidā ꝯſequebant minoreʒ li-
bertatē: ⁊ illi appellabant dediticij q̄ſi dedi-
ti ⁊ dati ſeruituti. ſeruiebant eñ q̄diu viue
bant.i. durāte vita eoꝝ ſerui. morte fiebant
liberi: ⁊ peculiū eoꝝ remanebat heredibꝫ. ⁊
iſti fuerūt inducti p legē eliacentiā. ⁊ hanc
legē ſtatuit rex romanoꝝ q eliacenti⁹ diceba
tur. latinos aūt fecit rex romanoꝝ q iulius
dicebat. Norbanus rex romanoꝝ fecit la-
tinos qui ſtatuit ꝙ quicunqꝫ ſubiugaret d̄
nouo romano impio eſſet in vita ſua liber
⁊ in morte eſſet ſeruus. ⁊ peculiū ipius ro-
manis aſſignaret. Deditricioꝝ aūt peſſima
erat conditio. et ꝓpter hoc abijt in diſſuetu-
dinem id eſt receſſit a conſuetudine ⁊ am-
plius nō eſt conſuetudo ꝙ ſint tales hoies
dediticij. Latinoꝝ nim aūt conditio parum
frequentabat in orbe vel in vrbe. ⁊ propter
hoc iuſtinianus volens omnia augere et
augmentare ⁊ reducere in meliorem ſtatuʒ
fecit duas conſtitutiones. vnam ſcz. C. de
lat. liber. tollē. l. vnica. Aliā. C. de dediticia
libert. tollen. l. vnica. In quibus conſtitu-
tionibus cauetur ꝙ hodie dediticij ⁊ lati-
ni nō habeant locum nec ſunt in vſu. ſed q̄
liber qui manumittit efficiat eodem modo
Et dñs qui manumittit appellat patron⁹ ⁊
ille q manumittit appellat libertus. quaſi a
ſeruitute liberatus. ⁊ hoc quidem erat iure
antiquiſſimo anteq̄ꝫ veniret predicta praua
conditio. ſcz latinoꝝ ⁊ dediticioꝝ. Tercio
dicit dediticios eſſe ſublatos p predictam
ꝯſtitutionem. ſic. C. de dediti. liber. tollen.
l. vnica. que conſtitutio eſt vna de quinqua
ginta deciſionibꝫ quā ꝯſtitutōem cōpoſuit
etiā iuſtinian⁹. ſcz ex conſilio tribuniani p
itiſſimi viri queſtoris noſtri. Quarto ꝯclu
dit dicens ꝙ ōnes manumiſſi plenā liber
tatem hodie ꝯſequunt. nec refert.i. nō ē dif
ferentia cuius etatis ſit manumittens id ē
ille qui manumittit. nec etiam refert p queʒ
fiat manumiſſio. cum multi ſint modi ma-
numittendi. vt ſupra eo. titu.§. Multis. in
prin. Ultimo dicit ꝙ nos habemus. ē. eo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§. multis. ꝙ multis modis pōt fieri manu
miſſio hoc ampli⁹. Et eſt ſciendū ꝙ hodie
ſūt multi modi ſiue caſus in qb⁹ ſerui ple-
narie efficiunt liberi. qñq; etiā ſine manu-
miſſione in qb⁹ caſib⁹ olim. i. in tpe preteri
to fiebant latini.

Nota qui dicant latini ⁊ q̄ dediticij: ⁊ q̄
liter ſūt ſublati. Itē nota de iure patronat⁹
No. ꝙ ſola libertas ro. hodie eſt in vſu.

Qui ⁊ ex qb⁹ cauſis manumittere non
poſſunt.

Continua vt patet in pncipio ti. et
expone ſic rubricā. Videam⁹ d' his
cauſis qb⁹. i. in qb⁹ dñi nō pñt ma-
numittere. Et eſt notandū ꝙ in hoc titulo
ponunt duo caſus ſpēales in qb⁹ dñs non
pōt ſeruos ſuos manumittere. Prim⁹ qñ i
fraudē creditoꝝ fit manumiſſio q: tūc nō
valet. Exemplū vt qñ aliqs debitoꝛ debet
aliquā pecuniā ⁊ nihil habet in bonis. vel
ſaltē nō habet bona ſufficientia ad ſoluen-
dū ſuis creditorib⁹ niſi vendat vl' det inſolu
tū ſeruos: ⁊ iſtos ſeruos manumittit vt il-
los nō det ſuis creditorib⁹ inſolutum: ⁊ vt
eos creditores fruſtret debito ſuo. tūc tal'
manumiſſio nō valet. q: eſt facta in fraudeꝫ
ſuoꝝ creditoꝝ. i. vt fraudet ſeu defraudet
ſuos creditores debito. niſi in caſu. ſcꝫ qñ
ipe dñs inſtituit ſeruū ſuū heredē ⁊ liberuꝫ
eū eſſe vult. vt in pn. ti. vſq; ad. §. Eadem le
ge. Secūdus caſus eſt qñ dñs eſt minoꝛ.
xx. annis. q: ſilr nō valet niſi in caſu. ſ. co-
raꝫ iudice ⁊ cauſa cognita fiat manumiſſio
vt infra. §. Eadē. vſq; in fi. ti. Nō tñ cuiq;
Diuidit principiū hui⁹ ti. vſq; ad. §. Eadeꝫ
lege. in q̄tuoꝛ ptes in prima dicit ꝙ q̄uis
videat ex his que ſupra titulo pximo habu
imus. ꝙ quilibet poſſit ſeruū ſuum manu
mittere. Tñ ſciendū eſt ꝙ nō eſt licitū cui-
q; volenti manumittere ſeruū ſuū: illū ma-
numittere. Et certe in pmis: ſi habeo credi
tores ⁊ in coꝝ fraudē ſeruos meos manu-
mittam vt efficiar nō ſoluēdo nihil ago. ⁊ hec
eſt prima ps. Secundū pone: dñe iam vi-
deo ꝙ reglariter ſtatutū eſt ꝙ debitoꝛ ma-
numittēs in fraudē creditoꝝ nil agit. p deo
que fuit rō hui⁹ ſtatuti. Ad hoc rñdet iuſti.
dicens. Amice: rō hui⁹ ſtatuti eſt q: in hoc
qñ debitoꝛ in fraudē creditoꝝ manumittit
lex eliacentia impedit libertatē. ſed dñe pro
deo nunquid generalr hec regula eſt vera:
ita ꝙ nullam patiat inſtanciā. Ad hoc rñ.
iuſti. ⁊ dicit ꝙ nō. nam certe licitū eſt dño q̄
ſoluēdo nō eſt ſeruū ſuū cuꝫ libertate in te-
ſtamēto ſuo heredem inſtituere: licꝫ hoc in
fraudē faciat creditoꝝ. vt iſte ſeru⁹ fiat liber
heresq; neceſſari⁹ dño ſuo. ⁊ hoc eſt veruꝫ ſi
nullus alius inſtitut⁹ fuit in illo teſtamēto
aut forte q: inſtitutus morte preuēt⁹ eſt. aut
q̄libet alia cauſa impeditus heres exiſtere
nō potuit. aut forte noluit. ⁊ hoc eadeꝫ lege
eliacentia puiſum eſt. vt liceat dño qui ſol-
uendo nō eſt ſeruū ſuū ſibi heredē neceſſa
riū inſtituere. Et dñe p deo que eſt rō legis
eliacentie vt pmittat in caſu iſto dño ſer-
uum ſuum manumittere. Et reſpondet iu
ſtinianus certe amice optima fuit ratio. ml'
tū eīm proſpiciendū erat vt egeni homines
quibus nullus heres eſſet exiturus. ſaltē
ſeruū ſuum heredem habeant neceſſariuꝫ
qui quidē ſeruus heres inſtitutus credito
ribus dñi poſſit ſatiſfacere vel ſi ipſe nō ſa-
tiſfecerit. creditores res hereditarias noīe
ſerui inſtituti diſtrahant: ne memoria defū
cti ſi noīe ipſius res hereditarias diſtrahe-
rent quadam iniuria afficiat. ⁊ hec dicunt
vſq; ad illū. §. Idemq; iuris ⁊c. Hic reuer
titur ad exceptonē ex ⁊ de ea exemplificat ex
ponens qualiter intelligat. Unde pone ſic
caſum. Dñe iam video ꝙ licet dño qui ſol-
uendo nō eſt ſeruū ſuum cū libertate here-
dem inſtituere. Sꝫ ponamus ꝙ aliquis in
ſtituat ſeruū ſuū heredem nulla facta men
tione libertatis. nunqd valebit talis inſti-
tutio. Ad hoc reſpondet iuſtinianus ꝙ ſic
nā certe idem iuris erit qñ aliquis ſeruuꝫ
ſuū heredē inſtituit omiſſa datione liberta
tis: ac ſi eundē cauſa libertatis expſſa inſti
tuiſſet: ⁊ hec noſtra ꝯſtitutio nō ſolū i dño
qui ſoluēdo nō eſt q̄dā noua humanitatis
rōne: ſed ⁊ in q̄libet dño ſeruuꝫ ſuum inſti-
tuēte generaliter conſtuitit. vt ipſe ſeruus
inſtitutus ex iſta inſtitutione beneficiuꝫ li-
bertatis conſequatur licet dominus ipſiꝫ
inſtituendo libertatem non expreſſit. cum
non videatur veriſimile dominum qui ſer
uum ſuum ſibi heredem elegit voluiſſe ip-
ſum in ſeruitute remanere. licet dationem
libertatis pretermiſerit: ⁊ ita neminem ſibi
heredē exiſtere. Sed pone. domine vos di

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xiſtis mihi ſup̄ ꝙ debitor qui manumittit
in fraudē creditoꝝ nil agit. ꝓ deo exponatiſ
mihi regulā iſtam ⁊ dicatis mihi quis in
fraudē manumittere dicit. Ad hoc rn̄det
iuſtinianus ⁊ dicit. Amice certe ille dicit i
fraudē creditorum manumittere qui iā eo
tp̄e quo imponit libertates eſt ſoluendo ſ3
poſt ꝑ dationē libertatis deſinit eſſe ſoluen
do. ⁊ hec ſunt vera de rigore iuris. Preua-
luiſſe tn̄ videt de equitate nō aliter reuoca-
ri libertates niſi debitor manumittens ani
mū fraudandi habuerit: ꝗuis bona eius
creditoribꝫ nō ſufficiant. Sepe em̄ ſperāt
hoīes plus hr̄e in ſuis facultatibꝫ ꝗ̄ habe-
ant: ſic igit demū intelligimꝰ libertates da-
tas ab eo reuocari poſſe q̄ ſoluendo nō eſt:
cū vtroqꝫ modo creditores fuerint defrau
dati: ex ꝯſilio manumittētis ⁊ re ipſa. i. qr ſi
cut ipē manumiſſor eos fraudare ꝓpoſuit.
ita in rei veritate fraudati ſunt ambo: ita ꝙ
iam datis libertatibꝫ bona eiꝰ creditoribuſ
nō ſufficiant. ⁊ hec dicunt in pͥma pte pn
cipali vſqꝫ ad illū. §. Eadē. l. elia. ¶ Hic in-
cipit ſecūda ps principalis in qua tractat
de impedimēto manumiſſiōis qḋ interueit
rōne minoris etatis. ⁊ in pte iſta ita ꝓcedit
Primo ponit ſtatutū legis eliacē. ſecūdo e
numerat iuſtas cauſas manumiſſiōis. ter
cio remouet quandā dubitatōez circa cau
ſas manumiſſionis incidentē. q̄rto oppōit
allegādo ꝯtra ſtatutū legis eliacē. ⁊ poſtea
ponit duas rōnes in ꝯtrariū ꝑ eadem lege
vltimo eligens mediā viam ſoluit: ⁊ ita hec
ſecūda ps principalis quatuor habet pti-
culas que ſatis in lr̄a ꝑ ſe patent. Pone igit
ſic caſum in prima pte. Dn̄e iam vidi vnu3
impedimentū manumiſſiōis qḋ interuenit
rōne fraudis. nūquid eſt adhuc aliqḋ ali-
ud impedimentū qḋ obeſt manumiſſioni.
Ad hoc rn̄det iuſtinianꝰ ꝙ ſic. na3 certe ea-
dem lege elia. ſtatutū eſt dn̄m minorē. xx.
annoꝝ. nō aliter poſſe ſeruū ſuū manumitte
re: niſi iuſta cauſa manumiſſionis fuerit a-
pud iudicē approbata. ⁊ hec in prima ptīcu
la ſcd̄e ptis. Sed pone. dn̄e ꝓ deo dicatis
mihi que ſunt iuſte cauſe manumiſſionis.
Ad hoc rn̄det. Amice: iſte cauſe manumiſ
ſionis ſūt iuſte: veluti ſi qs habeat filiū vel
filiam naturalē. etiā aut fratrē vel ſororem
aut nutricē: aut pedagogū: aut educatore3

ſuū. aut eū qui eum aluit. ⁊ velit eū manu-
mittere: aut ſi qs velit collactaneum ſuum
manumittere. aut ſeruū ſuū gr̄a ꝓcuratoris
habendi manumiſſus nō minor. xviij. āno
manumittat. vel ſi velit manumittere ancil
lā vt eam ducat in vxorē: nā certe om̄es iſte
cauſe iuſte vident. ita tn̄ in hoc caſu mino-
ri. xx. anno. ancillā ſuam manumittere per
mittit ſi intra. vi. menſes a tp̄e manumiſſio
nis ꝯnumerandos vxorē ducat. niſi aliq̄ iu
ſta cauſa ſuperueniēs matri. impediat. ⁊ hec
ꝯtinent in ſecūda pticula huiꝰ ſcd̄e ptis pn
cipal' vſqꝫ ad illū. §. Semel. ¶ Hic incipit
tercia pticula in qua ſic pone caſum. Dn̄e
iam video ꝙ non licet minori. xx. an. ſeruū
ſuū ſine iuſta cauſa manumittere. ſed pona
mus ꝙ aliqs minor. xx. an. volēs manumit
tere ſeruū ſuū allegabat iuſtā cauſā coram
iudice. ꝙ ſeruū illū quē voluit manumitte
re fuit ſibi ſocius in armis vel in ſcolis: et
iudex illā cauſam tanqꝫ iuſtam approbauit.
vnde talis minor ſeruo impoſuit libertatē.
poſtea ꝓcedente tp̄e apparuit illā cauſa3 fu-
iſſe iniuſtā. Nunq̄d occaſione illꝰ cauſe nō
iuſte poterit libertas data reuocari. Ad h̄
rn̄det iuſtini. ꝙ nō. cauſa em̄ a iudic approba
ta ſiue iuſta ſiue iniuſta fuerit. nunqꝫ po
ſtea retractabit. ⁊ hoc in tercia pticula vſqꝫ
ad illū. §. Cū aūt certꝰ modus. ¶ Hic inci
pit quarta ⁊ vltima pticula vltime ptis pn-
cipalis in qua ſic pone caſū. Dn̄e iā video
ꝙ ſtatuit lex eliacentia circa minores ma-
numittere ſeruos ſuos q̄d videt vobis de
ſtatuto. l. elia. nūquid hodie obſeruandum
eſt. Ad hoc rn̄det iuſt. dicens. Amice: certe
vobis videt prima facie ſtatuto. l. eliacen.
quoddā ius intolerabile emergere. cu3 em̄
minoribꝫ. xx. annis auctoritate legis eliac.
certus modus manumittēdi ſit ſtatutꝰ. ex
hoc ſtatuto ꝯtingebat vt lic3 minor q̄. xiiij.
annos impleuerat teſtamentū poſſet ꝯde-
re. ⁊ in eo heredē inſtituere ſibi ⁊ legata re
linquere. ſi tamē adhuc minor. xx. an. fuerit
libertatē vni ſeruo dare nō poterat. qḋ non
videt aliquatenꝰ ferendū: Cū em̄ hmōi mi
nori oīm bonoꝝ ſuoru3 libera diſpoſitio in
teſtamēto ꝯcedat ſatis videt abſurdū ꝙ ei
bn̄ficiū manumittēdi denegetur. Quare eim
nō ſilr vt in ceteras res ſuas ita ⁊ in ſeruos
in vltima volūtate queadmodū voluit diſ-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ponere credit̄.vt ipſis libertatis bn̄ficium poſſit impartiri.hoc nō videt̄ rōni ꝯſenta‑ neū. Veruntamē cū libertas ineſtimabilis ſit:ꝛ idcirco minori.xx.an.eam preſtare ſer‑ uis ſuis antiq̄tas ꝓhibuerit.ideo nos his rōnibꝫ moti quodāmodo viā mediā eligi‑ mus:ꝛ nō aliter minori.xx.an.ꝯcedim᷒ poſ ſe dare ſeruo teſtamento libertatē.niſi com pleuerit.xvij.an.ꝛ parū.xviij.an.tetigerit. cū eñ antiq̄tas hm̄ōi etatis hoībꝫ pro alijs in iure poſtulare ꝯceſſerit.nō videm᷒ rōem cur ſtabilitas iudicij ſui intantū eos iuua re nō credat̄.vt ſaltem in.xl.etate ꝯſtituti li bertatē ſeruis ſuis in vltima volūtate poſ‑ ſint imponere. Extra caſū not.ꝙ manumiſ ſio in fraudē creditoꝝ data ſeruo nō valet. Itē nota mirabilē rōnem ſcꝫ ꝙ lex hoc vlt Scd̄o nota ꝙ ſeruus eſt neceſſari᷒ heres dn̄i.i.ſiue velit ſiue nolit cogit adire heredi tatem liber efficit̄ etiā ſi in fraudē creditoꝝ fuerit heres inſtitutus a dn̄o ſuo. Itē no‑ ta paupibus ſubueniri. Item no.ꝙ fama defunctoꝝ q̄nqꝫ damnat̄. Nota q̄n in frau deꝫ creditoꝝ videat̄ fieri manumiſſio. No ta ꝙ duo ſunt neceſſaria vt impediat̄ liber tas ſcꝫ fraus ꝛ eventus.ſcꝫ ꝙ eueniat ꝙ creditores vere fraudent̄. Itē no.ꝙ ſepe de facultatibꝫ ſuis plus ſperāt hoīes q̄ꝫ in his ſit. Nota ꝙ dn̄s minor.xx.an.nō pōt manu mittere ſeruū ſuū niſi cā cognita. Ex ſcd̄a pte no.id qd̄ vertit̄ in cognitōeꝫ. Itē no.ꝙ in.xvij.an.pōt quis alicui᷒ eſſe ꝓcurator. Ex tercia pte no.ꝙ manumiſſio predicta preſti ta etiā iniuſte de facili nō retractat̄. Ex q̄r‑ ta pte nota ꝙ in decimoq̄rto anno q̄s pōt teſtari. Itē no.ꝙ libertas eſt res ineſtia bilis. Itē no.mediā viā eſſe eligendam. Ex vltima no.ꝙ in decimoſeptimo an.q̄s pōt aduocare ſeu poſtulare.

De lege fuſia canina tollenda.

Continuatio iſti᷒ rubrice ptꝫ i hūc modū. Sup̄ in titu.pxi.p̄ced.tra‑ ctauit iuſti.ſpecialr̄ de duobꝫ impe dimētis manumiſſionis.ꝛ qꝛ lex fuſia cani na impediebat libertates in teſtamēto dari idcirco iuſti.de ea hic tractare intēdit.vn̄ ſubijcit rubri.de lege fu.ca.tollen.ꝛ in titu. iſto ita ꝓcedit. Primo dicit q̄d erat ſtatutū p legē fu.ca.poſtea aſſignat rōnem q̄re ſub ata fuerit. Pone igit̄ ſic ca.acceſſi ad iuſti. ꝛ ita queſiui ab eo. Dn̄e vos vultis tracta re de lege fu.ca.dicatis mihi q̄d ſtatutū fu‑ it in lege illa. Ad h̄ rn̄.iuſti.di. Amice in le‑ ge fu.ca.certus fuit modus ꝯſtitut᷒ in ſer‑ uis in vltima volūtate manumittēdis.vt li cet q̄s inter viuos arbitrio ſuo poſſet ſuos ſuos manumittere.tn̄ in teſtamento vltra .ij.vl.iij.fortepꝑter ꝓhibitōnem.l.fu.ca.nō poterat libertatē preſtare quā quidē legem fu.ca.q̄ſi iuidā ꝛ libertatibꝫ impedimētū af ferentē tollendā eē iudicauim᷒.ꝛ eā imppe tuū ſilere eſtimauim᷒.ꝛ ad ipāꝫ tollendā ta li rōne moti eram᷒. Satꝭ eñ videbat̄ nob abſurdū atꝫ inhumanū viuos hr̄e licentiā totā familiā ſuā arbitrio ſuo manumittere niſi aliq̄ten᷒ iuſta cā impedimentū manu‑ miſſioni p̄ſtaret ꝛ hm̄ōi legittimā ad mortē tendētibus auferre. Extra ca.no.ꝑmo ꝯtra iuidos. Scd̄o no.libertati fauendū. Ter‑ cio no.ꝙ id qd̄ pōt fieri inter viuos.pt etiā fieri in vltima volūtate ꝛ ecōtra:ꝛ ſic videt̄ improbari ſolutio mltoꝝ q̄ ſoluūt mlta con traria h̄ mō qꝛ dicūt ſpēale tm̄ in tali lege ꝑ pter fauorē vltime voluntatꝭ.qꝛ nō videt̄ bo na ſolo niſi alia cā ꝛ rō ſubſit.ſꝫ tal̄ q̄l eſt ſo‑ lutio ꝛ hec ſūt q̄ vſꝫ ad ti.dicunt̄.

De his q̄ ſui vl̄ alieni iuris ſunt.

Continuatio iſti᷒ rub.pꝫ in hūc mo dū. Expedita diuiſione ꝑma d̄ iure ꝑſonaꝝ quā poſuit.ſ.in ti.de iure gent. Hic ponit quandam aliam diuiſio‑ nem ꝑſonarū de iure ciui.que talis eſt.que dam ꝑſone ſui iuris ſunt. Vn̄ ſubijcit rub. de his qui ſui iuris ſunt vel alieni.ꝛ ſcd̄m membꝝ iſti᷒ diuiſiōis.ſcꝫ hoc quedā alieō iuri ſubiecte ſunt:ſubdiuidit i duo mēbra ꝛ iſtam ſubdiuiſionē ꝓſequit̄ vſqꝫ ad tituluꝫ de tutelis.licet quedā alia interſerat.ꝛ ibi re ſumit primū mēbꝝ iſti᷒ ſubdiuiſiōis prin‑ cipalis ꝛ illam ſubdiuidit ſil̄iter in duo mē bra ꝛ iſtā diuiſionē ꝓſequit̄ vſqꝫ in fi.iſtius libri.ꝛ ita in hoc primo libro tm̄ ſūt tres di‑ uiſiones de iure ꝑſo.vt dictū eſt. Sequit̄ d̄ iure ꝑſonaꝝ ꝛc̄. In titulo iſto ita procedit primo ponit ꝯtinuatōeꝫ ſuaꝫ.ſcd̄o ſubijcit diuiſionē.tercio ſubdiuidit primū membꝝ ſue diuiſiōis eligens illud membrum de q̄ intendit tractare in titulo iſto.quarto tra‑ ctat de dominica poteſtate ſm̄ iura antiq̄. quinto ꝛ vltimo tractat de eadem poteſtate

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

reſtricta ſm iura noua. ⁊ ita hec p ſe patet.
Pone igit ſic caſū. dicit iuſti. ↄtinuādo ſb/
ſequētia pcedētibus. viſa pma diuiſione ď iu
re pſonarū. q̄daʒ alia diuiſio ſubſequit tal.
Quedā em pſo. ſui iuris ſūt. q̄dā alieno iu
ri ſubiecte ſūt. Illarū q ue alieno iuri ſubie
cte ſūt. quedā ſūt in ptāte dñorū. Sed dñe
de q̇bus vultis poſt tractare: vtrū ʒ de his q̄
ſui iuris ſūt: an de his q̄ alieno iuri ſubie/
cte ſūt. Ad h̄ rñ. iuſti. q pmo dicturꝰ eſt de
his q̄ alieno iuri ſubiecte ſūt. Nā ſi cogno/
uerimꝰ q̄ ſūt ille pſone q̄ alieno iuri ſubie/
cte ſūt: certe ſiĺ ſubintelligemꝰ q̄ ſui iurꝭ ſūt
vnde videamꝰ pmo de his pſonis que ptā/
ti dñorū ſubiecte ſūt: ⁊ hec dicunt in pma ſe
cūda ⁊ tercia pticula vſq ad illū. §. In ptā
te itaq. ¶ Ibi incipit q̄rta pticula in q̄ ſic
pone caſū. Dñe iā video q vos poſt inten
ditis tractare de dñica ptāte. dicatis ḡ mi/
hi ſi placet q̄ ſūt in ptāte dñorū: ⁊ vñ deſcen/
dit ptās quā dñi habēt in ſeruis. Ad h̄ re.
iuſti. dicēs. certe in ptāte dñorū ſūt ſerui. et
hec ptās quā dñi habēt in ſeruis ď iure gē.
eſt q tali liquet rōne. Nā apud oēs gētes p
pendere poſſumꝰ peque dñis in ſeruos vi/
te neciſq ptātē fuiſſe. ⁊ qđcunq p ſeruū ac/
quirit: id dño acq̇ri cenſet. Cū igit ius gē.
ſit qđ peque apud oēs gētes cuſtodit mani
feſtū ē iſtā ptātē de iure gen. originē ſumpſiſ
ſe. ⁊ hec dicunt in. iiij. pticula vſq ad illum
§. Sed h̄ tpe ⁊c. ¶ Ibi incipit. v. ps in q̄
ſic pone caſū. Dñe iam video q̄ fuit ptās
dñorū in ſeruos ſm iura antiqua. nūquid
licebit dñis adhuc eandē ptātē i ſeruos ex/
ercere. Rñdet iuſti. q nō. Nam hoc tpe in
illis hoībus qui ſub nro impio ſūt nō licet ſi
ne cauſa legibus approbata i ſeruos ſuos ſu/
pra modū ſeuire. Ex ↄſtitutōe em diui Pij
anthonini cauet vt q̄ ꝓpriū ſeruū occiderit
ſine legitima cā nō minus puniat q̄ q̄ alie
nū ſeruū interfeciſſet. ⁊ nō ſolūmodo illos
qui ſeruos occidūt puniri iubemꝰ. ſed etiā
eos q̄ maiorē aſperitatē q̄ equū ſit in ſeruoſ
exercent eiuſdē pncipis ↄſtitutōe cohercēt
Nam idē pnceps ↄſultus a q̄buſdā pſidi/
bus ꝓuinciarū q̄d iuris eſſet de his ſeruis
q̄ ꝓpter ſeuitiā dñorū ad edes ſacras ⁊ ad ſta
tuas principū ↄfugiūt. in reſcpto ſuo pce/
pit vt ſi ſeuicia dñorū circa ipos ſeruos in/
tolerabilis videat. cogant ipſi dñi ſeruos
bonis ↄditōibus vendere. ⁊ preciū de ſeruis
venditis habitū dñis det. Sed dñe q̄d vi
det vobis de hoc ſtatuto diui pij anthoni/
ni: ⁊ certe dicit iuſti. nobis videt ipm recte
ſtatuiſſe. expedit em reipu. ne q̄s re ſua ma
le vtat. ⁊ v̄ba ſcripta ipius principis ad eli/
um marcianū pcōſulē miſſa ſūt hec. Dño/
rū quidē ptātē in ſeruos ſuos illibatā eſſe.
id eſt nō diminutā q̄ʒ nec cuiq hoīum ius
ſuū in aliquē detrahi equū eſt. verūtamē in
caſu iſto ipoꝝ dñorū intereſt: ne auxiliū con
tra eorū ſeuiciā vel intolerabilē iniuriā ipis
ſeruis iuſte deprecantibus deneget. Nam ſi
pmitteret eis ſeuitiaʒ ſuam in ſeruos ſuos
exercere. aut forte ſeruos occiderēt aut eos
fugitiuos efficerent. ⁊ ſic ipis ſeruis ⁊ eorū
precio carerēt. ⁊ ideo o tu ely ⁊ marciane de
querelis ſeruorū q̄ ex familia iulij ſabini ꝓ/
pter eꝰ ſeuiciā ad ſtatuas principū fugerūt
diligenter cognoſce: ⁊ ſi tu cognoueris eoſ/
dē durius habitos q̄ equū ſit ⁊ intolerabi/
li iniuria afflictos venūdari iube: ita q de
cetero in po. iulij ſabini non reuertant. ⁊ ſi
idē iulius ſabinus huic nr̄e ↄſtitutiōi frau
dē fecerit. ſciat nos hoc delictū ſuū aduerſꝰ
ſe ſeuerius executuros. Extra caſū no. diui
ſionē iſtarū pſonarū. Nota ſcđo q poteſtaſ
alia dñica: alia paterna. No. tercio q ↄtra/
riorū. eadem eſt diſciplina. Quarto nota q
ſeruitus eſt inducta a iure gen. Nota q̄nto
q de iure gentiū licebat dñis ſeruos ſuos
occidere etiā ſine cauſa. ſed hodie nec occi/
dere licet nec verberare acriter poterit dñs
ſine cauſa: ⁊ ſi ↄtra faciat punit. No. ſexto.
q quicq̄d acquirit ſeruus dño acq̇rat. No
ta ſeptimo caſū in quo q̄s cōpellit vendere
Nota octauo q dicit expedit em reipu. ⁊c.
Nono no. q ius alicui nō eſt diminuendū
vt in glo. ſup v̄bo illibatā. Vltimo nota q
priuilegiū debet amittere q̄ ↄceſſa abutitur
ptāte. ⁊ hec dicunt vſʒ ad fi. ti.

## ¶ De patria poteſtate.

Continuatio iſtiꝰ rubrice ptʒ ex pre/
dictis. Earū em pſonarū que alieno
iuri ſubiecte ſūt: quedā ſunt in ptā
te dñorū: ⁊ quedaʒ in ptāte pentū. vt. ṡ. ti. p
xi. §. Rurſus. ſʒ expeditū eſt de his q̄ ſūt in
ptāte dñorū: vt in toto tit. pcedenti. Reſtat
ergo videre de his qui ſūt in ptāte parentū
vñ de his dicturus annectit rub. de pa. po

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In poteſtate noſtra ꝛc. diuidas iſtū titulū in quatuor ptes. in quarū prima pte determi-nat iuſti. q ſunt in pa. po. In ſcda pte diffi-nit matri. In tercia pte determinat qꝛ pro-priū eſt ius pa. po. In qrta pte declarat p exēpla q ſunt in pa. po. Prima ps durat vſ ad illū. §. Ius aūt. ibi. iij. incipit ꝛ durat vſ ad illū. §. Qui igit. ibi qrta incipit ꝛ ptē-dit vſ ad fi. ti. In po. no. pone ſic ca. in p-ma pte. acceſſi ad iuſti. ꝛ queſiui ab eo. Dñe vos vultis tractare d pa. po. dicatis igitur mihi q ſunt in pa. po. Ad h rñdet iuſti. di. In pa. ꝛ in po. nr̄a ſunt liberi qs ex iuſtꝭ nu-ptijs pcreauimꝰ. ꝛ hec dicunt in pma par-te vſ ad illū. §. Nuptie ꝛc. ꝛ ibi incipit ſe-cunda. ſed pone. caſū. dñe iā video q ſunt i patria po. ſed dicatꝭ mihi qd eſt mr̄imoniū ſiue nuptie. Ad h rñ. iuſti. qꝛ nuptie ſiue ma-trimoniū eſt viri ꝛ mlierꝭ ꝯiunctio indiui-duam vite retinēs ꝯſuetudinē. ꝛ hec i ſcda pte vſ ad. §. Ius aūt. Ibi incipit tercia ps in q ſic pone ca. dñe dicatis mihi qꝛ ſi placet ꝓpriū eſt ius patrie ptātis. Ad h rñ. qꝛ ius pa. po. qd in liberos habemꝰ ꝓpriū ē ciuiū romanorū. i. liberorū oīm de romano impio. Nulli eīn alij hoīes ſunt qui talē po-teſtatē habent in liberos qualem nos ha-bemus. ꝛ hec in. iij. pte ꝯtinent q durat vſ ad. §. Qui igit. Ibi incipit qrta in q ſic po-ne caſū. dñe ſi vob placet dicatis q ſūt in pa-tria po. Ad hoc rñ. iuſti. Amice dixīmꝰ qꝛ illi ſunt in pa. po. nr̄a qs de iuſtis nuptijs pcreauimꝰ. Et hoc igit manifeſte liquet qꝛ illi q ex te ꝛ legittima vxore tua naſcuntur i tua ptāte ſūt vt nepos ꝛ ideēſt in pnepote ꝛ ceteris deinceps p maſculinā lineā deſcen-dentibꝫ. Sed qꝫqꝫ dixerim nepotes nati ex filio in tua eſſe ptāte. ſecus tñ i nepotibꝫ na-tis ex filia. Nā qui ex filia naſcunt i tua po-teſtate nō ſunt. ſꝫ in ptāte pr̄is eorū. ꝛ hec di-cunt in quarta pticula vſ ad fi. tit. Extra caſū no. qꝛ liberi ſūt in ptāte pentū. Secū-do qd eſt matrimo. Tercio qꝛ matrimoniū de facili nō diſſoluitur.

De nuptijs rubrica.

Continuatio iſtiꝰ rubrice ptꝫ in hūc modū. Dictū eſt. ſ. qꝛ illi ſūt in ptā-te noſtra qs ex iuſtis nuptijs pcre-auimus. Ne igit iuuenes poſſint ignorare que ſunt iuſte nuptie intendit hic tractare de nuptijs ꝛ earū impedimentis. ꝛ ideo de his dilaturꝰ pmittit ru. de nuptijs. Iuſtas aūt nu p. ꝛc. Ad euidētiā iſtiꝰ tit. in quatuor p-tes pncipales titu. iſte diuidit. In qrū pri-ma pte determinat iuſti. q ſūt iuſte nuptie. In ſcda pte determinat de impedimētꝭ nu-ptiarū. In tercia pte determi. de penis qbꝫ puniunt illi q illicitas nuptias ꝯhunt. In qrta pte ponit caſus ſpēales in qbꝫ illi q nō erāt in ptāte pr̄is: bñficio natiuitatꝭ poſtea aucte curie ad pa. po. redigūt ꝛ iura legitti-mū ꝯſequunt. pma ps ptendit vſ ad illū. §. Ergo nō oēs. ſcda ibi icipit ꝛ ptendit vſ ad illū. §. Si aduerſus. ibi icipit tercia ꝛ p-tendit vſ ad illū. §. Aliqñ. ibi qrta incipit ꝛ ptendit vſ ad fi. ti. Iuſtas aūt ꝛc. Pone igit ſic caſū in pma pte. acceſſi ad iuſti. ꝛ ita qſiui ab eo. Dñe vos vultis tractare de nu-ptijs. dicatꝭ igit mihi q ſūt iuſte nuptie. ad h rñ. iuſti. di. qꝛ iuſte nuptie ſunt qs inter ſe ciues romani. i. liberi hoīes ſm pcepta le-gū ꝯtrahūt. vicꝫ maſculi puberes ꝛ femine viri potētes. ꝛ h ē verū ſiue ſint patreſfa. q nuptias ꝯhūt: ſiue filijfa. dū tñ fi. fa. d ꝯſēſu pentū in qrū ſūt ptāte nuptias ꝯhāt. Nā qꝛ filiuſfa. de ꝯſenſu pentū in qrū eſt ptāte dbe-at ꝯtrahere tā ciuilis qꝫ naturalis rō ſuadꝫ intantū etiā qꝛ iuſſus pentū in matri. a filio fa. ꝯtrahēdo pcedere debeat. vñ qꝛ ꝯſenſus pentꝭ reqrit apud veteres dubitatū fuit et qſitū vtrū filiaſa. alicuiꝰ furioſi poſſit nube-re ꝛ ꝯhere mr̄imoniū: cū pr̄ ꝯſentire nō poſ-ſit furioſus. ꝛ certe lꝫ de filia d facili ꝯſenſe-rint antiq. ſcꝫ qꝛ ipa poſſit ſine ꝯſenſu patrꝭ nubere. in filio tñ varij i varias ſnīas decli-nauerūt. ſꝫ tandē ad huiꝰ dubitatōēꝫ veterū ſopiendā nr̄a pceſſit ꝯſtitutio cuiꝰ aucte per-miſſū eſt vt ad exemplū filie furioſi filiꝰ furi-oſi ſine paterni ꝯſenſus iteruentu vxorem ducere poſſit. ſm tñ modū in eadē ꝯſtitutōe expſſū. Extra ca. no. pmo qꝛ inter ſeruos nō pt eē mr̄i. Scdo no. qꝛ maſculus. xiiij. an. ꝛ femina. xij. pñt ꝯhere mr̄imoniū. Tercio nota ꝯſenſū pr̄is eſſe neceſſariū cū filiuſfa. vel filiaſa. ꝯtrahūt matrimoniū. ꝛ hec dicū-tur in pma pte vſ ad. §. Ergo nō omnes. Hic incipit ſcda ps in qua determinat iu-ſti. de impedimētis nupt. ꝛ in hac pte ita p-cedit. Primo determinat de impedimētꝭ in-teruenientibꝫ rōne cognatōnis in lineā di-

rectam.⁊ hoc ſiue fuerit cognatio natural'
ſiue ciuilis tm̄ puta ꝑ ſpeciem adoptionis:
ſcđo determinat de impedimẽtis interueni
entib⁹ rõne affinitatꝭ.tercio de impedimen
tis interu enientib⁹ rõne ſeruilis cognatõis.
Et iſta ſcđa ps principalis:⁊ he ꝑticule in
lr̄a ſatis maniteſte ꝑ ſe patẽt. Pone igit̄ ſic
ca.dicit iuſti.inferẽdo ex p̄cedẽtib⁹. ex quo
dictũ eſt.ſ.ꝙ liberi hoies q̇ ſm̄ p̄cepta legũ
coierint iuſtas nuptias ꝯhũt.ergo maniſe
ſte ptꝫ ꝙ nõ lꝫ nob̄ q̄lliber vxorẽ indiſtincte
ducere.Nã a quarũdaꝫ mulieꝝ nuptijs cũ
q̇b⁹ leges ꝯtrahi vetãt abſtinendũ eſt.Naꝫ
inter eas ꝑſonas q̄ ꝑentũ vel liberoꝝ locuꝫ
inter ſe obtinẽt nup.ꝯſiſtere nõ pñt. veluti
inter patrẽ⁊ filiã:vel auiã ⁊ nepotẽ.vel ma-
trẽ ⁊ filiũ vel auũ ⁊ neptem nuptie ꝓhibite
ſunt.⁊ nõ ſolũmodo inter iſtas ꝑſonas.ſed
inter oẽs ⁊ ſupiores ⁊ inferiores directo ex-
iſtẽtes vſqꝫ in infinitũ.⁊ ſi tales ꝑſone inter
ſe coierint.nephariaſ atqꝫ inceſtas nu pti-
as inter ſe ꝯtraxiſſe cenſent̄. ⁊ hec intantuꝫ
ſũt vera vt etiã ſi aliq̇ ꝑ adoptionẽ loco ꝑen
tũ vel liberoꝝ ſibi eſſe ceperũt. inter eos tñ
nuptie ꝯſiſtere nõ pñt.⁊ licet etiã ꝑ emanci-
patõem adoptio diſſoluta fuerit.ideꝫ tamẽ
iuris erit vt ſi aliquã adoptaueris tibi in fi
liã aut neptẽ licet poſtea eã emancipaueris
eam tñ in vxorẽ ducere nõ poterꝭ. Extra ca.
no.inter ꝑentes ⁊ liberos nõ poſſe ꝯſiſtere
nuptias nec matrimoniũ.⁊ hec dicunt̄ i p̄-
ma ꝑticula ſcđe ꝑtis p̄ncipalis vſqꝫ ad.§.
Inter eas. Hic incipit ſcđa ꝑticula ſcđe ꝑ-
tis principalis in q̄ ſic po.ca. Dñe iam vidi
de impedimẽtis nup.interueniẽtib⁹ ĩ linea
recta.an eadẽ ſit obſeruatio in linea trãſuer
ſali.Reſpõ.iuſti.ꝙ ſic.Nã certe inter eas ꝑ
ſonas que ex trãſuerſo gradu cognatõnis
iungũt̄ eſt quedã obſeruatio:licet nõ tãta
q̄ta eſt in linea directa.Nã certe inter frẽm
⁊ ſororẽ nuptie oĩno ꝓhibite ſũt.⁊ hoc ſiue
habuerint eundẽ p̄rem tm̄ ſiue matrem di
uerſã.ſiue eandẽ m̄rem tm̄ ſiue p̄rem diuer
ſũ.⁊ nõ ſolũmodo inter fratrẽ ⁊ ſororẽ natu
rales nuptie ꝓhibite ſũt.ſed ⁊ inter adopti-
uos.Nã ſi aliq̄ m̄lier ceperit tibi eẽ ſoror ꝑ
adoptionẽ q̄diu durat adoptio inter te⁊ ip
ſaꝫ nuptie ꝯſiſtere nõ pñt.ſi tñ ꝑ emancipa-
tionẽ poſtea diſſoluta adoptio fuerit.iã ceſ
ſat tibi ſoror eſſe.vñ eam in vxorẽ ducere po
teris:cũ nec naturali nec ciuili iure tibi cõ-
iũcta ſit.Et nõ ſolũmodo ſi ipa fuerit emã
cipata eã ducere poteris.ſꝫ etiã ſi tu a patre
emancipat⁹ fueris nihil inter te ⁊ ipam nu
ptijs ꝯtrahẽdis obſtabit.Vñ ſi q̇s generũ
ſuũ velit adoptare:p̄mo debet filiã ſuã emã
cipare.⁊ ſil'r ſi q̇s voluerit nurũ ſuã.i. vxo-
rẽ filij ſui ⁊ filiã adoptare.p̄mo debet filiuꝫ
ſuũ eiuſdẽ m̄lieris ⁊ maritũ emãcipare.nã
ſi eſſet in p̄tãte eiuſdẽ nuptie nõ poſſent in-
ter eos ꝯſiſtere.⁊ nõ ſolũ ꝓhibite ſũt nuptie
inter p̄dictas ꝑſonas.ſꝫ etiaꝫ nõ licet alicui
fratris ſui vel ſororis ſue filiam ducere nec
etiã neptẽ.licet ipa in q̄rto gradu ſit.Cuius
em̄ filiã ducere vxorẽ q̇s nõ pt.nec ei⁹ neptẽ
ducere nõ poterit.ſꝫ licet filiã ſororis natu-
ralis in vxorẽ ducere nõ poteris.ſecus tñ ẽ
in filia ſororis adoptiue.Nã filiã ſororis il
lius m̄lieris quã p̄r tuus in filiã adoptauit
ducere nõ ꝓhiberis vxorẽ.q꞉ neqꝫ iure na-
turali neqꝫ iure ciuili filia ſororis adoptiue
tibi ꝯiũcta eſt.ſed etiã filiã vel neptẽ ſororis
vel fratris naturalis vxorẽ ducere nõ pote
ris.Liberi qꝫ duoꝝ fratrũ vel ſoroꝝ vel li
beri fratris ex vna ꝑte ⁊ ſororis ex alia: nu-
ptias inter ſe ꝯtrahere pñt.Itẽ amitã tuã
vxorẽ ducere nõ poteris.nec etiã materterã
q꞉ ꝑentꝭ loco habent̄ ⁊ eadẽ rõne magnam
amitã ⁊ magnã materterã vxorẽ ducere ꝓ-
hiberis.Extra ca.no.ꝙ eſt tanta prohibi-
tio inter collaterales q̄ta eſt inter aſcẽden-
tes ⁊ deſcẽdẽtes.Itẽ nota ꝙ frẽs ſiue ſoro-
res alij ꝯſanguinei ⁊ vterini.alij ꝯſanguiẽi
tm̄.alij vterini tm̄.vt in fine p̄me ꝑtis hui⁹
§.alij nec ꝯſanguinei nec vterini.vt infra.§
Mariti.Itẽ no.regulã illã que eſt in verſi
culo.Sed nec neptẽ.cũ dicit cui⁹ em̄ filiaꝫ
⁊c.quã regulã reſtringe ad caſũ q̇ ibi p̄ceſſe
rat.⁊ ibi nota ꝙ ordo trãſuerſaliũ diuidit̄ i
tres ꝑtes.ſcꝫ tranſuerſales directo vt.§.du
oꝝ.⁊ inferiores.vt.§.Fratrꝭ.⁊ ſupiores vt
§.Ita amita ⁊ matertera magna ſunt loco
matrũ.⁊ hec dicunt̄ in ſcđa particula ſecun
de ꝑtis p̄ncipalis vſqꝫ ad.§.Affinitas q̄qꝫ.
Hic incipit tercia ꝑticula ſecũde ꝑtis p̄nci
palis in qua ſic pone caſũ.Dñe iam vidi d̄
impedimentis nup.interueniẽtib⁹ rõne co-
gnatõis tã linea directa q̄ꝫ trãſuerſali.Nũ-
q̇d adhuc plura ſũt impedimẽta nup.Rñ.
impa.ꝙ ſic.Nã nõ ſolũ rõne cognatõis ſꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etiam rōne affinitatis impediunt̄ nuptie.
Rōne eni̅ affinitatis a quarundā mulierū
nuptijs abſtinendū eſt. Nam preuignā vel
nurū tuā vxorē ducere prohiberis. qꝛ vtra-
qꝫ illaꝝ tibi loco filie eſt. ſꝫ hec ſpecialis pro
hibitio locū habet ſi fuit nurus tua ⁊ nūc
nō eſt. vel ſi fuit preuigna tua ⁊ nūc non eſt
Naꝫ ſi eſt adhuc nurus tua. i. ſi adhuc cō
ſtat matrimoniū inter ipaꝫ ⁊ filiū tuu mad
huc viuētē naturali. generali ⁊ cōmuni rō-
ne tibi nubere non poterit. qꝛ viuente filio
tuo marito eiꝰ nec tibi nec cuiuis alij nube
re poterit. Eadeꝫ eni̅ mulier duobus viris
ſimul nubere nō pōt. ⁊ idē iuris eſt in preui-
gna tua. Nā preuigna tua ſi adhuc eſt pre-
uigna tua. i. ſi mater eiꝰ adhuc tibi nupta ē
ſpecialis ꝓhibitio nuptiarū inter ſe ⁊ ipam
ꝯtrahendaꝝ locū nō habet. qꝛ durante ma
trimonio inter te ⁊ matrē eius generali ⁊ cō
muni rōne nō poteris cum ipa ꝯtrahere. qꝛ
eodē tpe duas hr̄e vxores nō poteris. ⁊ nō
ſolū inter has ꝑſonas ꝓhibent̄ nuptie rōe
affinitatis. ſed etiā inter plures alias. So
crū eni̅ tuā. i. matrē vxoris tue vel nouercaꝫ
tuā. i. vxorē p̄ris tui vxorē ducere ꝓhiberis
qꝛ vtraqꝫ iſtaꝝ loco matris tibi eſt. ⁊ hec ſilr
ꝓhibitio ſpēalis ſecuti in caſu ſupiori tunc
demū locū habet cū ſolutū fuit matrimoni
um qd eſt cauſa affinitatis. Nā ſi adhuc ē
tua nouerca. i. ſi adhuc p̄ri tuo nupta ē ge-
nerali rōne nuptie inter te ⁊ ipam prohibēt
qꝛ viuēte p̄re tuo marito eiuſdē nec tibi nec
cuiuis alij nubere pōt: qꝛ eadē mulier duo
bus ſil ⁊ eodē tpe nupta eſſe nō pōt. ⁊ idē iu
ris eſt in ſocru tua. Nā ſi adhuc eſt ſocrus
id eſt ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt. gene
rali rōne cū ipa ꝯtrahere prohiberis. qꝛ ſil
duas vxores hr̄e nō poteris: ſed ponamus
ꝙ petrus filiū ex vxore legittima habuit. ſi-
militer ⁊ berta ex marito iā mortuo habuit
filiā. ponamꝰ ꝙ petrus mortua vxore ꝯhit
matrimoniū cū berta. certe durante matri
monio inter petꝝ ⁊ bertā filiꝰ petri quē ha-
buit ex alia vxore cū filia berte quā ſuſcepit
ex alio marito licite poterit matrimonium
ꝯtrahere. ⁊ licet filij ex mr̄imo. inter bertā ⁊
petrū ꝯtracto nati coꝝ fr̄es ſint cōmunes.
ipi tn̄ nec naturali nec ciuili iure ꝯiungūt̄.
Sed ponamꝰ qd diuortiū ſit celebratū in-
ter petrū ⁊ bertam vxorē ſuam. ⁊ berta poſt
diuortiū ꝯtrahat cū ſecūdo marito ⁊ ex eo
ſuſcipiat filiā. ⁊ modo querit̄ vtrū petrꝰ qn
dam maritus berte poſſit ꝯtrahere cū filia
berte ex ſcdo matrimonio nata. ⁊ videbat̄
ꝙ ſic. nā iſta filia berte nō eſt ꝑuigna patri
qndam mariti berte qꝛ ꝑuigna ꝓprie dr̄ filia
vxoris tue quā habuit anteqꝫ tibi nupſerit. ſꝫ
iſta filia nata fuit ex ſcdo matrimonio poſt
diuortiū inter ber. ⁊ pe. celebratū. ergo nō ē
ꝓpria ꝑuigna petri. Julianꝰ tn̄ in hoc caſu
dicit ab hmōi mlieris nuptijs rōne hone-
ſtatis eſſe abſtinēdū. ⁊ hoc probat ꝑ duo ar
gumēta a ſili. Sponſa eni̅ filij nō eſt nurꝰ
p̄ris. ⁊ tn̄ nuptijs hmōi mlieris abſtinēduꝫ
eſt. qꝛ neqꝫ pater cū ſponſa filij nec filiꝰ cuꝫ
ſponſa p̄ris ꝯhere poterūt. a ſili ꝯcludit. li-
cet eni̅ hmōi filia nō ſit preuigna petri quō
dam mariti eiuſdē berte. tn̄ inter ipam ⁊ pe
trū matrimoniū ꝯſiſtere nō pōt. Extra ca.
no. ꝓmo rōne affinitatis prohibent̄ nuptie
ſiue ſit p̄ns affinitas ſiue ꝑterita ſiue futu-
ra. Nota ꝙ nurus ⁊ ꝑuigna ſūt loco filiaꝝ.
Itē nota ꝙ ſocrus ⁊ nouerca loco matruꝫ
ſūt. Nota ꝙ qs eodē tpe non pōt hr̄e duas
vxores. Itē no. ꝙ nō pōt eodē tpe mlier ha
bere duos viros. Itē no. ꝙ nuptie prohibē
tur rōe honeſtatis ⁊ affinitatis. ⁊ hec dicū
tur in tercia ꝑte ſcde ꝑtis ꝓncipalis vſꝫ ad
illū. §. Illud certū eſt ſeruiles. i quo ſic po-
ne caſū. Hūc iam vidi de impedimētis nu-
ptiarū interuenientibꝫ. tam rōne cognatio
nis qꝫ etiā rōe affinitatis. nunqd adhuc ſit
plura impedimēta nuptiarū. Rn̄det iuſti.
ꝙ ſic. Non ſolū impediunt̄ nuptie rōne co
gnatōis inter liberas ꝑſonas ſꝫ ⁊ inter ſer
uos. Nā ſeruiles cognatōes preſtāt impe-
dimētum nuptijs veluti ſi p̄r ⁊ filia manu-
miſſi fuerint ⁊ frater ⁊ ſoror. Nā inter iſtas
ꝑſonas obſtante cognatōis impedimento
licet ad libertatē ꝑuenerint nuptie ꝯſiſtere
nō p̄nt. Sūt ⁊ alie ꝑſone mlte que ꝓpter di
uerſas cauſas inter ſe mr̄imoniū ꝯhere ꝓ-
hent̄ qs qdē ꝑſonas in latioribꝫ libris dige-
ſtoꝝ ſeu pandectaꝝ enumerari ꝑmiſimus.
Extra ca. no. ꝙ qꝫdiu ſūt ſerui ꝓhibent̄ nu
ptie. ⁊ hec dicūt̄ in qrta ꝑte ſcde ꝑtis ꝓnci.
vſqꝫ ad. §. Si aduerſus ea. Hic incipit. iij.
ꝑs in q ſic po. ca. Hūc iā vidi ſatis de impe-
di. nup. dicatis mō mihi qlr puniunt̄ illi q
ꝯtra ꝑcepta legū iniuſtas nuptias ꝯhunt



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad hoc reſpõ. iuſti. dicens ꝙ ſi aliquid ad
uerſus ꝓcepta legũ tradita ſuꝑ ius egerint
nec erit ibi vir neqꝫ vxor neqꝫ mrĩmonium
neqꝫ dos ibi intelligetᷣ. nec filij ex illo coitu
illicito ptãti patris ſubijcientᷣ. Sed qͣntum
ad ptãtẽ patrꝫ ꝑtinent. tales erũt qͥles ſũt hi
qͦs mater ex vulgo ꝯcepit. Nã ꝛ hi vulgo
ꝯcepti patrẽ hr̃e intelliguntᷣ. qm̃ pr̃ eoꝝ icer
tus eſt. vñ ſolẽt filij ſpurij appellari a greca
voce ſic dicti q: ſine pr̃e ꝯcepti vl' q: ſine ma
tre filij vnõ diſſoluto tali illicito coitu. dos
ꝑ actionẽ ex ſtipulatõe repeti nõ poterit. cũ
ibi nullũ intelligatᷣ matrimo. neqꝫ dos ibi
eſſe poterit: ꝛ ſi dos ibi nõ ſit ſequitᷣ ꝙ repe
titioni dotꝫ locꝰ eẽ nõ poterit. ꝛ nõ ſolũ iſtas
penas patiuntᷣ illi q ꝓhibitas nuptias cõ-
trahũt. ſꝫ inumere alie pene q̃ in ſacrꝫ ꝯſti-
tutõibꝫ ꝯtinentᷣ eis infligantᷣ ꝛ hec dicuntᷣ
vſqꝫ ad. §. Aliqñ. Hic incipit qͣrta ꝛ vltima
ꝑs ꝓncipalis iſtiꝰ ti. in q̃ ſic pone caſũ. dñe
vos dixiſtis mihi. s. ti. ꝓxio ꝓcedenti ꝙ illi
ſũt in ptãte parentũ q ex iuſtis nuptijs ꝓcre
antᷣ. nunqͥd ſũt aliq qui ſtatim ut nati ſũt in
ptãte parentũ nõ fiant. ꝛ dicit impator ꝙ ſic.
Cõtingit eñ ꝙ licꝫ aliq in ptãte pr̃is bñfi-
cio natiuitatis ab initio nõ fuerint. poſtea
tñ legis auctẽ ptãti pr̃is ſubijciantᷣ. Et i ta
li caſu pone ꝙ aliqͥs habeat tm̃ filiũ natu-
ralẽ. ſi pr̃ iſte filiũ naturalẽ ſeruitio ꝓncipiſ
vel ꝓſidi ꝓuincie det. vl' curie alicuꝰ ciuitatꝫ
offerat: ꝑ iſtã oblatõem filiꝰ pr̃is ptãti ſubij
citᷣ. ꝛ ius legittimi filij in bonis patris cũ ce
teris legittimis in oĩbus ꝯſequitᷣ. Item po
ne ꝙ aliqͥs habeat licitã ꝯcubinã ad quam
ꝯſuetudinẽ habeat cuiꝰ matrimo. legibꝫ nõ
ſit interdictũ. ꝛ ex ipa in ꝯcubinatu prolem
procreauerit. ſi poſtea maritali affectõe du
ctus vir ꝯhat matrimo. ꝛ dotalia ꝯficiat in
ſtrumẽta ſcḋm nr̃e ꝯſtitutõis tenorẽ. nõ ſolũ
filij poſt dotalia inſtrumẽta ꝓcreati. ſed eti
am ante matrimoniũ celebratũ nati. tanqꝫ
legittimi pr̃is ptãti ſubijciuntᷣ ꝛ iura legit-
timoꝝ in bonis pr̃is bñficio nr̃e ꝯſtitutõis
obtinebũt. Extra caſũ nota penas multas
imponi aduerſus ꝯ ꝯtra eos q ꝓhibitas
ꝛ defenſas nuptias celebrãt. Itẽ no. ꝙ qñ-
qꝫ pr̃ ẽ incertus. ꝛ ponitᷣ quoddã mirabile ꝛ
tale eſt. ꝙ ꝯtingit aliqñ ꝙ filiꝰ nõ eſt ab ini-
tio in ptãte patris. ſed poſtea tñ incipit i po
teſtate pr̃is. Primũ exemplũ ẽ de filio nato

ex ꝯcubina q filiꝰ ad ſeruitiũ curie ꝯſtituitᷣ
Scḋm exemplũ de filio nato extra ꝯcubi-
nam que poſtea ducitᷣ in vxorẽ a ꝓcipi fi-
lij ſicut ꝯtinetᷣ. C. de naturalibꝫ liberis. l. cũ
qͥbus. etiã ſi poſtea ex ꝯcubina nõ naſcantᷣ
filij ex q fuit ducta vxor. vt. C. de naturali.
liberis. l. nup. Nota ꝙ filij nati ex concu-
bina non ſunt in poteſtate pr̃is nec legit-
timi. ſed tñ vno de duobꝫ modis poſitꝫ in
iſto. §. efficiuntᷣ in ptãte pr̃is ꝛ legittimi. Et
hec ſunt q dicuntᷣ vſqꝫ in finẽ ti.

De adoptionibꝫ ꝛ arrogationibus.

Rubrica iſta ꝯtinuatᷣ ita ad ꝓceden
tia. Suꝑ in ti. de pat. po. tractauit
iuſti. de his q ſũt patrie ptãti ſubie
cti. q: nõ ſolũ naturales ꝛ legittimi ſũt i pa.
po. ſed etiã adoptiui. Idcirco iuſti. intẽdit
hic tractare de adoptionibꝫ ꝛ arrogatiõibꝫ.
vñ de his dicturus annectit rub. de adop-
tionibꝫ ꝛ arrogatõibꝫ. Non ſolũ aũt ꝛc. Ad
euidentiã iſtiꝰ ti. diuidas illũ in ſeptẽ ꝑtes ꝛ
planꝰ erit. In qͣꝝ ꝓma ꝑte aſſignat cauſaꝫ
q̃re tractat hic de adoptõibꝫ. In ſcḋa ꝑte de
terminat qͦt modis fit adoptio diuidendo
adoptõem in duas ſpẽs. ꝛ de vtraqꝫ ꝑte exẽ
plificat. In tercia ꝑte reuertitᷣ ad ſcḋaꝫ ſpe-
ciẽ adoptõis ꝛ circa eã iura antiq corrigit.
In qͣrta ꝑte reſumit ipam ſpẽm adoptõnis
ꝛ plene determinat qͥd iuris filiꝰ arrogatus
ꝯſequitᷣ a pr̃e arrogatore. In qͥnta ꝑte deter
minat in qͥbꝫ ꝯueniũt ambe ſpecies adopti
onis. In ſexta ꝑte ſpecialr̃ determinat de q̃
dã ſpẽ adoptõis oñdẽdo qͥd ꝓpriũ ꝛ ſingula
re ſit in ea. In ſeptĩa ꝛ vltĩa ꝑte determinat
qͥd iuris ſit ſi ſeruus adoptatus fuerit. ꝓi
ma ꝑs ꝯtenditᷣ vſqꝫ ad illũ. §. Adoptio aũt
Ibi incipit ſecunda ꝛ durat vſqꝫ ad. §. Si
hodie. ibi tercia ꝛ durat vſqꝫ ad. §. Cũ autẽ
impubes. ibi qͣrta incipit ꝛ durat vſqꝫ ad il
lũ. §. Minorẽ natu. ibi qͥnta incipit ꝛ durat
vſqꝫ ad illũ. §. Illud ꝓpriũ. ibi incipit ſexta ꝛ
durat vſqꝫ ad illũ. §. Apud cathonẽ. ibi in-
cipit ſeptima ꝛ ꝯtenditᷣ vſqꝫ in fi. ti. Po. igr̃
ſic caſũ i ꝓma. Acceſſi ad dñm iuſti. ꝛ ita ꝓ
poſui corã eo. Dñe vos vultis tractare de
adoptõibus. ꝓ deo q̃ rõ mouit vos ad tra-
ctandũ hic de adoptõibꝫ. Ad hoc rñdet iu-
ſtinianus dicẽs. Amice ſupra tractauimꝰ de
his q ſunt in pa. po. ꝛ q: nõ ſolũ naturales
liberi ꝛ legittimi de quibꝫ ſuꝑ diximꝰ ſũt in

poteſtate parentum ſed 𝔷 adoptiui. idcirco ᵭ
adoptiuis hic tractare intendimus. Et hec
in pma pte vſq̧ ad. §. Adoptio aũt. In ſe/
cũda. dñe iaʒ video q̃ rõ mouet vos ad tra
ctandũ de adop. dicatis ergo mihi ſi placet
quot modis fit adoptio. Rñdet iuſt. ꝙ ado
ptio fit duobꝫ modis. ſcꝫ reſcpto principis
aut impio alicuiꝰ magiſtratus. Sed dñe po/
natis mihi exemplũ qñ fit adoptio reſcpto
principis. ⁊ in q̃ caſu fit impio magiſtratus ali
cuiꝰ. Ad hoc rñdet iuſti. ꝙ qñ aliq̃s adop/
tat eũ qui ſui iuris eſt. tũc neceſſe eſt fieri ad
optionẽ auc̃te ſiue reſcpto principis. ⁊ hec
ſpẽs adoptionis qñ ille ſcꝫ qui ſui iuris ẽ
alieni ptãti ſubijcit̃ primo ⁊ ſpeciali noĩe di
cit̃ arrogatio. Impio aũt magiſtratus adop/
tant̃ illi qui ſũt in ptãte parentũ ſiue obtine
ant pmũ gradũ liberoꝝ q̃lis eſt filiꝰ ⁊ filia.
ſiue inferiorẽ gradũ obtineant. vt nepos ne
ptis ⁊ deinceps. pnepos pneptis. Et hec i
ſcđa pte vſq̧ ad. §. Sꝫ hodie. Hic incipit
tercia ps in q̃ ſic po. ca. Dñe vos dixiſtꝭ mi
hi. ſ. ꝙ illi q̃ adoptant̃ ſunt in ptãte patris
adoptiui. nũquid hoc indiſtincte eſt verũ.
Ad hoc rñ. im. di. Amice certe ſᷓm iura an
tiqua oẽs adoptiui indiſtincte tranſibant
in ptãtem patris adoptantis. hodie aũt ſᷓm
iura noua ſecus. Nã hodie ſtatutũ eſt ĩ no
ſtra ↄſtitutõne cũ filiꝰ naturalis a pr̃e ſuo
naturali alicui extranee pſone in adoptõeꝫ
dat̃. ⁊ ſi pater naturalis filiũ ſuũ naturaleꝫ
dederit in adoptionẽ auo filij ſui materno
vel etiã pauo materno. uel ſi ipẽ pater natu
ralis pr̃e ſuo emãcipatꝰ fuerit ⁊ filiũ auo vel
proauo paterno in adoptõem dederit. ĩ hoc
caſu qñ iſte filiꝰ dat̃ in adoptõneꝫ alicui de
aſcendẽtibus in linea directa. q̃ꝛ in vnaꝫ p
ſonã ↄcurrũt naturalia ⁊ adoptionis iura
manet ſtabile ius patrꝭ adoptiui vtpote na
turalis cognatõis vinculo copulatũ ⁊ legit
timo adoptõis modo annexũ. ⁊ ideo in fa
miliã ⁊ ptãtẽ hmõi pr̃is adoptiui amodo ef
ficiet̃. Et hec in tercia pte vſq̧ ad illũ. §. Cũ
aũt impubes. Hic incipit quarta pars in
qua ſic pone caſũ. Dñe vos dixiſtis mihi ꝙ
illi q̃ ſui iuris ſunt auc̃te principis arrogã
tur. Pone igit̃ ꝙ ſit aliq̃s impubes ſui iurꝭ
qui habeat opulentã hereditatẽ. nunq̃d po
terit quilibet indiſtincte auc̃te principis ip
ſum arrogare ⁊ in ptãtem ſuam redigere.

Ad hoc reſpon. imꝑatoꝛ ꝙ nõ. Cũ eñi ali/
quis impubes arrogat̃ in hoc caſu arroga
tio nõ indiſtincte. i. nõ inconſulte ꝑmittit̃.
Sed req̃rit̃ cauſa arrogatõnis an ſit ho
neſta an ⁊ ipſi impuberi expediat. Item ar
rogatio fit cũ q̃buſdã ↄditionibꝫ vicꝫ vt pa
ter arrogatur cautionẽ cũ fideiuſſione pro
mittat. vt ſi ipẽ pupillus arrogatus añ pu
bertatẽ deceſſerit. reſtituat oĩa bona ſua ite
gre illis qui ſi adoptio nõ eſſet facta ad eiꝰ
ſucceſſionẽ fuiſſent venturi. Itẽ nõ al's po/
terit iſte pater arrogatoꝛ iſtũ impuberẽ au/
ctoritate pncipis arrogatũ emancipare. ni/
ſi prius cauſa cognita dignus inuẽtus fue
rit emancipatõne. ⁊ tũc neceſſe hꝫ eideꝫ oĩa
bona ſua reſtituere. Itẽ ſi iſte pater arro/
gatoꝛ iſtũ filiũ impuberẽ in teſtamento ſuo
exheredauerit. vel inter viuos ipm ſi/
ne cauſa emancipauerit. iubet̃ quartã pteꝫ
patrimonij ſui eidẽ arrogato relinquere ꝓ/
ter bona que ad patrẽ arrogatorẽ tranſtulit
⁊ preterea bona quoꝝ vſufructus poſt ar/
rogationẽ patri arrogatori acquiſiuit. Ex/
tra caſum no. ꝙ aliud eſt adoptare. ⁊ aliud
arrogare. vnde adoptare dᷓ qñ aliq̃s ado/
ptat aliquẽ qui nõ eſt ſui iuris. ſed eſt in po/
teſtate patris vel alteriꝰ tũc illius q̃ nõ ẽ ſui
iuris dicit̃ adoptio. Sed arrogatio dᷓ qñ
aliquis adoptat. i. arrogat aliquẽ qui eſt ſui
iuris. ⁊ qui nõ ſubijcit̃ ptãti alterius tũc il/
lius talis dicit̃ arrogatio. ⁊ nota ꝑſus et i
glo. in verbo. arrogatio. No. ꝙ tabellio di/
cit̃ pſona publica. ⁊ ſic dicit̃ ſeruus reipub
lice. Et nota q̃l'r filius arrogatus habet q̃r
tã partem in bonis patris arrogantꝭ. ſi pa
ter arrogatus euꝫ exheredet ſine cauſa. Et
hec ſũt que in quarta pte dicunt̃ vſq̧ ad il/
lũ. §. Minorẽ natu. Hic incipit q̃nta pars
in qua ſic pone caſũ. Dñe ego ſum quidam
iuuenis ⁊ habeo amplũ ⁊ magnũ patrimo
nium meũ. ⁊ habeo quendaꝫ vicinũ valde
diſcretũ ⁊ prouidum virũ iam bene ſexage
nariũ. cuius conſiliũ in multis extitit mihi
fructuoſum. poſſũ ne in ipſum arrogare vl'
adoptare in filiũ. nunquid licet mihi h̃ fa/
cere. Reſpondet imperatoꝛ ꝙ non quia cer
te minoꝛ natu maiorẽ adoptare vel arroga
re nõ poterit. ⁊ hoc tali rõe. q̃ꝛ adoptio imi/
tat̃ naturam. ſed ↄtra naturã ⁊ pro monſtro
eſſet ꝙ filiꝰ eſſet maioꝛ tpe q̃ꝫ pater. vnde di/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

co tibi ꝙ ille qui ꝑ arrogationẽ ſibi filiũ fa
cere vult. debet plena pubertate. xviij. an. fi
liũ arrogatũ vel adoptatũ excedere. Itẽ nõ
ſolũ pͭt qͥs adoptare vel arrogare aliquẽ in
filiũ ſed etiã in locũ nepotis vel neptis. ꝓne
potꝭ vel proneptis pͭt quis adoptare. ꝗuis
etiã filium nõ habeat. ⁊ tam filiũ alienũ pͭt
quis adoptare in locum nepotis ꝗꝫ etiã ali
enũ nepotẽ in loco filij. ſed ſi aliquis in lo/
cũ nepotis aliquẽ adoptat ꝗſi ex filio ado/
ptiuo. aut ex filio naturali quẽ habet. in po
teſtate in eo caſu filius pr̄i adoptanti debet
ꝯſentire. ne ipſe nepos ipſo inuito adoptatꝰ
ſuus heres agnaſcat. Si eñi filius adop/
tiõi a pꝛefacte ꝯſentiat. tũc mortuo auo iſte
nepos adoptatꝰ in ptãte pr̄is ⁊ ſuus heres
efficiet̃. ſed licet in hoc caſu ꝯſenſus filij re/
quirat̃. ſecus tñ eſt in caſu ꝯuerſo. Nam ſi
auus nepotẽ ex filio natũ alij in adoptiõẽ
dederit. non eſt neceſſe ꝯſenſum filij inter/
uenire. Extra caſũ nota ꝙ adoptio vel arro
gatio regulariter imitat̃ naturam. Itẽ no
ta ꝙ plena pubertas dicit̃. xviij. anno. Itẽ
nota ꝙ ſi filius ẽ maior ſeu antiquior patre
ſuo illud habet̃ ꝓ monſtro in natura. vt in
glo. Guillermi accurſij. Itẽ nota ꝙ etiam
is. i. ille qui filium nõ habet poteſt loco ne/
potis adoptare. ⁊ hec dicunt̃ in quinta pͭte
vſqꝫ ad illũ. §. In plurimis aũt cauſis. Ibi
adhuc ꝓſequitur iuſti. ꝯuenientias vtriuſ
qꝫ ſpeciei adoptionis. Pone igit̃ ſic caſum.
dicit iuſtinia. ꝙ in plurimis ille qui adopta
tus vel arrogatus eſt aſſimilatur ei qui ex le
gittimo matrimonio ꝓcreatus eſt. Unde ſi
quis eum qui ſui iuris eſt auctoritate prin
cipis arrogauerit. vel eum qui in parentis
poteſtate eſt non extraneum apud pretorẽ
vel preſidem adoptauit poterit eundem ac
ſi eſſet filius ſuus naturalis ⁊ legitimus
alij in adoptionẽ dare. Et nõ ſolum ꝑdicta
in vtraqꝫ ſpecie adoptionis cõmunia ſunt.
ſed etiam illud vtriuſqꝫ ſpeciei adoptionis
cõmune eſt ꝙ illi qui generare nõ poſſunt
nihilominus adoptare poſſunt quales ſũt
ſpadones. Ad hoc tamen generaliter exci/
piuntur caſtrati quibus natura beneficiũ
generandi denegauit. Caſtrati eñi adopta
re non poſſunt. ⁊ idem eſt in feminis. Fe/
mine eñi neqꝫ adoptare nec arrogare poſ/
ſunt. ⁊ hoc ea ratione. quia nec naturales
liberos habent in poteſtate. veruntamẽ ex
indulgentia principis ad ſolatium libero/
rum ꝓ republica amiſſorum eis adoptare
ꝑmittitur. Extra caſum nota ꝙ filius ado/
ptiuus eſt ſimilis naturali ⁊ legittimo. Et
hec in quinta parte vſqꝫ ad illum. §. Illud
ꝓprium. Hic incipit ſexta ps in qua ſic po/
ne caſum. Dñe iam vidi in quibus ſpecies
adoptionis ⁊ arrogationis conueniunt et
in quibus differunt. Nunquid eſt adhuc
aliqua differentia inter eas. Reſpondet im
pator ꝙ ſic. Nam idem eſt ꝓprium et ſpecia
le adoptionis illius que ꝑ ſacrum oraculũ
id eſt per principem ⁊ reſcriptum principis
fit. vt ſi ille qui ſe in arrogationem dederit
liberos in poteſtate ſua habuerit non ſolũ
ipſe in poteſtate patris arrogatoris tranſit
ſed etiam omnes liberi eius quos in pote/
ſtate habet poteſtati arrogatoris tanqꝫ ne/
potes vna cum eo ſubijciuntur. ⁊ hoc fcm̃
fuit in pſona Diui auguſti quendam ger/
manicum in filium arrogare volentis. et
iſte germanicus nolebat conſentire. vnde
non potuit ꝓcedere arrogatio ſua. ſed Di/
uus auguſtus cuidam nomine Tiberio
iniũxit vt ille germanicum arrogaret. quo
facto pͥnceps arrogauit Tiberium. et ille
habuit tiberium in filium. ⁊ ꝑconſequens
germanicum filium adoptiuum tiberij ha
buit in nepotem. Et hec dicuntur in ſexta
pte vſqꝫ ad. §. Apud cathonem. Hic inci/
pit ſeptima ps in qua ſic pone caſum. Dñe
iam video quid iuris quando aliquis ado
ptat liberum hominem. dicatis mihi ſi pla
cet quid iuris eſt ſi aliquis dñs adoptauit
ſeruum ſuum. Reſpõdet impator iuſtinia/
nus dicens. Amice. antiqui referunti hoc
caſu ſe meminiſſe bene ſcriptis apud catho
nem. vt ſi ſerui fuerint adoptati ex hoc poſ
ſe eos conſequi libertatem. Unde vos au/
ctoritate cathonis erudiri illos ſeruos qͥs
dominus actis interuenientibus in filios
adoptauerit in conſtitutione noſtra libe/
ros eſſe conſtituimus. licet hoc eis ad ius
filij conſequendum non poſſit ſufficere. Et
hec ſunt que dicuntur in ſeptima ⁊ vltima
pte vſqꝫ in finem tituli.

¶ Quibus modis ius pa. po. ſoluitur

Continuatio iſtius rubrice patꝫ in
hunc modum. Supra tractauit

iuſtinian⁹ quibus modis patria poteſtas
contrahitur. ſed quia cõtingit patriam po-
teſtatē pluribus modis diſſolui. Quicq̃d
eñ ligatur ſolubile eſt vt in Auten. de nup.
§. diſtrahuntur. Idcirco de his modis ſol
uende pa. po. hic intendit tractare. vnde de
his dicturus annectit rubricam quibꝫ mo
dis ⁊c. ¶ Nunc videamus ⁊c. Ad vberio-
rem euidentiam tituli diuidas titulum in
decem ꝑtes et planus eſt. in quarum ꝓma
continuat iuſti. ꝓceſſum ſuum. In ſecũda
determinat qualiter ius pa. po. tollitur per
moꝛtem naturalem. In tercia qualiter tol-
litur per moꝛtem ciuilem. In quarta qua-
liter tollitur ꝑ dignitates adeptas. In q̃n-
ta ponit caſum in quo patria poteſtas non
oĩno ꝑ moꝛtem ciuilem extinguit̃. ſed ꝓpter
ius poſtliminij in tempus futurum ſuſpẽ-
ditur. In ſexta ꝑte determinat vnde dicit̃
poſtliminiũ. In ſeptima ꝑte determinat q̃
liter emancipatione tollit̃ pa. po. ⁊ in ea ꝑte
coniũgit iura antiqua circa modum eman
cipandi. ⁊ etiam declarat quid iuris parẽs
in bonis liberoꝝ emancipatoꝛum conſeq̃t
In octaua ꝑte determinat de quodam be-
neficio legis ꝑentibus conceſſo circa mu-
nus emancipationis. In nona ꝑte deter-
minat qualiter tollitur pa. po. ꝑ poteſtatis
tranſlationem. In decima ⁊ vltima ꝑte tol-
lit duas dubitatões incidentes circa pa.
po. ꝓma ps ꝑtendit̃ vſq3 ad illum. §. Ibi ꝓo
Secunda ps ibidem incipit ⁊ ꝑtendit̃ vſ-
q3 ad illum. §. Cum aũt. Tercia incipit ibi
⁊ ꝑtenditur vſq3 ad illum. §. Filiuſfamilias
Quarta ibi incipit ⁊ ꝑtenditur vſq3 ad il-
lum. §. Si ab hoſtibus Ibi quinta incipit
⁊ durat vſq3 ad illum. §. Dictum eſt p⁹ Ibi
ſexta incipit ⁊ protenditur vſq3 ad illum. §.
Preterea ꝑ emancipationem. Ibi ſeptima
incipit ⁊ durat vſq3 ad illum. §. Admonẽdi
Ibi octaua incipit ⁊ durat vſq3 ad illum. §
Sed ⁊ ſi pater. Ibi nona incipit ⁊ durat vſ
q3 ad. §. Illud aũt. Ibi decima ⁊ vltima ĩci
pit ⁊ ꝑtendit̃ vſq3 in finē tituli. Pone ergo
ſic caſum. In ꝓma ꝑte dicit Iuſtinia. con-
tinuando ꝓceſſum ſuum. videamus nũc
de illis qui alieno iuri ſubiecti ſunt quali-
ter annecibus illius iurꝭ liberantur. ſed ta
men de liberatõne ſeruoꝛum qualiter a do-
minica ꝑtãte liberant̃ nihil in hoc ti. dicet̃.

Qualiter eñ ſerui de ꝑtãte dñoꝝ eximunt̃
ꝑ ea que in ti. de libertinis ⁊ de manumiſ-
ſione ſeruoꝝ diximus exponit̃. ⁊ hec in pri
ma ꝑte. Sed po. in ſcða. Dñe video ꝙ vul
tis tractare in tit. iſto q̃lr liberant̃ liberi a
ꝑtãte ꝑentũ. Dicatꝭ ḡ mihi ſi placet aliquẽ
modũ tollẽdo. pa. po. Ad h̃ rñdet im. dicẽs
Amice. Liberi in ꝑtãte ꝑentis exiſtentes ꝑ
moꝛtẽ naturalẽ ꝑentis ſui iuris fiũt. h̃ tñ ñ
eſt ſine diſtictionis remedio accipiẽdũ Nã
moꝛtuo patre fa. liberi in ꝓmo gradu exiſtẽ
tes vtpote filius vel filia. generalr̃ ſui iuris
efficiunt̃. ſ3 ꝑ moꝛtẽ aui nepotes q̃ in e⁹ ꝑtã
te fuerũt nõ oĩno ſui iurꝭ fiũt: ſ3 ita demũ ſi
poſt moꝛtẽ aui in patrꝭ ſui naturalis ꝑtãtē
nõ ſũt recaſuri. vñ ſi tꝑe moꝛtis ipſius aui
pr̃ ipoꝝ nepotũ vixerit ⁊ in pr̃is ſui natura
lis ꝑtãtẽ ſit nec ante moꝛtẽ ei⁹ de ꝑtãte ſua ex
iuit. in hoc caſu nepotes ex eo p⁹ moꝛtẽ aui
in ꝑtãtem ei⁹ recidũt. nec ꝑ moꝛtẽ aui ſui iu
ris efficiunt̃. ſed ſi moꝛiente auo pater nepo
tum aut moꝛtu⁹ ꝑ emancipatõem de patris
ſui poteſtate liberat⁹ erit. tũc nepotes ex eo
qui in ꝑtãte pr̃is iam moꝛtui vel emancipa
ti recidere nõ pñt ꝑ moꝛtem aui ſui iuris fi
unt. ⁊ hec de ſecunda ꝑte. Extra caſum no
ta ꝙ Iuſtinianus ſeip̃m continuat. Item
nota ꝑ moꝛtem parentum liberos eſſe ſui
iuris. Item nota ꝙ moꝛiente quãdoq3 auo
nepotes recidũt in ꝑtãtẽ patris. q̃nq3 nõ re
cidũt Et hec in ſcða ꝑte vſq3 ad illũ. §. Cu3
aũt is. Hic incipit tercia ps in qua ſic po
caſum. Dñe laudabilr̃ video q̃lr moꝛte na
turali tollit̃ pa. po. nũquid pluribꝫ modis
tolli poterit. Rñdet impatoꝛ ꝙ ſic Nam nõ
ſolum moꝛte naturali ſed etiam ciuili tolli
tur pa. p. Si quis eñ ob aliquod malefici
um ꝑpetratum ꝑ ſñiam deportatõis ciuita
tẽ amiſerit. ſequit̃ vt liberi eius qui tali mo
do tollunt̃ de numero ciuium romanoꝝ ꝑ
in deſinationẽ in ſua ꝑtãte eẽ. ac ſi moꝛte na
turali in ꝑtãte ei⁹ eſſe deſinerent. eadē rõne
⁊ ſi liberi in ꝑtãte exiſtentes deportati fue-
rint. ꝑ deportatõem deſinũt in ꝑtãte ꝑentũ
eſſe. ⁊ hec ſunt vera durante deportatione.
Nam ſi ex indulgentia ꝓncipis reſtituti fu
rint ꝑ omnia ꝓſtinum ſtatum recipiunt Et
hec oĩa vera ſũt in deportatis. ſecus tñ ẽ
in relegatis. Nam ꝑentes relegati nihilo-
minus retinẽt in poteſtate liberos ſuos. et

ſimiliter in caſu ↄuerſo liberi relegati in pa
rentū poteſtate nihilominꝰ remanēt. ⁊ non
ſolūmodo p̄dictis caſibꝰ morte ciuili tollit̄
pa. po. ſed etiā in hoc caſu. Nam ſi aliq̄s pe
ne ſeruus effectus fuerit dīſinit h̄re liberos
in p̄tāte. Sed dn̄e dicatis mihi q̄s intelli
git fieri ſeruus pene. Ad h̄ rn̄d. ꝙ illi ſerui
pene efficiunt̄ q̄ in metallo damnant̄ ⁊ qui
beſtijs ſubijciunt̄. Et hec in tercia p̄te vſq̄
ad illū. §. Filiusfamilias. Hic incipit quar
ta ps in qua ſic pone ca. Dn̄e: pone ꝙ aliq̄s
filiusfamilias factus fuerit miles ⁊ ſenator
vel ↄſul nūquid liberat̄ a pa. po. Rn̄det im
perator ꝙ nō. Nā militia vel ↄſularis dig
nitas filiū a pa. po. nō liberat ſed ex ↄſtituti
one nr̄a ſūma dignitas patriciatus filiuȝ a
vinculis pa. po. liberat. Quis em̄ patiat̄ pa
trē quēlibet poſſe filiū ſuū a nexibꝰ ſue p̄tā
tis p emancipatōem relaxare. ⁊ p impato
riā celſitudinē nō valere eū quē ſibi elegit pa
trē ab aliena eximere p̄tāte. q. d. hec nulla
tenus eſt tolerandū. ⁊ ideo p̄dicte dignitatȝ
adeptōne filiꝰ incōtinentia pa. po. liberatur
Et hec in q̄rta p̄te vſq̄ ad illū. §. Sed ſi ab
hoſtibꝰ. Hic incipit q̄nta ps in qua ſic po
ne caſum. Dn̄e vos dixiſtis mihi ꝙ p mor
tē ciuilē tollit̄ pa. po. nunq̄d generalr̄ eſt ve
rū. Reſpon. im. ꝙ nō. Nam ſi aliq̄s pater
familias ab hoſtibꝰ captus fuerit. q̄uis ſer
uus hoſtiū efficiat̄. tn̄ pa. po. oīno nō extin
guit̄. ſed ꝓpter ius poſtliminij in tp̄s futurꝫ
ſuſpendit̄. Illi em̄ qui ab hoſtibꝰ capiunt̄
ſi in ciuitatē reuertant̄ oīa priſtina iura iure
poſtliminij recipiūt. vnde ⁊ iſte pater ab ho
ſtibus captus ſi reuerſus fuerit. liberos in
p̄tāte habebit. qꝛ ius poſtliminij cū qui ab
hoſtibꝰ captus eſt ſi poſtea reuerſus eſt. fin
git in ciuitate ſp̄ fuiſſe. Si ꝟo apud hoſtes
deceſſerit. filij ſui iuris effecti ſunt. ſi ip̄e q̄ȝ
filius aut nepos ab hoſtibus captus fue
rit ius pa. po. in ſuſpenſo erit iure poſtlimi
nij. Extra caſū no. ꝙ captus efficit̄ ſeruus
hoſtiū. Item nota ius qa. po. eſſe in pendē
ti. Item nota ꝙ poſtliminiū fingit eū q̄ ca
pit̄ ⁊ poſtea reuertit̄ ſeu r̄cedit̄ ab hoſtibus
ſp̄ in ciuitate fuiſſe. ſed lex cornelia fingit ca
ptū in captiuitate decedentē p̄ambula ho
ra captiuitatis deceſſiſſe. vt hic ⁊ infra q̄ui
bus nō eſt pmiſſum facere teſtamentū. §. fi
na. Item nota quare dicit̄ poſtliminiuȝ. et
hec in quinta p̄te vſq̄ ad. §. illum. Dictum
eſt aūt. Dicatis mihi ſi placet vnde dicitur
poſtliminium. Ad hoc reſpondet impator
ꝙ poſtliminiū dictū eſt a limine et poſt. Nā
eum qui ab hoſtibus captus eſt cū poſtea
ad fines noſtros r̄dierit poſtliminio reuer
ſum recte dicimꝰ. Sicut em̄ limina in do
mibus quendā finē faciunt. ita fineȝ impij
limē oēs veteres voluerūt. vnde etiam li
mē dictū eſt quaſi finis ⁊ terminus quidaȝ
⁊ hac rōne eſt vt qui ab hoſtibus vltra limē
.i. vltra metam ⁊ finē impij ducebat̄ poſtea
eodem limine reuertebat̄ quo amiſſus fue
rat. ſed pone ꝙ aliquis ſit captus infra fi
nes impij ⁊ ibidem victis hoſtibus recu
patus nunquid cenſet̄ iſte poſtliminio re
uerſus ⁊ videtur ꝙ non cū non fuit vltra li
mē. id eſt metam vel finem impij. Reſpon.
impa. ꝙ iſte poſtliminio rediſſe cenſet̄. Et
hec dicuntur in ſexta p̄te vſq̄ ad illum. §.
Preterea. Hic incipit ſeptima ps in qua ſic
pone caſum. Dn̄e iam vidi plures modos
quibus iam tollit̄ pa. po. nunquid adhuc
tolli poterit pluribus modis. Reſpōdet ꝙ
ſic. Nam certe poſt ſup̄dictos modos tolli
tur emancipatione pa. po. Sed dn̄e dicatȝ
mihi qualiter fit emancipatio. Ad hoc rn̄
det impator ꝙ aliter olim fiebat emancipa
tio. ⁊ aliter hodie fit. Nam olim aut p aliq̄s
legis obſeruationem fiebat que p imagina
rias venditiōes ⁊ manu miſſiones ab ima
ginario emptore facta celebrabat̄ aut p im
pīale reſcptum. ſed noſtra ꝓuidentia hec p
quandam ↄſtitutionē in meliorem ſtatum
reformauit. Statuta eſt em̄ cōſtitutio nr̄a
vt antiq̄rꝫ fictōe ſublata p̄entes apud com
petentes iudices vel magiſtratus directa
via intrent. ⁊ ibidem filios vel filias ⁊ dein
ceps liberos ceteros ſua p̄tāte dimittunt ⁊
ex tp̄e emancipationis facte eadē iura p̄
ſtant̄ p̄enti in bonis liberorꝫ ab ipo eman
cipatorꝫ q̄ tribuunt̄ patrono i bonis liber
ti ⁊ etiā ſi aliq̄s eorꝫ emācipatorꝫ impubes
fuerit parens q̄ emācipauit p emācipatōꝫ
eiꝰ tutelā nanciſcit̄. Et hec in ſexta p̄te vſq̄
ad. §. Admonendi. Hic incipit octaua ps
in q̄ ſic po. ca. dicit inſti. ꝙ ſi p̄ens filium et
ex eo nepotē vel neptē in p̄tāte retinuerit. vl̄
ecōuerſo liberū erit arbitriū ei a nexibꝰ ſue
p̄tātis nepotem vl̄ neptem de ſua poteſtate

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dimittere: ⁊ filiū in ſua ptāte retinere vel in
ſuo arbitrio erit oēs ſil' ſui iuris efficere. Ex
tra caſū no. ꝑ emancipatōem liberi efficiū-
tur ſui iuris. Itē no. qualr̄ fiat emancipa-
tio. Itē no. ꝙ pater efficiť tutor legitimus
filij ſui emācipati. ſic infra de legitima pen
tū tutela. ⁊ hec i. viij. pte vſqꝫ ad illū. §. Sꝫ
⁊ ſi pater. Hic incipit. ix. ps in qua ſic pone
caſum. Dñe iā vidi plures modos qbꝫ tol
liť pa. po. nunqd adhuc pluribꝫ modis tol
li poterit. Rñdet ꝙ ſic. Nam ꝑ tranſlatiōeꝫ
poteſtatis tolliť patria ptās q̄tum ad ipm
quē poſt in ptāte habuit pr̄. Si em̄ pr̄ filiū
ſuū quē in ptāte habet auo filij ſui vel pauo
paterno vl' materno ſm tenorē noſtrarū cō
ſtitutionū in adoptionē dederit. ⁊ hoc ipſuꝫ
corā iudice cōpetenti corā interuenientibus
manifeſtauerit pñte filio q̄ in adoptōeꝫ dať
⁊ non ꝯtradicenti hmōi adoptioni. ⁊ etiam
eo pñte cui in adoptōem dať in hoc caſu qꝛ
in vnā pſonā ꝯcurrūt. ⁊ naturalia ⁊ adopti
onis iura ⁊ ius ptātis naturalis pr̄is oīno
diſſoluiť. ⁊ in hmōi patrē adoptiuū trāſfer
tur in cuiꝰ pſona ꝯſtituimꝰ adoptionē pleiſ
ſimā eſſe qn̄ ea q̄ diximus ꝯcurrunt. ⁊ hec i
nona pte vſqꝫ ad illū. §. Illud aūt. Hic in-
cipit. x. ⁊ vltima ps in qua ſic pone ca. Po-
natus ꝙ aliq̄s habeat filiū in ptāte: ⁊ vxor
iſtiꝰ filij ex eo ꝯceperit ⁊ poſtea eundē filiuꝫ
emancipauerit. vel in adoptōeꝫ dederit mo
do queriť vtrū partus ante emancipatōem
conceptus ⁊ poſtea editus naſceť in ptāte
aui nihilominꝰ. Rñdet iuſti. ꝙ ſic. ſed ſi pꝰ
emancipatōeꝫ ꝯceptus fuerit ſecus erit. qꝛ
tunc partus ex ea editus in poteſtate pentꝭ
emancipati vel aui adoptiui erit. Et ſciēdū
ꝙ in pentū ptāte exiſtētes nullo modo poſ-
ſunt compellere parentes eos de ſua pote-
ſtate dimittere. Et hec in decima ⁊ vltima p
te vſqꝫ in finem tituli.

¶ De tutelis rubrica.

Continuatio iſtiꝰ rub. pꝫ in hūc mo
dū. Supra tractauit iuſtinianus
quibus modis liberi a nexibꝫ pat.
poteſt. ſoluuntur. ſed quia impuberes a vi
culis pa. poteſta. ſoluti recidūt in tutelam.
idcirco īmediate poſt tractatum de ſolutio
ne pa. po. intendit Iuſtinianus tractare d
tutelis. vnde de his dicturus annectit ru-
bricam de tutelis ¶ Nunc tranſeamus ⁊c̄.

Ad euidentiam iſtius tituli diuide tituluꝫ
in quinqꝫ particulas in quarū prima parte
continuat proceſſum ſuū ⁊ reſumit primuꝫ
membrum illius diuiſionis quam habui-
mus ſupra de his qui ſui vel alieni iurꝭ ſūt
⁊ illud ſubdiuidit in duo membra eligens
illud membꝝ de quo intendit hic tractare.
⁊ in ſecūda pte diffinit tutelam. In tercia p
te determinat vnde dicunť tutores. In q̄r-
ta pte incipit tractare de teſtamentaria tu-
tela determinando qui poſſunt dare tuto-
res in teſtamento. ⁊ quibus poſſūt dari tu-
tores in teſtamento. In q̄nta ⁊ vltima pte d
terminat quid iuris eſt ſi pater in teſtamē-
to emancipato filio tutorē dederit. Prima
ps durat vſqꝫ ad illū. §. Eſt aūt tutela. Ibi
ſcd̄a ⁊ durat vſqꝫ ad illū. §. Tutores auteꝫ
ſunt. Ibi tercia ⁊ durat vſqꝫ ad illū. §. Per
miſſum eſt. Ibi q̄rta ⁊ durat vſqꝫ ad illū. §.
Sed ſi emancipato. In quinta ⁊ vltima et
durat vſqꝫ in fi. ti. Pone igiť ſic caſū. In p̄
ma pte dicit iuſtinianꝰ ꝯtinuādo ꝓceſſū ſu
um. Nunc tranſeamus ad aliaꝫ diuiſioneꝫ
pſonaꝝ. Nā ex his pſonis que in ptāte nō
ſunt. quedā ſunt in tutela vel in cura. q̄daꝫ
neutro iure tenenť. vnde videamus de illiſ
pſonis que ſunt in tutela vel cura. Naꝫ co
gnitis illiſ pſonis que ſunt in tutela vel cu
ra. ceteras q̄ꝫ pſonas illas vicꝫ que neutro
iure teneť ſiml' intelligemus. Prius em̄ in-
ſpiciamꝰ de illis pſonis q̄ ſūt in tutela. ⁊ hec
dicunť i p̄ma pte vſꝫ ad illū. §. Eſt aūt tute
la. Sꝫ pone in ſcd̄a pte. Dñe iā video ꝙ vl
tis de illis tractare pꝰ q̄ ſūt in tutela. dicatꝭ
ergo ſi placet q̄d eſt tutela. Rñdet iuſti. di-
finiendo tutelā. Tutela put Seruiꝰ iuriſ-
cōſultus diffinit. eſt ius ⁊ ptās ⁊c̄. ⁊ diffini
tōis ptes ſi caſu mutari nō pñt. ⁊ hec in ſcd̄a
pte vſqꝫ ad illū. §. Tutores aūt ſunt ⁊c̄. Sꝫ
po. in. iij. Dñe iā video q̄d eſt tutela. dicatꝭ
ḡ q̄ ſūt tutores. Ad h̄ rñ. iuſti. ꝙ tutores ſūt
q̄ eā vim ⁊ ptātē acceperūt ex q̄ vi ⁊ ptāte no
mē ſuū acceperūt. Nā dicunť tutores a tuē
do q̄ſi tuitores. i. defenſores ſic editicij dicūť
qui edes tuenť. ⁊ hec in tercia vſqꝫ ad. §. illū
Permiſſum. Hic incipit q̄rta ps in qua ſic
pone caſū. Dñe ex q̄ vultis tractare de tute
lis ⁊ teſtamentaria tutela q̄ dignior eſt. di-
catis ḡ in primis q̄ poſſunt dare tutores in
teſtamēto. ⁊ quibus. Ad h̄ reſpon. Amice.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑmiſſum eſt ꝑentibus qui liberos tꝑe mor
tis in ꝑtāte habēt liberis ſuis impuberib9
in teſtamento ſuo dare tutores. ⁊ hoc in fili
is ⁊ in filiab9 generał'r locū obtinet. ſed ſe⸗
cus eſt in nepotib9 ⁊ neptib9 ⁊ ceteris libe⸗
ris in remotiori gradu ꝯſtitutꝭ. Nepotib9
eñ ⁊ neptib9 ita demū pñt ꝑentes in teſta⸗
mento ſuo tutores dare. ſi poſt obitū eorū
hmōi nepotes in pr̄is ſui ꝑtāte recaſuri nō
ſūt. vñ ſi tꝑe mortis me filiū tuū. ⁊ ex me ne
potes ⁊ neptes in ꝑtāte tua habes nepotes
⁊ neptes in teſtamento tuo tutores accipe
nō poterūt. licet in ꝑtāte fuerint. qꝛ ſtatiꝫ p9
mortē tuam in ꝑtāte pr̄is ſui ſunt recaſuri.
Sed po. Dñe iam video ꝙ ꝑentes in teſta
mento ſuo liberis ſuis impuberib9 tutores
dare pñt. ſed nunq̇d ꝑmittit ꝑentib9 dare
poſtumis ſuis tutores in teſtamēto. Rñdꝫ
imp. ꝙ ſic. Nam cū plurib9 alijs cauſis po
ſtumi p̄ro iam natis habeant ſtatutū eſt in
hac cauſa nō min9 poſtumis q̄ꝫ etiā iā natꝭ
tutores a ꝑentib9 in teſtamēto dari poſſe. et
hoc eſt veꝝ. ſi in hac cauſa ſint poſtumi vt ſi
viuis ꝑentib9 eēnt nati eoꝝ in ꝑtāte cade⸗
rent. Et hec in q̄rta ꝑte vſq3 ad illū. §. Sed
⁊ ſi emancipato. Sꝫ po. in q̇nta. Dñe iam
video ꝙ ꝑmiſſū eſt ꝑentib9 liberis ſuis im
puberib9 in ſua ꝑtāte exiſtentib9 in teſtamē
to ſuo dare tutores. ſꝫ pone ꝙ pr̄ in teſtamē
to filio emancipato dederit tutorē. nūq̇d va
let in caſu iſto tutoris datio. Rñdet ꝙ non
ſꝫ tñ licet in caſu iſto de iure nō teneat tuto
ris datio. ſi tñ de facto pr̄ in teſtamēto ſuo
filio emancipato tutorem dederit. iſte tutor
a pr̄e de facto datus ex ꝑſidis ſn̄ia ꝯfirman
dus eſt oīmodo. i. ſine inq̇ſitōe. Extra caſū
no. ꝙ ꝯrioꝝ eſt eadeꝫ diſciplina. qꝛ cognito
vno ꝯrioꝝ facile cognoſcit' reliquū. Nota
ꝙ nomē dꝫ eſſe ꝯſequēs ſeu ꝯſonās rei. No
ta ꝙ impuberi in ꝑtāte exiſtenti pōt pr̄ tu⸗
torem dare in teſtamēto. No. q̇d eſt tutela.
Et hec dicunt' vſq3 in fi. ti.

Qui dari tutores teſtamento pñt.

Ontinuatio iſti9 rub. pꝫ in hunc
modū. Sup̄ determinauit inſt. q̇
pñt dare tutores in teſtamēto ⁊ q̇b9
In pñti ti. intēdit determinare q̇ tutores ī
teſtamēto dari pñt. vnde de his dictur9 ſub
ĳcit rub. Qui tutores ī teſtamēto dari pñt
Dari aūt. Diuidas ti. in tres ꝑtes ⁊ pla

nus erit. in q̄ꝝ p̄ma ꝑte determinat q̇ pñt
da. tuto. in teſta. In ſcd̄a ꝑte determīat q̄lr
pñt dari ⁊ ad q̇d p̄ncipał'r dant' tutores In
tercia ꝑte ⁊ vltima exponit ꝟba teſtatorꝭ q̇⸗
bus vtit' dando tutores in teſtamēto. Pri⸗
ma ꝑs ꝑtendit' vſq3 ad illū. §. Ad certū tp̄s
Ibi incipit ſcd̄a ⁊ durat vſq3 ad illū. §. Fili
abus ſi q̇s. Hic incipit tercia ⁊ durat vſq3 ī
fi. ti. Pone igit' ſic caſū in p̄ma ꝑte. Dñe iā
vultis tractare q̇ pñt tuto. da. in teſtamēto.
Ad hoc rñdet imp. Amice: tutor ī teſtamē⸗
to dari pōt nō ſolū pr̄fam. ſꝫ etiā filiusfa. ⁊ ñ
ſolū liberi hoīes in teſtamento tutores da⸗
ri pñt. ſꝫ etiam ſerui. Nam quis ſeruū ꝓpri⸗
um in teſtamento ſuo cū libertate tutorem
dare poteſt. ⁊ non ſolū ſi libertateꝫ expreſſit
tenebit tutoris datio. ſed etiam ſi ꝓpriuꝫ ſer
uum ſine libertate in teſtamento tutorē de
derit. Ex ipa eñ datione tutele ipe ſeruus
videt' directā libertatē accepiſſe. ⁊ ꝑ hoc ad⸗
miniſtrationē ꝯſequit'. ⁊ hoc veꝝ eſt qñ te⸗
ſtator q̇ dedit eū in tutorē ſerui conditōem
nō ignorauit. Nam ſi ꝑ errorem quaſi libe⸗
rū eum dedit aliud erit dicendū. qꝛ in eo ca
ſu, nec liber nec tutor erit. ⁊ hec vera ſūt ī ꝓ⸗
prio ſeruo. ſed ſi ſeruus alienus pure in te⸗
ſtamento dat9 tutor fuerit cū liber erit puta
teſtator ita dixit. ſtichū ſeruū petri cū liber
erit tutoreꝫ do. vtiliter datus videtur. ⁊ hoc
eſt veꝝ in ſeruo alieno. ſed ſi ꝓprium ſeruuꝫ
eo modo dederit tutorem vicꝫ cum adiecti
one cum liber erit inutiliter dediſſe intelli⸗
git'. Sed pone quidā ſatis inconſulte pro⸗
uidens liberis ſuis dedit eis quendam fu
rioſum tutorem vł' forte minorē. xxv. an. q̇d
iuris eſt in hoc caſu. Ad hoc rñdet impa.
ꝙ ſi furioſus vł' minor. xxv. an. tutor datus
fuerit. tūc demū tutor erit. cū furioſus com
pos mentis fact9 fuerit. aut maior. xxv. an.
extiterit. Et hec in p̄ma ꝑte vſq3 ad illuꝫ. §.
Ad certū tp̄s. Hic incipit ſcd̄a ꝑs in q̄ ſic
po. ca. Dñe quidam ſub ꝯditōe dedit tuto⸗
rē. nunq̇d tꝫ datio in iſto caſu. Reſpondet
imperator ꝙ ſic. Nam ad certū tempus et
ex certo tꝑe. ⁊ ſub ꝯditōne. ⁊ ante heredis
inſtitutōem. tutorē dari poſſe non dubitat'.
Certe aūt rei vel cauſe tutor dari nō poteſt
qꝛ tutor p̄ncipaliter ꝑſone ⁊ nō cauſe vł' rei
dat'. ⁊ hec in ſcd̄a parte vſq3 ad illuꝫ §. Si
quis filiab9. Hic icipit tercia ꝑs in qua ſic

pone caſū. Ponam⁹ titius in teſtamēto de
dit tutorē liberis ſuis in hūc modū. Filijs
ꝛ filiab⁹ meis meuiū tutorē do. ꝛ poſtea de-
ceſſit vxore ꝑgnāte relicta. demū ꝓcedente
tpe pepit poſtumū ꝛ poſtumam. nūquid in
caſu iſto iſtis poſthumis tutor datus videt̄
Ad hoc rñdet impator ꝙ ſic. Nā ex q̄ filijs
ꝛ filiab⁹ tutorē dederit ꝛ poſtumo ꝛ poſtu-
me intelligit̄ dediſſe. Filij eñ vel filie appel
latōne poſtumus ꝛ poſtuma ꝯtinent̄. Sed
pone ꝙ nepotes poſtumi nati ſūt ex vxore
filij quē pr̄ tpe mortis habuit in ptāte. nū-
q̄d hmōi poſtumis nepotib⁹ tutores dari
intelligunt̄. Rñdet impator ꝙ refert q̄bus
ṽbis vſus eſt teſtator dando tutorē. Naʒ ſi
teſtator dicit ſic. liberis meis tutorē do. tūc
nō ſolū filijs ſed etiā nepotib⁹ poſtumis de
diſſe intelligit̄ ceterū ſi pr̄ dando tutoreʒ ita
dixit Filijs meis tutorē do. in h̄ caſu filioꝝ
appellatōe nepotes nō ꝯtinebunt̄. aliter eñ
nepotes ꝛ aliter filij appellant̄. ſed ſi pr̄ ita di
xit poſtumis meis tutorē do. poſtumoꝝ ap
pellatōe nō ſolū filij poſtumi ſed etiā ceteri
liberi in remotiori gradu naſcituri contine
bunt̄. Extra caſū nota ꝙ certe rei vel certe
cauſe tutor nō dat̄. Nota ꝙ appellatōe libe
roꝝ veniūt tā filij q̄ꝫ nepotes. ſʒ appellatōne
filioꝝ nō veniūt nepotes ſʒ ſolū filij. ꝛ appel
latio liberoꝝ eſt generalior q̄ꝫ ſit appellatio
filioꝝ. No. ꝙ appellatōe filioꝝ veniūt poſtu
mi. Et hec vſq̄ꝫ in fi. ti.

De legittima agnatorum tutela.

Continuatio iſti⁹ rub. pʒ in hūc mo
dū. Sup̄ tractauit iuſti. de teſtam.
tute. ꝛ q: deficiente teſtamētaria lo
cū hʒ legitima tanq̄ꝫ dignior poſt eā. Jdcir
co de legit. agna. tu. dicturus annectit rub.
de legit. agna. tu. Quib⁹ aūt ad vberiorē
iuuenū doctrinā diuidas titulum iſtum in
q̄tuor ptes. Jn q̄ꝝ ṗma pte determīat iu-
ſti. qñ locū hʒ ꝛ vñ deſcēdit legit. agna. tute.
Jn ſecūda pte determinat q̄ ſūt agnati. Jn
tercia pte exponit ṽba legis. xij. ta. q̄b⁹ legit
tima tutela agnatis defert̄. Jn q̄rta pte ꝛ vl
tima aſſignat dñtiā inter ius agnatōnis q̄
ad vtriuſq̄ꝫ iuris naturā. Prima ps ptēn-
dit vſq̄ꝫ ad illū. §. Sūt aūt agnati. Et ibi in
cipit ſcða ꝛ durat vſq̄ꝫ ad illū. §. Qd aūt lex.
Jbi tercia ꝛ durat vſq̄ꝫ ad illū. §. Sʒ agna-
tionis. Jbi q̄rta ꝛ durat vſq̄ꝫ in fi. ti. Pone
legit̄ ſic caſū in prima pte. Dñe iam video ꝙ
vultis tractare de legit. agna. tu. dicatiſ ḡ mi
bi qñ locū habet hmōi tutela. Rñdet imp.
ꝙ deficiēte teſtamētaria tutela. locuʒ habet
legit. agna tu. Nā q̄bus impuberib⁹ liberiſ
tutor in teſtamēto a parente datus nō fue-
rit. his ex. l. xij. ta. agnati ſunt tutores ꝛ iſti
agnati ex. l. xij. ta. ad tutelā vocati. legittimi
tutores appellant̄. Et hec in prima pte. ſed
po. in ſcða. Dñe iam video qñ legitt. agna.
tutē. habet locū ꝛ vnde deſcendit. dicatis
modo mihi q̄ dicunt̄ agnati. Rñdet impr.
ꝙ agnati ſunt cognati per virilis ſexus co-
gnationem coniuncti. ꝛ dicuntur agnati q̄
ſi a patre. quia ab eodem patre natus tibi a
gnatus eſt vt fratris filius ꝛ etiam nepos
ex eo. Jtem patruus adeſt tibi cognatus et
filius patrui et nepos ex eodeʒ filio patrui
natus. ſed q̄ per feminini ſexus cognatiōes
iunguntur non ſunt agnati. ſed alʼs natu-
rali iure cognati. vnde amite tue filius non
eſt tibi agnatus. ſed tantū naturali iure co-
gnatus. quia per femininā lineam. ſcilicʒ p
amitam tuam tibi ꝯiungitur ꝛ tu inuicem
illi eodem iure coniuugeris. quia qui na-
ſcunt̄ patris non matris familiam conſe-
quuntur. ꝛ hec in ſecunda parte vſq̄ꝫ ad. §.
Quod aūt lex. Hic incipit tercia pars in q̄
ſic pone caſum. Dñe titius laborans liberiſ
ſuis īpuberibus quos in poteſtate habuit
tempore mortis meuium tutorem dedit. ſʒ
viuente adhuc titio teſtatore deceſſit meui⁹
iſti puberes adhuc tutore carēt Agnati au
tem proximi ab onere adminiſtrationis ſe
nituntur excuſare tali ratione. Dicunt eniʒ
ꝙ legittima agnato. tute. ex. l. xij. ta. locum
habet cum tutor in teſtamēto datus non eſt
Cum eñ in teſtamento patris ſui iſtis im
puberibus tutor datus fuerit. dicunt ſe ab
onere excuſari. Dñe ꝓ deo dicatis mihi q̄d
iuris eſt in hoc caſu. Ad hoc rñ. imp. dicēs
Amice iſti agnati fruſtra nitunt̄ ſe excuſa-
re in hoc caſu ab onere tutele. Male eñ in
telligunt. §. l. xij. ta. q̄ ab inteſtato prios ag
natos ad tutelā vocat. Nō eñ hanc ſigni-
ficatōeʒ hʒ tm̄ ſi ille q̄ tutorē in teſtō dare po
terat oīno teſtm̄ nō fecerit. tūc demū vocēt
agnati ſʒ etiā in q̄ꝫtū ad tutelā ptinet iteſta
tus deceſſit. q̄d tm̄ valere poterit ſiis qui in
teſtamento datus fuerit viuente teſtatore

deceſſit. cū ſigit in hoc caū ꝓponto iãe con-
tigerit manifeſtū eſt ꝙ agnati ab onere tu-
tele nō poterūt ꝑdicta rōe excuſari. Et hec
in tercia pte vſqꝫ ad illū. §. Sed agnatiōis.
Sed pone caſū: Dñe iã video qñ habet lo
cū agna. tu. ⁊ q̄ ſūt agnati. ⁊ etiã quō intelli
gant ꝟba. l. xii. ta. qbꝰ agnati vocant ad tute
lã. nunq̄d eſt aliqua drñtia inter ius agna-
tionis ⁊ ius cognationis. Rñdet ꝙ ſic. qꝛ
ius agnatōis oībus modis capitis dimi-
nutione plerunqꝫ ꝑimit. Nã nomē agnati
onis a iure ciuili deriuatū eſt. ſꝫ ius cogna
tionis qđ ab origine nomē ſumpſit a iure
naturali deſcēdit nō omi capitis diminuti-
one mutat. Ciuilis eñi rō ciuilia iura cor-
rumpe pōt: naturalis aūt nequaqꝫ. Extra
ca. no. in ꝑmis vocandꝫ teſtamētarios tu
tores poſt legittimꝰ ⁊ poſt legittimos nō
vocandos datiuos. Scđo nota q̄ dicunt
agnati ⁊ qualr ſumpti ſūt a iure ciuili. ⁊ co-
gnati ſumpti ſūt a iure naturali. Tercio no
ta ꝙ vnū ius ciuile tollit bñ aliud ciuile. ſꝫ
ius ciuile nō tollit ius naturale. cū ius na-
turale ſit imutabile. Et hec dicunt in quar
ta pte vſqꝫ in finem tituli.

## De capitis diminutione.

Continuatio iſtiꝰ rub. patꝫ in hunc
modū. Dictū eſt ſupͣ titu. ꝓxi. ꝑce-
denti. §. fi. ꝙ ius agnatōnis ꝑ oēm
capitis diminutōeꝫ tollit. ⁊ ne forte ex igno
tis ꝓcedãt ad vberiorē iuuentū doctrinã in
tendit hic iuſti. tractare de capitis diminu
tiōe. vñ de ea dicturus ꝑmittit rub. de capi
tis diminutōe. Eſt aūt ⁊c. Ad euidenti-
am iſtiꝰ tit. diuidas ti. in. v. ptes ꝑncipales
in q̄ꝝ prima pte iuſti. diffinit capitis dimi-
nutōem. In ſcđa pte diuidit capitis dimi-
nutionē in tres ſpecies. ⁊ quodlibet mem-
brū diuiſiōis plene ꝓſequit de quolibet di
lucida exempla ponēdo. ⁊ ita ſcđa ps poſſꝫ
ſubdiuidi in tres ꝑticulas. ſed qꝛ ptes ꝑ ſe
patēt huic diuiſioni nō inſiſto. In tercia p
te principali ponit duos ca. ſpēales in qbꝰ
poſſet videri interueni capitis diminutio.
qđ tñ nō negat in vtroqꝫ. In q̄rta pte reſu-
mit qđ generalr dictū fuit in fi. ti. ꝑcedentꝭ
⁊ oñdit q̄lr illud debeat exponi ⁊ intelligi.
In q̄nta ⁊ vltima ꝑte reſumit qđ dictū fuit
in ꝑncipio tituli ꝑcedentꝭ. ⁊ ſilr exponit q̄lr
debeat intelligi. ꝑma pars ꝓtendit vſqꝫ
ad. §. illū. Eandem. Ibi incipit ſcđa ⁊ du-
rat vſqꝫ ad. §. Seruus aūt. Ibi tercia ⁊ du
rat vſqꝫ ad. §. Qđ aūt dictū eſt. Ibi quar-
ta ⁊ ꝓtendit vſqꝫ ad illū. §. Cū aūt ad agna
tꝫ. Ibi q̄nta ⁊ vltima ⁊ durat vſqꝫ in fi. ti.
Pone ergo ſic ca. in prima pte. Dñe iam vi-
deo ꝙ vultis tractare de capitis diminuti-
one. dicatis igit mihi quid eſt capitis dimi
nutio. Rñdet impa. ꝙ capitis diminutio ē
prioris ſtatus cōmutatio. ⁊ hec in ꝑma pte
ſed pone in ſcđa. Dñe video quid eſt capitꝭ
diminutio. ſed ſi placet dicatis mihi q̄t mo
dis fit capitis diminutio. ⁊ rñdet impator
ꝙ capitis diminutio fit tribus modis Aut
eñi eſt maxima capitꝭ diminutio. aut minor
quã quidã mediã vocant: aut minima Sꝫ
pone. Dñe iam video q̄t modis fit cap. di-
minutio. Dicatis ḡ mihi qñ locū hꝫ capi-
tis diminutio maxima. qñ minor. ⁊ qñ mini
ma. Ad h̄ rñdet impa. dicens. ꝙ maxia ca
pitꝭ diminutio eſt qñ aliq̄s ob aliq̄d enor-
me delictū ciuitatē ſil' ⁊ libertatē amittit. qđ
ꝯtingit in his qui atrocitate ſentētie ſerui
pene efficiunt. vel etiã in liberis q̄ ꝓpter ma
gnitudinē ꝯtra patronos cōmiſſam in ſer
uitutē rediguntur. vel etiã i his qui maiores
xx. an. ad ꝑticipandū ꝑcium ſue venditio
nis ſe venūdari paſſi ſūt. Minor aūt ſiue
media capitis diminutio eſt. cū aliq̄s ob de
lictū ſuū ciuitatē amittit: ſed tñ retinet liber
tatē qđ in eo accidit cui ignis ⁊ aqua inter-
dicit ⁊ cui in inſulã deportat. Minima ca
pitis diminutio eſt cū q̄s ciuitatē ſil' ⁊ liber
tatē retinet. q̄ ſtatū ſuū tñ cōmutat. qđ ac-
cidit in his q̄ ſui iuris fuerūt ⁊ ſe in arroga
tionē poſtea dederūt. ⁊ ita alieno iuri ꝑ ſpe
ciē arrogatōis ſubiecti eſſe ceperūt. Et ſilr
in caſu ꝯuerſo. ſcꝫ ſi hi qui alieno iuri ſub-
iecti ſunt ꝑ emancipatōem ſui iuris efficiã
tur. veluti ſi filiuſfamilias emancipatus a
pr̄e fuerit. Nam in hoc caſu minimã capi-
tis diminutiōem pati intelligit. Et hec di-
cunt in ſcđa pte vſqꝫ ad illū. §. Seruus aūt
Hic incipit tercia ps in qua ſic pone caſuꝫ
Quidã manumiſit ſeruū ſuū nunq̄d in ca
ſu iſto ſeruus manu. capite diminutus cen
ſet. Reſpondet impator ꝙ nō. Seruꝰ eñi
manumiſſus capitis diminutionē nō patit
qꝛ ante manumiſſionē nullū caput habuit
Sed pone ꝙ aliquis ſit ab ordine ſenatoꝝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

remotus. nunq̄d in caſu iſto capite minuit
Rn̄det im. ꝙ nō. Nam dignitas eiꝰ qui ab
ordine ſenatoꝝ remouet magiſq̃ ſtatus cō
mutat. cū igit capitis diminutio ſit prioris
ſtatus cōmutatio. manifeſtū eſt ab ordine
ſenatoꝝ remotū nullā pati capitis diminu
tionē. Et hec dicunt in tercia pte vſq̃ ad il
lū. §. Nō aūt. Hic incipit q̄rta ps ī qua ſic
pone caſū. Dn̄e vos dixiſtis mihi. s. ti. pxi.
§. fi. ꝙ ius cognatiōis durat etiā poſt capi
tis diminutionē. nūquid generalr hoc ē ve
rū in q̄libet capitis diminutōe. Ad hoc rn̄
det impa. ꝙ nō. Nam qđ dictū eſt manere
ius cognatōis pꝰ capitis diminutiōez hoc
intelligendū eſt de minima capitꝫ diminu/
tione interueniente. qꝛ ꝑ illam ius cognati
onis nō ꝑimit. ſed ſi maxia capitis diminu
tio interueniat. vtputa ſi aliq̄s de cognatis
in ſeruitutē redactus fuerit. tūc in caſu iſto
ius cognatōis amittit. ꝛ licꝫ poſtea bn̄ficio
manumiſſiōis ad libertatē ꝑuenerit. nō tn̄
ius cognatōis recupabit. ꝛ nō ſoluꝫ maxia
ſed etiā media capitis diminutione ius co
gnatōis ꝑimit. veluti ſi q̄s in inſulā depor/
tatus fuerit. Nam etiā in iſto caſu ius coḡ/
tionis amittit. Et hec in q̄rta pte vſq̃ ad il/
lū. §. Nō aūt. Hic incipit q̇nta ꝛ vltia ps in
qua ſic po. ca. Vos dixiſtis mihi. s. in ti. p̄/
cedenti in p̄ncipio ꝙ tutela impuberū ag/
natoꝝ ad agnatos ex. l. xij. ta. ꝑtinet. Pone
ḡ ꝙ pl'es ſint agnati ꝛ diuerſis gradibꝫ ꝯſti
tuti. nūquid ſcꝫ ad oēs ꝑtinebit. Rn̄. ꝙ nō.
Nam qđ dictū ē tutelam ad agnatos ꝑtine
re nō intelligendū eſt ꝙ ad oēs ꝑtineat. ſed
ad eos tn̄ qui ſūt in ꝓximiori gradu ꝯſtitu
ti. vn̄ ſi plures ſūt q̇ eundē gradū cognatio
nis obtineant. veluti ſi plures ſorores oēs
ex. l. xij. ta. ad tutelā vocant. Et hec dicūt in
q̇nta pte vſq̃ ad fi. huiꝰ ti.

De legittima patronoꝝ tutela.

Ca ꝯtinuat rub. iſta ad p̄cedentia
Sup̄ in ſcđo ti. tractauit iuſt. de le
gittma agnatoꝝ tutela q̄ deſcendit
ex. l. xij. ta. vicꝫ ex ṽbis ꝛ ſnīa ipiꝰ legis. ſꝫ q̇a
legittima patro. tute. ex mēte eiuſdē legis ꝑ
interp̄tationē iuriſcōſultoꝝ deſcēdit. ideo
poſt illā de hac dn̄s iuſt. intēdit tractare vn̄
ſubijcit hic rub. de legittima patronoꝝ tu/
tela Ex eade. l. ꝛc. Notandū ꝙ ita p̄cedit
in ti. iſto. primo ponit iuſti. cauſam q̄re tra
ctat hic de legit. pa. tute. ſcđo aſſignat rōez
ꝑ quā iuriſcōſulti interp̄tati ſūt hāc tutelaꝫ
ex mente. l. xij. ta. deſcēdere ꝛ rōem ꝑ augmē
tū a ſili ꝯfirmat. Pone ḡ ſic ca. Dn̄e q̄re in/
tēditis hic tractare de legit. ꝑentum tutela.
Ad h̄ rn̄. impa. Amice tractauimꝰ de legit.
agna. tute. q̄ ex ṽbis ꝛ ſnīa legis. xij. ta. dſcē/
dit ſed quia legit. patr. tute. ex mente eiuſdē
legis ad patronos ꝛ liberos eoꝝ ꝑtinet. id/
circo de ea hic tractare intēdimus. ꝛ hec ea
dē tutela legittima ſicuti ſuꝑior appellatur.
Nō tn̄ ideo legittima dicit qđ aliq̄d de ea
noiatim in ṽbis. l. xij. ta. expreſſe fuiſſet in/
troductū. ſꝫ dn̄e ꝓ deo q̄ rō mouit iuriſcon
ſultos ad talē interp̄tatōem faciēdā. Ad h̄
rn̄det im. Amice hec fuit rō q̄ mouit iuriſ/
cōſultos. Lex eīn. xij. ta. iuſſit hereditates
libertoꝝ ꝛ libertaꝝ ad patronos ꝛ liberos
eoꝝ ꝑtinere ſi inteſtati deceſſiſſent. vn̄ eo ip
ſo crediderūt iuriſcōſulti veteres ꝙ. l. xij. ta.
vellet ꝙ etiā eoꝝ tutela ad patronos ꝛ libe/
ros ſilr deberet ꝑtinere. ꝛ ad iſtā tacitā vo/
lūtatē ꝑſumendā tali rōne mouebant. qꝛ. l.
xij. ta. ꝓxios agnatos ad hereditates agna
toꝝ ab inteſtato mortuoꝝ vocat. ꝛ eoſdē a/
gnatos ad impubeꝝ agnatoꝝ tutelā vocat
ꝯſil'e ḡ ꝛ in caſu ꝓpoſito dicebāt ꝙ ſicuti pa
troni ꝛ liberi eoꝝ ad ſucceſſiōes libertoꝝ li/
beri ab inteſtato ex. l. xij. ta. vocant ita debe
re eos ex mēte eiuſdē legis ad onꝰ admini/
ſtratōis tutele vocari. qꝛ plerūq̃ vbi eſt ſuc
ceſſionis emolumentū ibi ꝛ onus tutele eſſe
debet. Sed dn̄e ꝓ deo q̄re dixiſtiſ plerūq̃
Ad hoc rn̄dꝫ im. Ideo aūt plerūq̃ diximꝰ
qꝛ ſi aliq̄ femina filiū ſuū impuberē manu/
miſerit vel etiā ipa ad ſucceſſionē eiꝰ ab in/
teſtato vocet. alꝰ tn̄ q̃ ipa eiuſdē tutor erit.

De legittima ꝑentum tutela.

Continuat iſta rub. in hūc modum
Sup̄ tractauit iuſti. de legittima
patronoꝝ tutela q̄ ex mēte legis. xij
ta. deſcendit. ſed qꝛ legittima ꝑentū tutela ſi
militer ex mēte leg. xij. ta. ꝑ interp̄tatōez iu
riſcōſultoꝝ introducta eſt. Idcirco poſt il/
lā de hac hic intēdit dn̄s iuſti. tractare. vn̄/
de annectit rub. de legit. ꝑen. tut. Exēplo
patronoꝝ ꝛc. Pone igit ſic caſū. Dicit iuſt.
ꝙ exemplo patronoꝝ eſt alia tutela ꝑentuꝫ
ꝑ interpretatōꝫ ꝯſultoꝝ ex mente legis. xij.

L

ta. recepta. ⁊ ſicut ſupior legittima appellatꝰ ita ⁊ iſta. Nam ſi pens filiū vel filiā vel nepotē vel neptē ex filio vel deinceps impuberes emācipauerit ipe legittimꝰ tutor eoꝝ erit. Et hec dicunt ꝑ totū ti.

De fiduciaria tutela.

Continuatio iſtiꝰ rub. patz in hunc modū. Supra tractauit de legittima pen. tute. ⁊ q᷑ mortuo pente legittimo tutore filij eiꝰ impuberes emācipati recidūt in fiduciariā tutelā fratrū ſuoꝝ idcirco pꝰ illā imediate de hac intendit tractare. Eſt ⁊ alia ⁊c̄. Ad euidentiā iſtiꝰ tituli diuidas totū ti. in q̄tuor ptes ⁊ planꝰ erit in q̄ꝝ pma pte determinat q̄n locū habz fidu. tute. ponēdo rōnē ꝑ quā videtꝰ ꝙ fiduciaria tute. locū hr̄e non poſſit. In ſcd̄a pte aſſignat rōnē. In tercia pte ſoluit. In q̄rta pte ⁊ vltima ponit argumentū generale ꝙ i oībus tutelis ⁊ curatōibꝫ generalr̄ locū habet. Pone igiꝰ ſic ca. In pma pte dicit iuſti. ꝙ eſt quedā alia tutela q̄ appellatꝰ fiduciaria q̄ hz locū in tali caſu. Si pens filiū vl̄ filiā vel nepotes vel neptes ex filio vel deinceps impuberes emācipauerit ipe legit. tute. eoꝝ nāciſciꝰ. ſed mortuo ipo pente eoꝝ deniq̄ꝫ legittimo tutore ſi liberi eiꝰ virilis ſexus pfecte etatis extiterint ipi eorūdē impuberū emancipatoꝝ pꝰ obitū pentꝭ fiduciarij tutores efficiūꝰ. Extra ca. no. de fiduc. tute. Itē no. ꝙ tutor ⁊ curator dꝫ eſſe maior xxv. an. ⁊ hec dicunt in pma pte vſq̄ꝫ ad. §. Atqui. Ibi incipit ſcd̄a pars in q̄ ſic pone ca. dicit iuſti. in ſcd̄a pte ꝙ hoc videtꝰ ſtare n̄ poſſe. ⁊ h̄ tali rōe. q᷑ ſi patronꝰ legittimꝰ tutor libertoꝝ impuberū deceſſerit liberi eiꝰ i eadē tutela ipi penti ſuccedūt. ⁊ ſilr̄ legittimi tutores efficiunt. a ſili videtꝰ in caſu ꝓpoſito ꝙ ſicuti pr̄ legittimꝰ tutor erat ⁊ ita filij ſui in eadē tutela ei d̄beant ſuccedere. ⁊ ſilr̄ legittimi tutores exiſtere. Et hec in ſcd̄a pte vſq̄ꝫ ad illū. §. Nō m̄. Hic incipit tercia ps i q̄ rn̄dz iuſt. ad opinionē p̄dictā in hūc modū. nō eſt mirū ſi ſecus ſit in caſu ꝓpoſito filio patroni. nā in caſu ꝓpoſito ſi filiꝰ defūcti q̄ in fiduciariā tutelā fratris recidit in ptā te patris ſui ſemꝑ fuiſſet poſt mortem patris ſui iuris effectus fuiſſet. nec in poteſtatem fratrū ſuoꝝ aliquatenus recidiſſet ⁊ ſic nō eodē iure fuiſſet apud fratrē quo extiterat apud patrē. vnde nec in eadē tutela erit apud fratrē in qua erat apud patrē ſed ſecꝰ eſt in liberto. Nam ſi ſeruus in ptāte dn̄i tpe mortis fuiſſet. eodem iure poſt mortem dn̄i futurꝰ eſſet apud liberos ipſiꝰ dn̄i i quo extiterat apud ipm dn̄m viuentē. nec igr̄ mirū ſi idē manumiſſus incidit in eandē tutelam apud liberos patroni in q̄ fuerat apd̄ ipm patronū. Et hec in tercia pte vſq̄ꝫ ad illū. §. Ita tamē. Hic incipit q̄rta pars i qua ſic pone ca. Dn̄e vos dixiſtis mihi ꝙ mortuo pr̄e legittimo tutore impubeꝝ liberoꝝ emācipatoꝝ ceteri liberi eorundē fiduciarij tutores erūt. Eſt ne hoc generalr̄ veꝝ ſine diſtictione etatis. Rn̄. ꝙ nō. Nam impuberū emancipatoꝝ liberi virilis ſexus nāciſcunꝰ tutelā ſi legittimā etatē. i. xxv. anno. cōpleuerint qd̄ n̄ra ꝯſtitutio nō ſolū in fiduciarijs tutelis ſed generalr̄ in oībus tutelis ⁊ curatōibus obſeruari p̄cepit. ⁊ hec i quarta parte.

De attiliano tutore vel de eo qui ex lege iulia ⁊ ticia dabatur.

Continuatio iſtiꝰ rub. patz in hunc modū. Expediuit ſe iuſti. de titulo de tutelis vſq̄ꝫ huc tā de teſtamētaria tutela q̄ꝫ de legittima. ⁊ q᷑ in defectū vtriuſq̄ꝫ locū hz tutela datiua. Idcirco poſtq̄ꝫ ſufficienter de teſta. ⁊ legit. tute. tanq̄ꝫ de dignioribꝫ tractauit intēdit hic de hac tractare. ⁊ q᷑ olim ſm̄ iura antiq̄ſſima dabanꝰ tutores i vrbe romana ex. l. attil. ⁊ in ꝓuincijs ex. l. iulia vel ticia. ideo de datiua tutela dicturus ſubijcit hic rub. de attiliano tutore ⁊c̄. Si cui nullus ⁊c̄. Ad euidentiā iſtiꝰ tituli diuidas ti. in q̄nq̄ꝫ ptes ⁊ planus erit in quarū prima pte determinat iuſti. q̄n hz locū datiua tutela ⁊ a quibus danꝰ tutores datiui ſm̄ iura antiqua. In ſcd̄a determiat ⁊ q̄bꝫ dabanꝰ ſm̄ mediā iuriſprudētiā. In tercia pte determinat a quibus ⁊ qualr̄ dātur tutores ſm̄ iura moderna. In quarta pte rōnem aſſignat qualr̄ impuberes ſūt i tutela. In q̄nta ⁊ vlt. pte dicit q̄ iure tutores finita adminiſtratōne tenenꝰ rōnem reddere adminiſtrationis. Pone igiꝰ ſic caſuz in prima pte. Dn̄e iam video ꝙ vultis tractare de datiua tutela. dicatis igiꝰ mihi q̄n locum habet datiua tutela ⁊ a q̄bꝫ danꝰ tutores datiui. Ad hoc rn̄det imp. Amice. Si

cui nullus oĩno tutoꝛ neqꝫ teſtamentarius
neqꝫ legitim⁹ ſit. tũc demũ hꝫ locũ datiua
tutela. ⁊ illis q̃ neqꝫ teſtamentariũ neqꝫ dati
uũ hñt tutoꝛẽ olim quidẽ ſcḿ iura antiq̃ſſi/
ma dabat̃ tutoꝛ auc̃te legis attil. in vꝛ. ro. a
p̃toꝛe vꝛbis ⁊ a maioꝛe pte tribunoꝝ plebis
ſꝫ in ꝓuincijs dabat̃ tutoꝛ eiſdẽ a p̃ſidibꝫ ꝓ/
uinciaꝝ auct. l. iul. ⁊ ti. ⁊ nõ ſolũmodo ſi nl/
lus tutoꝛ. ſꝫ ⁊ etiã licꝫ teſtamẽto tutoꝛ datus
fuerat. tñ ſub ꝯditõe. aut in diẽ certũ dabat̃
nã ſi in teſtõ tutoꝛ ſub ꝯditõe aut in diẽ da/
bat̃ auc̃te legũ p̃dictaꝝ interim q̃s tutoꝛ da
ri poterat in defectũ tutoꝛis ſub ꝯditõe vel
in diẽ dati q̃ pẽdẽte ꝯditõe vl' die poterat ad
miniſtrare. Q̃nqꝫ etiã ſi pure datus fuerit
tutoꝛ in teſtamẽto. tñ nihilomin⁹ dtũs tutoꝛ
locũ habuit q̃ꝺiu heres ex teſtamẽto non
adijt. Tamdiu eñ ex eiſdẽ legibꝫ tutoꝛ da/
bat. ⁊ in oĩbꝫ his caſibꝫ tutoꝛ ille dtũs in de
fectũ teſtamẽtarij dat⁹ deſinebat tutoꝛ eſſe
ꝯditõe vl' die adueniẽte. vl' herede ex teſta/
mẽto hereditatẽ adeũte. Itẽ in alio caſu ex p̃
dictꝭ legibꝫ tutoꝛ dari ſolebat. Nã ſi teſtañ
tari⁹ tutoꝛ vl' etiã legitim⁹ ab hoſtibꝫ capt⁹
fuerit in defectũ tutoꝛis capti ali⁹ tutoꝛ eiſ/
dẽ legibꝫ dabat̃. ⁊ iſte loco capti ſubrogat⁹
deſinebat eſſe tutoꝛ captiuo in ciuitatẽ ruer
ſo. Nã reuerſus in ciuitatẽ admĩſtratõꝫ tu
tele iure poſtliminij recipiebat. ⁊ hec dicũt̃
in p̃ma pte vſqꝫ ad illũ. §. Sꝫ ex his legibꝫ
Hic incipit ſcd̃a ps in q̃ ſic pone caſũ. Dñe
iam vidi a quibꝫ ſcḿ iura antiq̃ dabant̃ tu
toꝛes. dicatis mihi ſi placet q̃lr̃ illa iura an
tiqua coꝛrectionẽ receperũt ⁊ certe dicit ipe
Frater poſtq̃ꝫ ꝯſules ceperũt dare ꝑ inq̃ſiti
onẽ tutoꝛes pupillis vtriuſqꝫ ſexus ⁊ pꝛeto
res ꝑ ꝯſtitutõẽs nr̃as. tũc ex ſup̃dictꝭ legi/
bus deſierũt tutoꝛes dari. Nã in illis legi/
bus antiq̃s de cautõe tutoꝛibꝫ danda rem
pup. ſaluã foꝛe. nec de cõpellendis tutoꝛibꝫ
ad admĩſtratõẽꝫ tutele quicq̃ꝫ cauebat̃. Et
hec dicunt̃ in ſcd̃a pte vſqꝫ ad illũ. §. Sed
hoc iure vtimur ⁊c. Ibi incipit tercia ps in
qua ſic po. ca. Dñe iã vidi qualr̃ iura antiq̃
coꝛrecta fuerũt ⁊ q̃lr̃ ſcḿ mediã iuriſpꝛudẽ/
tiã tutoꝛes dabant̃. Ideo dicatꝭ mihi ſi pla
cet a q̃bus dant̃ hodie tutoꝛes ſcḿ iura mo
derna. Ad h̃ rñdet impa. Amice. hoc iure
hodie vtimur vt pꝛefectus vꝛbis vel pꝛetoꝛ
ſcḿ ſuam iuriſdictionẽ. ⁊ in ꝓuincijs p̃ſides
tutoꝛes pupillis pñt dare. ⁊ non ſolum pꝛe
ſides in prouincijs hoc facere pñt. ſed etiaꝫ
magiſtratus delegatione eis facta a pꝛeſide
vicꝫ ſi nõ ſint magne facultates ipſi⁹ pupil/
li. ⁊ hec ita obtinebant p̃mo tpe noſtri im/
perij. Nos tamẽ poſtea qꝛ difficultatẽ eẽ in
expectanda iuſſione p̃ſidis ꝑpendim⁹ hu/
iuſmodi difficultates hoĩm ꝑ conſtitutõẽꝫ
noſtrã reſecare curauim⁹. Unde in ꝯſtitu/
tione nr̃a ſtatuim⁹ vt ſi facultas pupilli vſꝫ
ad q̃ngentos ſolidos valeat defenſoꝛes ci/
uitatis vnacũ eiuſdẽ ciuitatꝭ religioſiſſimo
ep̃o vel alie publice ꝑſone. i. mgr̃atus vl' iu/
dices alexandrie nõ expectata iuſſione pꝛeſi
dis tutoꝛes vel curatoꝛes dare pñt legitĩa
cautione rem pupilli ſaluam foꝛe. data ſcḿ
eiuſdẽ ꝯſtitutionis noꝛmã a tutoꝛibꝫ inter
ponenda coꝝ. vicꝫ ꝑiculo q̃ hmõi ſatiſdatio
nem accipiũt. Et hec in tercia pte vſqꝫ ad il
lũ. §. Impuberes aũt ⁊c. Hic incipit quar/
ta ps in qua ſic pone ca. Dñe iaꝫ video a q̃/
bus dabant̃ tutoꝛes olim ſcḿ iura antiqua
⁊ etiã quibus dat̃ hodie ſcḿ ꝯſtitutõẽm ve/
ſtram. ꝓ deo dicatis mihi ſi placet qualiter
hmõi impuberes ſũt in tutela. Ad hoc rñ.
im. Amice certe naturali rõne ꝯuenit ⁊ eti
am iuri ꝯſentaneũ eſt vt impuberes in tu/
tela ſint vt vicꝫ illi qui ꝑfecte etatis nõ ſunt
alioꝝ tutela regant̃. Et hec in quarta pte vſ
qꝫ ad illũ. §. Cũ ergo pupilloꝝ. Hic incipit
q̃nta ps in qua ſic po. ca. Dñe dicatis mi/
hi ſi placet quo iure cogunt̃ tutoꝛes finita
tutela reddere rõnem ſue adminiſtratiõis.
Ad hoc rñ. im. Amic. cũ tutoꝛes pupilloꝝ
pupillarũqꝫ negocia adminiſtrãt. finita ad
miniſtratõne. actoꝛes tutele rõnem admi/
ſtrationis ſue reddere cõpellunt̃. Et hec in
q̃nta pte vſqꝫ in fi. ti.

De auctoꝛitate tutoꝛum.

Continuatio iſtius rub. ptꝫ in hũc
modũ. Sup̃ tract. iuſti. q̃lr̃ tu. dat̃
pupillis. ⁊ qꝛ ad hoc dant̃ pupillis
tutoꝛes vt eiſdem tã in ꝯtractibus q̃ꝫ in iu/
dicijs auctoꝛitatem pꝛeſtent. Idcirco dñs
iuſtinia. intendit de auctoꝛitate tutoꝛis pꝛe
ſtanda hic tractare. vnde ꝺ ea dicturus ſb/
nectit rub. de auctoꝛitate tutoꝝ. Aucto/
ritas aũt. Ad euidentiam iſtius titu. diui/
das ti. in quatuoꝛ ptes ⁊ planus erit. quaꝝ
rum pꝛima pte determinat in qbus eſt ne



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ceſſaria tutoris auctoritas. ꝛ in quibus nō. In ſcđa parte excipit ab eo quod dicit in pᷓma parte. In tercia parte determinat qualiter interponi debet tutoris auctoritas. In quarta parte et vlt. determinat quid iuris eſt ſi aliquod iudiciū agendū ſit inter tutorē ꝛ pupillū ſuū. Pᷓima ps ptendit vſqꝫ ad illū. §. Neqꝫ tn̄. Ibi incipit ſcđa ꝛ durat vſqꝫ ad. §. illū. Tutoꝛ aūt. Ibi tercia incipit ꝛ ptendit vſqꝫ ad illum. §. Si aūt inter. ibi quarta ꝛ vlti. incipit ꝛ durat vſqꝫ in fi. ti. Pone igit sic caſū in pᷓma pte. Dn̄e vos vultis tractare de auctoꝛ. tuto. nunquid quelibet eſt neceſſaria tuto. auct. Rn̄dꝫ im. qꝙ nō. In quibuſdā em̄ nō eſt neceſſaria. ſi em̄ pupilli ſtipulant ſibi dari aliquid. in eo caſu nō eſt neceſſaria tutoris auctas. ſecus tn̄ ē in caſu ꝯuerſo. Si eī iſti pupilli aliquid aliis pmittāt ad hoc. vt ipi ex illa pmiſſione cum effectu obligant. neceſſaria eſt tuto. auct. qꝛ ſtatutū eſt vel liceat pupillis ꝯditionē ſuam meliorē facere ꝛ ſine tutoris aucto. Deteriorē pͦ nequaqꝫ facere pn̄t niſi tuto. auct. interueniat. Vn̄ in illis cauſis ex quibus ex vtro qꝫ latere naſcit obligatio. vt in emptōne. vē ditōne. locatione. ꝯductōne. mādato ꝛ depo ſito. niſi tutoris aucto. interueniat illi qui cuꝫ pupillis ꝯtrahūt obligant. ſꝫ pupilli eis nequaqꝫ obligati ſūt. Et hec in pᷓma pte vſqꝫ ad illū. §. Neqꝫ tn̄ hereditatē ꝛc. Hic icipit ſcđa ps in qua ſic pone ca. Dn̄e vos dixiſtꝭ mihi ſup qꝙ licet pupillis meliorē facere cō ditionē ſuā ſine tut. aucto. Pone igit qꝙ aliqua lucroſa hereditas delata ſit alicui pupillo: nunquid poterit illā hereditatē ſine tut. aucto. adire. Rn̄det im. qꝙ nō. Licet em̄ dictuꝫ fuerit generalr ſup qꝙ liceat eis facere ꝯditionē ſuā meliorē ſine tuto. auct. hoc tn̄ fallit in caſibꝰ ſpealibꝰ. Neqꝫ em̄ hereditatē adire neqꝫ bonoꝝ poſſeſſionē petere. neqꝫ hereditatem ex fideicom. ſuſcipe poterit niſi tuto. aucto. interueniat quūis lucroſa ſit. et hoc ideo ſtatutū eſt ne ille damnū inde habeat. ꝛ hec in ſcđa pte vſqꝫ ad illū. §. Tutoꝛ aūt. Hic incipit tercia pars in qua ſic pone caſum. Dn̄e iam video in quibus caſibus tutoris aucto. debet interueire. dicatis mihi ſi cordi eſt qualr debeat interponi tutoꝛꝭ aucto. Ad hoc reſpondet imperatoꝛ. Amice. Tutoꝛ in ipſo negotio a pupillo contrahēdo debet pſonaliter intereſſe ꝛ quod actum eſt a pupillo laudare. ſi hoc pupillo ſuo pdeſſe eſtimauerit. Nam tuto. aucto. poſt tēpus vl̄ per epiſtolam interpoſitā nihil agit. ꝛ hec in tercia pte vſqꝫ ad illū. §. Si aūt inter tutorem. Sed pone caſū in quarta parte. Dn̄e iam vidi qualiter debeat interponi tuto. aucto. dicatis mihi modo ſi aliquod iudiciū agendū ſit inter tutorem ꝛ pupillū quid iuris eſt in caſu iſto. Ad hoc imperatoꝛ dicit. Amice. ſi iudiciuꝫ inter tutorem ꝛ pupillū agendū ſit. in caſu iſto nō pretorius tutoꝛ vt olim conſueuit fieri conſtituet ſed loco eius curatoꝛ dabit interueniente ipo curatore iudiciū pagetur ꝛ finito iudicio deſinet eſſe curatoꝛ. Et hec in quarta parte dicunt vſqꝫ in finē tituli.

Quibꝰ modis finit tutela.

Continuatio iſtius rub. ptꝫ in hūc modū. Expediuit ſe iuſtinia. de titulo de tutelis vſqꝫ huc ꝛ etiā qualiter datur tutoꝛ tam teſtamentariꝰ quā legittimus ꝛ etiā de datiuo. ꝛ quia ꝯtingit quālibet iſtarū tutelarū variis modis finiri. ideo de modis quibus tutela finit hic tractare intēdit. Unde de his dicturus premittit rubr. Quibus mo. tute. fi. Pupilli pupilleqꝫ. Et eſt ſciendū qꝙ enumerant duodecim modi i titulo iſto quibꝰ tutela finit. qui in apparatu pleniſſime declarant. ꝛ ſm hos duodecim modos diuidas titulū in duodecim ptes ꝛ planius erit. Sed quia ptes in lr̄a p ſe patent. idcirco partiū diuiſioni nō inſiſto. Pone igit ſic caſuꝫ in prima pte. Dn̄e vos vultis tractare quibꝰ modis tute. fi. dicatꝭ ergo mihi aliquē moduꝫ quo tutela finiat. Ad hoc reſpondet imperatoꝛ. Amice dico tibi generaliter qꝙ pubertate pupilli vel pupille tutela finit. Cū em̄ pupilli pupilleue puberes eſſe ceperint a tutela liberant. Sꝫ dn̄e dicatis mihi quando cenſent pupilli ad pubertatē pueniire. Ad hoc rn̄. im. Amice. Aliter olim eſtimabat pubertas in maſculis hodie aliter. Veteres em̄ non ſoluꝫ ex numero annoꝝ ſed etiam ex inſinuatione habitudinis corporis pubertatē in maſculis eſtimare volebant quā in feminis ex aſpectu corporis iudicium impudicum eſſe eſtimabant. Noſtra aūt maieſtas dignū putauit eſſe caſtitati tēpoꝝ noſtroꝝ hoc quod ipſis antiquis in feminis viſum eſt eſſe im

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

pudicum in maſculos etiaȝ extendere. Et⁹
ideo ſacrā ɔſtitutionē nostrā promulgaui
mus p quā ɔſtituimus pubertatem in ma
ſculos in annos. xiiij. poſt annos. xiiij. cō/
pletū initiū accipe ſed normā antiquitatꝭ in
femineis pſonis ſatis bene poſitā i ſuo ſta
tu integrā ꝛ illibatā relinqͥmꝰ. vt vicȝ ipe
femine poſt duodecim annos cōpleros p/
ut antiquitus bñ erat ſtatutū viri potentes
eſſe credanꝫ. Secūdus modus finiēde tu
tele eſt ſi pupillus dederit ſe ad arrogandū
alicui. qualr̃ det ſe ad arrogandū vide ſup
de adoptōibꝫ. Terciꝰ modus eſt ſi pupillus
deportetꝫ. Quartus modus eſt ſi pupillus
efficiatꝫ ſeruꝰ. vt qꝛ cū ſit libertus alicuiꝰ re
uocatꝫ in ſeruitutē ꝓpter īgratitudinē. Qui/
tus modus ſi ab hoſtibꝫ pupillus capiatꝫ.
Sextus modꝰ ſi alicui pupillo datꝰ ſit tu/
tor in teſtamēto hac forma, vt ſit tutor vſqȝ
ad certā ɔditionē puta vſqȝ dū nauis vene
rit ex aſia. nā cōditi one exīte deſinit eſſe tu/
tor. Septimꝰ eſt ſi moriatꝫ pupillus vel tu/
tor. Octauus ſi tutor patiatꝫ maximam vł mi
nimā capitis diminutionē. qꝛ cuiuſcūqȝ ge
neris tutor ſit deſinit eſſe tutor. Quid autē
ſi patiatꝫ tutor minimā capitis diminutio/
nem puta qꝛ ad arrogandū ſe dederit an d
ſinat eē tutor. Reſpōdeo ſi legittimꝰ erat tu
tor bñ deſinit eſſe tutor. ſȝ ſi erat teſtamenta/
rius vł datiuꝰ tūc nō deſinit eſſe tutor. No
nus modus finiēde tute. ſi pupillus patiatꝫ
q̄ſcunqȝ capitis diminutionē. q̄ſtis de mi/
nima habuimꝰ ſup̄ in ſcd̄o modo. Decimꝰ
ſi alicui pupillo datus ſit tutor in teſtamē/
to hac forma vt eſſet tutor vſqȝ ad certū tē/
pus puta vſqȝ ad paſca. Nā adueniente pa
ſcha deſinit eſſe tutor. Undecimꝰ ſi a tute a
remoueatꝫ tanq̄ȝ ſuſpectus. vt infra de ſuſpe
ctis tutoribꝫ ꝛ curato. p totuȝ. Duodecimꝰ
ſi iuſta ex cauſa ſe excuſauerit a tutela quaȝ
iam inceperat admīſtrare. vt infra de excu/
ſatione tuto. p totū. Extra caſū nota turpi/
tudinē eſſe vitandam. Item nota q̄ maſcu
lus dicitꝫ pubes in. xiiij. anno. ꝛ mulier viri
potens in duodecimo anno.

De curatoribus rubrica.

Ontinuatio iſtiꝰ rub. ptȝ in hūc mo
dū. Supra in ti. pximo precedēti tra
ctauit iuſti. quibꝫ mo. finitꝫ tutel. Et
quia pupilli aduenīēte pubertate a tutela li
berati. ꝛ ita iam puberes facti īmediate in/
cidunt in curam. Ideo poſt titulum prece/
dentem intendit tractare de cura. vnde de
ea dicturus annectit rub. de curator. Ma/
ſculi puberes. Ad euidentiam iſtiꝰ tit. diui/
das titu. in quatuor ptes ꝛ planus erit. in
quarum prima pte determinat quando lo/
cum habet cura ratione minoris etatis. et
q̄ſtum durat. In ſcd̄a parte determinat in
quibꝫ cōueniunt ꝛ in quibus differūt cura
tores ꝛ tutores. In tercia pte determinat q̄
bus dantꝫ tutores rōne inordinati conſilij
vel ratione morbi. In quarta parte deter/
minat in q̄bus caſibus dantꝫ pupillis cu/
ratores. Prima pars protenditꝫ vſqȝ ad. §.
Dantꝫ aūt. Ibi incipit ſcd̄a ꝛ protenditꝫ vſqȝ
ad illū. §. Furioſi qȝ. Ibi tercia incipit ꝛ p/
tenditꝫ vſqȝ ad illū. §. Interdum. Ibi q̄ͦ q̄r
ta incipit ꝛ protenditꝫ vſqȝ in fineȝ titu. Po/
ne igitꝫ ſic caſum. Dñe vos vultis tractare
de curatoribus. dicatis ergo mihi in quibꝫ
dantur curatores ꝛ vſqȝ ad q̄ſtum tempus.
Ad hoc rñdet impator. Amice. Maſculis
puberibus ꝛ feminis viri potentibus a tē/
pore pubertatis quo a tutela liberantꝫ dantꝫ
cura. vſqȝ ad viceſimūquintū annū cōple/
tum. Licet em̄ hmōi perſone puberes ſint
adhuc nihilominus etatis talis ſūt. vt ſua
negocia recte adminiſtrare nō poſſunt. Et
hec in prima parte. Sed pone in ſecunda.
Dñe iam video quibus dantꝫ tutores. dica
tis modo mihi a quibꝫ dantꝫ. Et reſpondet
impator q̄ curatores ab eiſdem magiſtra/
tibus dantur a quibus tutores. ꝛ in hoc cō
ueniūt tutores ꝛ curatores. ſed certe in alijs
differunt. qꝛ licet tutores teſtamento dantꝫ.
curator aūt teſtamento dari nō poteſt. Si
tamen de facto datus fuerit curator. confir
matur ex ſententia pretoris in vrbe. ꝛ ex pre
ſidis ſententia in prouincia. Item inuiti a/
doleſcentes non compelluntur curatores
accipere. licet ſecus ſit in pupillis. ꝛ hoc ve
rum eſt q̄ adulti inuiti nō compellūtur cu/
ratores accipere. licet ſecus ſit in pupillis.
ꝛ hoc eſt verum q̄ adulti inuiti nō compel/
luntur curatores accipere preterq̄ȝ ad liteȝ.
Tunc em̄ inuiti coguntur. licet tutor ad
certam cauſam dari non poteſt. ꝛ hec dicū/
tur in ſecunda parte vſqȝ ad illum. §. Furi/
oſi quoqȝ ꝛc. Hic incipit tercia pars ī qua

ſic pone caſum. Dñe iam video quib⁹ dan
tur curatoris rōe minoris etates ⁊ a quib⁹
dant. nunqd ſūt aliqui alij quib⁹ dant cura
tores. Reſpondet q̄ ſic. Naz qdam ſūt qb⁹
dant curatores rōne inordinati ↄſilij vl' ra
tione morbi. licet ſint maiores viginti q̄nqȝ
annis. Furioſi eñ ⁊ prodigi q̄uis legitīe
etatis ſint. cū ſūt in curatōne agnatoꝝ ex le
ge xij. ta. Deficientib⁹ aūt agnatis ſolēt pre
fecti vrbis vel pretores in defectū agnatoꝝ
curatores dare. In prouincia ꝓ o preſides
ex inqſitōne. ⁊ nō ſolū iſtis pſonis curato-
res dant. ſed etiā mente captꝭ ⁊ ſurdis ⁊ mu
tis ⁊ illis q perpetuo morbo laborant qui
ſuis rebus adminiſtrandis ſupeſſe non pñt
curatores dandi ſūt. Et hec in tercia par-
te vſqȝ ad illū. §. Interdū. Hic incipit q̄rta
⁊ vltima ps in qua ſic po. ca. Dñe iaz video
qualiter dant curatores qbuſdam maiori-
bus. xxv. an. nūquid aliquib⁹ alijs dantur
curatores. puta ſi legitim⁹ tutor idone⁹ nō
ſit in ſubſidiū e⁹ curator datur q2 alius tu-
tor dari nō pōt. Habenti eñ tutorē ali⁹ tu-
tor nō datur. ⁊ nō ſolū in ſubſidiū legittimi
tutoris datur curator. ſed etiā qñqȝ in defe-
ctū teſtamētarij vel datiui datur curator. ſi
eñ tutor teſtamētarius vl' a pretore vl' a pre
ſide datus nō ſit idone⁹ ad adminiſtratōez
fraudulenter tñ negocia pupilli adminiſtrat
ſolet ei in ſubſidiū curator adiungi. Item
in locū tutoris qui nō im perpetuū ſȝ ad tē-
pus ab adminiſtratōne tutele aliq rōnabi
li cauſa excuſant ſolēt curatores ſubrogari
Itez ſi tutor aliqua aduerſa valitudine vel
alia neceſſitate fuerit impeditus vt negocia
pupilli ſui adminiſtrare nō poſſit. ⁊ ipe pu-
pillus vel abſit vel infans ſit. poterit ptor i
vrbe vel preſes in prouincia quē velit auto
rem piculo ipius tutoris decreto ſuo pupil
lo ↄſtituere. ⁊ hec in q̄rta pte vſqȝ in fi. ti.

## ¶ De ſatiſdatōne tutoꝝ vl' curatoꝝ.

Continuatio iſtius rub. patet i hūc
modū. Dictū eſt ſupra qualiter dā-
tur tutores vl' curatores ⁊ dati ipis
pupillis ſatiſdant rem pupilli ſaluam fore.
Idcirco de hac ſatiſdatione hic tractare in
tendit. vnde de ea dicturus ſubijcit rubricā
de ſatiſdatione tuto. vel cura. ¶ Ne tamen.
Ad euidentiam iſtius litere diuidas titulū
in quatuor partes ⁊ planus erit. in quaruz
prima parte ponit iuſti. regulam generalez
de ſatiſdatione iſta. In ſcda parte ponit ex
ceptionem ad regulam. In tercia pte exci-
pit ab exceptione. In quarta ⁊ vltima dter
minat qualiter ſubuenit pupillis in defe-
ctum tutorum ſi facti ſūt non ſoluendo vel
ſi minus idonee adminiſtrauerint. Prima
ps pꝛenditur vſqȝ ad illū. § Sed hoc nō eſt
Secūda ibi incipit ⁊ durat vſqȝ ad illuz. §.
Sed ſi ex teſtamento. Ibi tercia incipit et
protendit vſqȝ ad. §. Sciendū eſt aūt. Ibi
quarta incipit ⁊ durat vſqȝ in finem tituli.
Pone igit ſic caſum in prima pte. Dñe vi-
deo qualiter dant tu. vel cur. nunqd ad libi
tū ſuū res pupilloꝝ vel adultoꝝ ſine metu
piculi poſſunt adminiſtrare. Reſpōdet im
pator q̄ non. Non eñ tu. vl' curatores res
pupilloꝝ vel adultoꝝ vel ceterorū qui ī cu-
ratione ſunt aut in totū conſumant aut in
parte diminuant curat pretor vt tam cura
tores q̄ȝ tutores ſatiſdent rem pupilli ſaluā
fore. Sed pone in ſcda. Dñe. Nūquid eſt
hoc generalr verū q̄ omnes tutores ⁊ cura
tores indiſtincte ad predicte ſatidatiōis in
terpoſitionē teneantur. Reſpondet q̄ non.
Nam certe hoc quod diximꝰ tutores vl' cu.
debere ſatiſdare nō eſt perpetuū. Nam tu-
tores teſtamento dati hmōi ſatiſdationem
preſtare nō cogunt. Et hoc tali rōne. quia fi
des ⁊ diligentia eoꝝ a teſtatore q eos in te-
ſtamento dedit ſatis probata videt. Idem
dico in tutori. cū inqſitione a iudice datis.
nam certe illi ſimiliter hmōi ſatiſdatōne nō
onerantur. quia idonei electi ſunt. Et hec i
ſcda parte vſqȝ ad illū. §. Sed ſi ex teſtamē
to. Hic incipit tercia pars in qua ſic pone
caſum. Dixiſtis mihi q̄ tutores teſtamēta-
rij ⁊ cum inquiſitōne dati non ſatiſdant nū
quid eſt hoc generaliter verum. Reſpondet
imperator q̄ non. Nam ſi duo plures ue tu
tores in teſtamēto dati fuerint. poterit vn⁹
ex eis offerre ſatiſdationem de indemnita-
te pupilli contutori vel concuratori ſuo. et
ſi ipe admittit hmōi ſatiſdationem ei in ad
miniſtratione preferetur. ſed contutor vel
concurator non poterit p ſe a contutore vel
concuratore ſuo hmōi ſatiſdationem exige
re. ſed offerre eam debet vt electionem det
concuratori vel contutori ſuo accipere ⁊ ad
miniſtrationem ei exponere vt ipe ſolus ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

miniſtrare poſſit. ⁊ ſi nullus eoꝝ ſatiſdatio
nem hmôi offerat. tūc ſi teſtator in teſtamē
to expreſſerit quis in adminiſtratione pre/
ferri debeat ille ſolus adminiſtrabit. ſi vero
a teſtatore de hoc nihil dictū fuerit tūc quē
maior ps eoꝝ idoneū elegerit ille ſolus ad
miniſtrabit. ſed ſi ita fuerit ꝙ in electōe ipſi
tutores nec aliquatenus ꝑ ſe ꝯcordare po/
terunt pretor ꝑtes interponet ⁊ aliquē ido/
neū ad adminiſtrationē eligere compellet.
idem iuris eſt in pluribus tutoribus vl'cu
ratoribꝫ ex inquiſitione datis. vt videlicet
maior pars poſſit eligere aliquē idoneum q̇
ſolus negocia pupilli adminiſtret. ⁊ hec in
tercia ꝑte vſq̄ ad. §. illū. Sciendū aūt eſt.
Hic incipit quarta ⁊ vltima ps ī qua ſic po
ne caſum. Dn̄e iam video in quibꝫ caſibus
tutores ſatidationē rem pupilli ſaluam fo/
re interponere debeant. Pone modo ꝙ nō
fuerit pupillis ꝑ tutores bene cautū quali
ter in defectū tutorum vel fideiuſſorum ab
eiſdem receptorum ſubueniat ipſis pupil/
lis. Reſpondet imperator. Amice. in hoc ca/
ſu optimū remedium beneficio legis ipſis
pupillis indulget. Scire em̄ debes ꝙ non
ſolū tutores vel curato. ex adminiſtratione
ſua pupillis vel adultis vel furioſis vel ce/
teris qui in curatione ſūt ex adminiſtratio
ne ſua tenentur. ſed etiam in magiſtratus
qui hmôi ſatiſdationem a tutoribus vel cu
ratoribus accipiūt vtilis actio ſubſidiaria
dabitur que quidem actio ſubſidiaria vlti
mū hmôi pupillis vel adultis poſſit preſta
re ſubſidium. ⁊ hec actio ſubſidiaria nō ſo/
lum aduerſus illos competit qui omnino
idoneam cautionem a tuto. vel cura. expo/
ni paſſi ſūt. nec ſolum aduerſus magiſtra/
tus datur. ſed etiam tam ex prudentum re/
ſponſis q̄ꝫ ex conſtitutionibꝫ principis in
heredes eorum extenditur. nec imerito. in
eiſdem em̄ conſtitutionibus expreſſe cauet
vt tutores vel curatores ad predictam ſatiſ
dationem interponendā ꝑ pignorum ca/
ptionem cohercceantur. vnde cum ipſi ma/
giſtratus ſibi legis beneficio poterant ab
hmôi periculo cauere. nō eſt mirū ſi ipſi et
etiam eorū heredes pro ſua negligentia te/
neant. Scire tn̄ debes ꝙ neq̄ꝫ prefectus vr
bis neq̄ꝫ pretor neq̄ꝫ preſes ꝓuincie neq̄ꝫ ali
quis aliꝰ qui ius dandi tutores habet. pre/
dicta actione ſubſidiaria pupillis vel adul
tis vel ceteris in curatione exiſtentibus te/
nebunt. ſed ſolū hi qui hmôi ſatiſdationē
accipe ſolent. Et hec in quarta parte vſq̄ꝫ ī
finem tituli.

De excuſatōe tutoꝝ vel curatoꝝ.

Continuatio iſtiꝰ rub. ptꝫ in hunc
modū. Supra determinauit iuſti.
de ſatiſdatione tuto. vel curato. ſed
quia q̇dam tutores vel cura. varijs modis
a tutela vel cura ſe excuſant ⁊ ꝯſequens a
ſatiſdatione excuſant. ꝓpter hoc poſt tracta
tum de ſatiſdatione tutoꝝ vel curat. inten/
dit iuſtinia. tractare de varijs modis q̇bꝫ
excuſant tuto. vl'curato. vnde de his dictu
rus ſubijcit rub. de excuſa. tuto. vel curat.

Excuſantur aūt. Ad euidentiam iſtius
ti. diuidas titu. in ſex ꝑtes. in quaꝝ prima
determinat iuſtinia. generaliter q̇bus mo/
dis tutor vel curator a tute. vl'cura excuſā/
tur. In ſcd̄a ꝑte remouet quandam dubi/
tationē incidentē circa modū ꝓponēdi huiꝰ
modi excuſationes. In tercia ꝑte determi/
nat infra quod tp̄s hmôi excuſationes de
bent proponi. In quarta parte determinat
qualiter intelligatur datio tutoris ꝑ hoc
remouendo quandam dubitationē incidē
tem circa modum excuſandi. In quinta ꝑ
te determinat ſpecialr̄ qualiter quis excu/
ſet ſe ab onere cure. In ſexta ꝑte ⁊ vltima d̄
terminat q̇d iuris ē ſi aliq̇s falſis allegatōi
bus ſe excuſauerit. Prima ps ꝓtendit vſꝫ
ad. §. Minores. ibi incipit ſcd̄a ⁊ durat vſꝫ
ad. §. Qui aūt ſe excuſare volūt. ibi tercia ī
cipit ⁊ durat vſq̄ꝫ ibi. Datus aūt tutor. Ibi
q̄rta incipit ⁊ ꝓtēdit vſꝫ ad. §. Qui aūt tute
lā. ibi q̇nta īcipit ⁊ durat vſq̄ꝫ ad illū. §. Si
q̇s aūt. ibi ſexta ⁊ vltima incipit ⁊ ꝓtēdit vſ
q̄ꝫ ī fi. ti. Pone igr̄ ſic ca. in ꝑma ꝑte. acceſſi
ad iuſti. ⁊ ita corā eo ꝓpoſui. Dn̄e vos vultꝫ
tract. de excu. tuto. vl'cu. dicatꝫ ḡ mihi q̇bꝫ
modis excuſant tu. vel cur. ab onere admi
niſtratōis. Ad h̄ rn̄. im. Amice. tuto. vl'cu.
varijs modis a tutela vl'cura poterūt excu
ſari. Nāq̄ꝫ em̄ ꝑ numerū liberoꝝ ſuoꝝ me
rent excuſatōem. ſiue hmôi liberi in ꝑtāte
ſūt ſiue etiā emācipati. Si em̄ tres liberos
aliq̇s habuerit rome ſupſtites. vel in italia
q̄tuor. vl'ī ꝓuincia q̇nq̄ꝫ. a tut. vl'cu. poterit
excuſ. ⁊ h̄ ad modū alioꝝ mūeꝝ ciuiliū. nā



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ tutelam ⁊ curam placuit eſſe munus pu-
blicū. vñ ſicut a ceteris muneribꝫ publicis q̄s
excuſari poterit ita ⁊ ab iſtis. No. italiā vl-
tra ꝓuincias. romā aūt vltra italiā ꝑuilegi
atā. No. ꝙ tute. vl' cu. eſt munꝰ publicū au-
ctoritate. ⁊ h̄ vſq; ad ꝟſi. Sed adoptiui. in
q̄ ſic po. ca. Dñe iuſti. vos dixiſtꝫ ꝑ liberos
quē poſſe a tut. vl' cu. excuſari. dicatꝫ mihi ꝓ
deo an illud locū habeat indiſtincte in oībꝫ
liberis. Rñ. im. qđ dixi tibi generalr̄ aliquē
ꝑ liberos poſſe excuſari. ītelligere debes de
naturalibꝫ ⁊ legitimis. Nā adoptiui liberi
patri adoptiuo ad excuſationē nō ſufficiūt
vl' nō ꝓficiūt. Liberi eīm naturales ⁊ legit-
timi extranee ꝑſone a p̄re naturali nihilo-
minꝰ ad excuſatōez ꝓſūt. ⁊ hoc vſq; ad ꝟſi.
Itē nepotes. in q̄ po. ca. Vidimꝰ ꝙ ꝑ libe-
ros q̄s a tute. vl' cu. excuſat̄. ſꝫ q2 appellatōe
liberoꝝ veniūt nepotes. Querit̄ a dño iu-
ſti. an iſtud ſe extēdat ad nepotes. Rñ. im.
ꝙ nō ſolū liberi in ꝑmo gradu exñtes ꝓſūt
ſꝫ etiā nepotes ex filio mortuo auo ſuo ad
excuſatōem ꝓſunt q2 in locū ſui p̄ris mor-
tui ſuccedūt. ſꝫ licet nepotes ex filio pꝰ mor
tem ipius filij eiuſdē p̄ris nepotis auo pro
ſint. nepotes tñ ex filia ei ꝓdeſſe nō poterūt
No. ꝙ nepotes q̄tq̄t ſint in liberoꝝ nume-
ro pro vno reputant̄ ad tute. excuſatōez. Et
h̄ vſq; ad ꝟſi. Filij aūt. in q̄ ſic figurat̄ caſꝰ.
Vidimꝰ ſupius a ꝑncipio tituli huiuſq; ꝙ
liberi ⁊ nepotes. ex filio excuſant quē a tut.
vel cu. Sed quero dñe iuſt. an hoc veꝝ ſit
de filijs mortuis. Rñ. dñs. im. qđ dixi tibi
filios prodeſſe. intelligere debes ꝙ filij ſup
ſtites tm̄ ad tute. vel cu. oneris excuſatiōez
ꝓſunt. mortui eīm nō ꝓſūt. ⁊ hoc vſq; ad ꝟſi.
illū Sed ſi in bello. in q̄ po. ca. Cñ'um eſt
ſup̄ ꝙ liberi mortui nō proſūt ad excuſatōꝫ
tu. vel cu. Nūc querit̄ ab im. q̄d ſi in bello
ꝓ republica occiſi fuerint an p̄ri ad excuſa
tionē prodeſſe poſſint. Et rñ. Certe cōſtat
eos prodeſſe q̄ in atrio ꝑncipis ceciderunt
⁊ imꝑpetuū. q̄ eīm pro republica imperpe-
tuū ꝑ gl'iaꝫ viuere intelligunt̄. No. ꝙ filij q̄
in ꝑncipis acie ceciderīt ꝑinde ac ſi viuerēt
īmunitatē a tutela tribuūt. No. ꝙ q̄ in ꝑn-
cipis ſeruitio ꝓ republica moriunt̄ ꝑ gl'iaꝫ
viuere intelligunt̄. Et hec in ꝑma p̄te vſq;
ad illū. §. Et diuꝰ marcꝰ. in q̄ proſequit̄ iu-
ſti. materiā prime p̄tis. in illo. §. po. ſic caſū.

Dñe iam vidi q̄lr̄ excuſatur ab onere tute.
vl' cu. nūquid plribꝫ modis poterit cōpetere
excuſatio. Rñ. ꝙ ſic. Nā diuus marcꝰ reſcꝑ
ſit in ſemeſtribꝫ ſuis adminiſtrantē res fiſcales
durante adminiſtratōne poſſe ſe ab onere tu.
vel cu. excuſare. No. ꝙ procurator fiſci excu
ſatur a tute. vl' cu. q̄diu negocia imꝑatorꝫ
adminiſtrat. vſq; ad ꝟſi. Itē ⁊ q̄ abſentis. in q̄
po. ca. Ticius cā reipublice abſens datus
eſt tutor vl' cura. Queritur ab imꝑatore an
poſſit ſe legittime excuſare. Rñ. im. ꝙ q̄ ab-
ſentes cauſa reipublice dati ſūt tutores vel
cu. ab onere adminiſtratōis tute. vl' cu. excu-
ſantur. No. ꝙ reipublice cā abſens excuſa
tur vſꝫ ad ꝟſi. Sꝫ ⁊ ſi q̄s. in q̄ ſic figuratur
ca. Vidimꝰ q̄lr̄ abſens datꝰ tutor vl' curat.
reipublice cā abeſſe incipiat. an ſilr̄ excuſa
tur. Rñ. dñs im. ꝙ non ſolū illi q̄ abſentia
dati erāt poſſūt excuſari. ſed etiā ſi ꝑmo fue
rāt dati tutores vel cu. ⁊ poſtea ceperūt ab
eſſe cā reipublice a tute. vel cur. excuſantur
⁊ interim curator loco eoꝝ datur quibus
reuerſis curator loco eorum ſubrogatus d̄
ſinit curator eſſe ⁊ ipſius adminiſtratōnis
onus recipiunt. nec in caſu iſto poſt reuer-
ſionem anni habent vocationem vt papi-
nianꝰ libro. vi. reſponſorū reſcripſit. Docei
ſpaciū indulgetur his qui poſt reuerſionez
ad nouas tutelas vel curas vocantur. Nō
aūt eis qui priſtine adminiſtrationis onꝰ
recipiūt. Nota ꝙ abſens reipublice cauſa
durante abſentia excuſatur ab inchoata tu
tela quam reuerſus cogitur reaſſumere. Et
hoc vſq; ad verſiculū. Et qui poteſtatem. i
quo ſic pone caſū. Viſum eſt ſuperius de
pluribus perſonis qualiter ſe poſſunt excu
ſare a tutela vel cura. Nunc queritur a do
mino imperatore an ſimilie perſone que
poſſint excuſari. Reſpōdet imperator ꝙ nō
ſolū predicti a tutela vel cura excuſantur. ſꝫ
etiam qui aliquam poteſtatem habent. vt
prefectus vigilum vel annone. quia tunc
illi a ſuſceptione tutele vel cure durante of
ficio ſuo ſe poſſunt excuſare vt diuus mar-
cus ſcripſit. ſed tutelam ſuſceptam occaſio
ne poteſtatis non poſſunt deſerere. Nota
ꝙ iuriſdictionem habens a tutela ſuſcipi-
enda excuſatur. licet ſuſceptam non deſe-
rat. Nota ꝙ quedaꝫ impediūt contrahen-
da que non dirimunt iam contracta. Sed

ponͤ.nūquid ſi aliquis datus tutoꝛ vel cu
ratoꝛ habeat litē cū pupillo vl̓ cū adulto po
terit occaſione litis ſe excuſare. Reſpondet
ꝙ nō niſi de omnibus bonis ipſius pupil/
li vl̓ forte de hereditate aliqua ipſi pupillo de
lata ꝯtrouerſia fuerit. In hoc em̄ caſu excu
ſatio habebit locū. Nota ꝙ ꝓpter litē quam
quis cū pupillo habet niſi fuerit de omībꝫ
bonis ſe nō excuſat. Et hec dicunt̄ vſ ad
illū.§. Itē tria onera.in quo.§.adhuc ꝓſe/
quit̄ iuſti.materiā ſuam ⁊ multiplicat mo
dos quibꝫ excuſant̄ tutores vel curatores.
vnō pone ſic caſū. Dn̄e nūquid ſūt adhuc
plures modi quibꝫ tuto.vel curat.ab onere
adminiſtrationis poterūt excuſari. Rn̄det
ꝙ ſic. Nā tria onera tute.vl̓ cure nō affecta
te q̄diu adminiſtrant̄ tribuūt excuſationē
ita tn̄ in caſu iſto intelligenda ſūt tria one/
ra vt tu.vl̓ cu.pluriū pupilloꝝ eiuſdē here/
ditatis.vtputa fratrū vel nepotū ꝑ vna tu
tela cōputet̄. Nam nō numerus pupilloꝝ
ſed ſeparatio patrimonioꝝ facit plures tu
telas.⁊ nō ſolū predictis modis locū habꝫ
excuſatio. Nota ꝙ onus qđ quis ſubit ſpō
te nō videt̄ onus.⁊ hoc vſ ad ꝟſiculū. Sꝫ
⁊ ꝓpter ⁊c̄. In quo caſus ſic figurat̄. Ticiꝰ
volens facere teſtamentū meuiū ſuū vicinū
pauperē ⁊ adeo in rebus tenuē vt nō habe
at vnde viuat niſi ex ſuis operis.in ſuo te/
ſtamēto filijs ſuis impuberibꝫ tutorem aut
puperibꝫ curatorē inſtituit. Querebat̄ a do
mino imꝑatore an iſte meuius ꝓpter ſuam
pauꝑtatē poſſit ſe excuſare ab adminiſtratio
ne hmōi tutele. Rn̄det dn̄s iuſti.ꝙ q̄s excu
ſat̄ a tutela vl̓ cura ꝓpter pauꝑtatē ſi ſit adeo
pauꝑ vt nō poſſit adminiſtratōi tutele vel
cure intēdere.ſꝫ habeat neceſſe oꝑari vt vi/
uat.⁊ hoc tā diui fr̄es q̄ diuus marcus re/
ſcripſerūt. Et hanc pauꝑtatē dꝫ ꝓbare is q̄
ad tute.vl̓ cu.vocat̄. Nota ꝙ q̄ dicit ꝓbare
debet. Itē no.ꝙ q̄libet ꝓſumit̄ diues niſi ꝓ
bet ſe pauꝑem. Nota ꝙ pauꝑtas excuſati
onē tribuit a tu.vl̓ cu. Sequit̄ ꝟſi. Item ſi
ꝓpter.in q̄ vſ ad ꝟſi. Silr̄ ſic forma caſuꝫ
Titius in extremis ſue vite ꝯſtitutus me/
uium in ſuo teſtamento tutorē aut cu.ſuis
filijs dedit.qui q̄dem meuiꝰ adeo infirmita
te detinebat̄ vt ſuis rebꝫ ſeu ꝓprijs negocijs
intereſſe nequiſſet.iſte titius voluit ſe excu/
ſare ab adminiſtratōe hmōi tute.vel ꝓpter ſu
am infirmitatem qua tenebat̄. querebatur
a dn̄o imꝑatore an iſta excuſatio eū reddat
imunē ab onere tute.vl̓ cu. Rn̄det dn̄s im.
ꝙ ꝓpter diuerſam valitudinē ꝑ quā q̄s pro
prijs rebꝫ adminiſtrandis ſupeſſe nō poſſit.
excuſatio locū habebit. Nota ꝙ ꝓpter ad/
uerſam valitudinē q̄s a tutela excuſat̄. Se
quit̄ verſi. Silr̄. in quo ſic figurat̄ caſus.
Vidimꝰ ſupius qualiter ꝓpter penuriā reꝝ
tpaliū ⁊ ſanitatis q̄s a tute.excuſat̄. ſed qꝛ
eſt alia penuria q̄ dꝛ ignorantia.ideo quere
bat̄ a dn̄o im.an imperitia lr̄arum quē poſ
ſit a tutela vl̓ cura excuſare. Rn̄det dn̄s im/
ꝙ etiā rōne imperitie lr̄arum q̄s a tute.vel
cura excuſat̄. Diuus em̄ pius reſcpſit eū q̄
lr̄as neſcit ab onere adminiſtratōis tutele vl̓
cure excuſandū eſſe. No.ꝙ dictio q̄uis in
medio.§.poſita pōt poni aduerſatiue. item
pōt poni correctiue ſine determinatōne ſcꝫ
vt etiā imꝑiti lr̄aꝝ poſſint eſſe tutores vl̓ cu
ra.ſi ſint expertes negocioꝝ.⁊ hoc vltimū ve/
rius eſt. Nota ꝙ imꝑitia lr̄arum ſimplicita
ti ꝯnexa excuſat quē a tutela vl̓ cura. Itē ſi
pater in teſtamento aliquē tutorē ꝓpter ini/
micicias dederit puta ſic dicendo.ticiū tu/
torē pupillis meis do vt debitis ſupponat̄ ⁊
a pupillis admittit̄.eo ipō ꝙ pater hoc ex/
preſſit.iſte ticius tutoꝛ datus ſe poterit ab
onere adminiſtratōis excuſare.ſicuti ꝑ cō/
trariū nō excuſantur illi qui promiſerūt ſe
patri pupilloꝝ eorundē tutelam adminiſtra/
re. Nota ꝙ creatus tutoꝛ vt a pupillo ⁊ cre
ditoribus pupillaribus vexetur a tutela ex
cuſatur. Nota qui tutelam agnouit ſe excu
ſare nequit. Sed pone ꝙ datus fuit tutoꝛ
quibuſdam pupillis.⁊ ipſe hoc ſolum ad/
duxit in excuſationem ꝙ erat ignotus pa/
tri pupillorum.nunquid rōne talis excuſa
tionis ab onere adminiſtrationis liberat̄.
Reſpondet imperatoꝛ ꝙ non. Nam diui
fratres reſcripſerunt non ee̅ admittendā ex
cuſationem eius qui habet ſolū ꝑ ratione
ꝙ patri pupilloꝝ ignotus fuerit. Nota ꝙ
ex quo quis dicat ſe non ee̅ patri pupillorū
notum.a tutela minime fit imunis. Nota
ꝙ in malicijs hominū eſt obuiandū. No/
ta fidem ee̅ ſeruandam. Nota friuolam ex/
cuſationē ee̅ reijciendam. Item ſi aliquis
exercuerit capitales inimicicias cū patre
pupilloꝝ nec poſtea recōciliatio interuēit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poterit ſe ab onere tutoris vel curatoris ex
cuſare ratio iuris ē. ⁊ ſi aliqͥs ſtatus queſti
onē a prē pupilloꝝ paſſus fuerit. vl' ſi ille q-
ſtionē ſtatꝰ moueat. nā in vtroqꝫ caſu locuꝫ
hꝫ excuſatio. ⁊ hec dicunꝫ vſꝫ ad. §. Itē ma
ior ſeptuaginta. Adhuc pſequiꝫ iuſti. mate
riā ſuā mltiplicando modos excuſatōnis.
vñ po. ſic ca. Dñe iā vidi pl'es modos qbꝫ
tutores vl' curatores excuſanꝫ. nunqͥd ad-
huc poterūt plibꝫ modis excuſari. Rñdꝫ q
ſic. Nūqꝫ eñ excuſanꝫ rōne etatis. ſi maior
ſeptuaginta annis tutor vl' curator datꝰ fu
erit. rōne etatis excuſare ſe poterit. ⁊ non ſo
lū rōne ſenectutis. ſꝫ etiā rōe minoris etatꝫ
ſm iura antiqͣ excuſatio locū habebit. Mi
nores eñ. xxv. annis oliꝫ ab onere admini
ſtratōis tutele vl' cure excuſabanꝫ. Hodie
ꝑo p ꝯſtitutōeꝫ nr̄am tutele vel cure admi-
ſtratōem aſpirare phibenꝫ. intantū vicꝫ vt
decetero excuſatione opus nō ſit. Nam ⁊ ſi
vellēt nullo mō admitterenꝫ. In ꝯſtitutiōe
eñ nr̄a expſſe caueꝫ vt nll's pupillus ad tu
telā legittimā voceꝫ nec adultus. In ciuile
eñ nobis videꝫ eos q in rebꝫ ſuis admini-
ſtrandis alieno auxilio egere noſcunꝫ ⁊ ſub
aliīs regunꝫ. alioꝝ tutelā ⁊ curā ſubire ⁊ idē
in milite in expeditōe militari exñte ſeruan
dū erit vt ipe etiā volēs ad tutele vl' cure ad
miſtratiōeꝫ ñ admittaꝫ. No. q q inhabilis
ē circa regimē ꝓpriū. circa alienū inhabilis
reputaꝫ. No. q miles ad tutelā aſpirare nō
pōt. Itē grāmatici rome docētes grāmati-
cā ⁊ rhetores ⁊ medici ⁊ q hmōi officiū i pa
triīs ſuis exercēt ſi intra numerū ſtatutū ſꝫ
ab onere tutele ⁊ cure excuſanꝫ. ⁊ hec dicūꝫ
in pma pte vſqꝫ ad illū. §. Qui aūt vult ſe ex
cuſare ⁊c. Hic aūt incipit ſcđa ps pncipal'
in q ſic po. ca. Dñe qdā datus fuit tutor vel
curator q mltas ⁊ varias habuit excuſatio
nes ⁊ qſdā ex illis ꝓpoſuit. ⁊ alias ꝓponere p
termiſit. poſtea excuſatōes ꝓpoſitas i pceſſū
iudiciī pbare nō potuit. nunqͥd alias excu-
ſatōes qs ab initio nō ꝓpoſuit adhuc ꝓpo-
nere poterit. Rñdet q ſic. Qui eñ ſe excu-
ſare vult ſi pl'es habeat exceptōes ⁊ qſdā ex
his in exordio litꝫ ꝓpoſitas nō pbauerit ali-
as exceptōes ſibi cōpetētes lꝫ ab initio ob-
miſſas attamē intra ſtatutū tpus ꝓponere ⁊
pbare nō phibeꝫ. Et hec in ſcđa pte vſꝫ ad
illū. §. Qui aūt ſe excuſare volūt ⁊c. Hic in-
cipit tercia ps principalits in qua ſic po. c.
Dñe datus fui tutor cuidam pupillo ⁊ ego
habebā tres liberos in vrbe vl' qtuor in p-
uincia. vl' quaſdā alias excuſatōes mihi cō
petētes. vñ a datōe tutele volebam appella-
re. iudex nō admiſit appellationē meā. dica
tis mihi qͥd iuris ē in caſu iſto. Ad hꝫ rñ. iu-
ſti. Amice. iudex ꝯtra te iuſte pceſſit. Qui
eñ ab onere admiſtratōis tutele vl' cure ſe
voluerint excuſare ab ipo datōne nō debēt
appellare. imo infra qnquaginta dies cōti-
nuos ꝯnumerādos ex q nouerint ſe datos
eē tutores excuſatōes ſibi cōpetētes debent
corā iudice ꝓponere cuiuſcūqꝫ generis ſint.
hec ē ſiue a teſtatore. ſiue a lege. ſiue a iudice
dati extiterint. ⁊ hec ſunt vera ſi infra cente
ſimū miliare a loco in q dati fuerint habitēt
Alio eñ modo faciēda ē cōputatio ſi vltra
cēteſimū miliare ab eo loco in q dati fuerāt
habitēt. Tunc eñ p ſingulis viginti milia
ribus donec venerint ad locū in q dati fue
rūt cōputabiꝫ eis vnꝰ dies. ⁊ cū venerint ad
eundē locū numero reſultāti ex cōputatiōe
dierū ex bñficio legis adiiciēꝫ ſpaciū trigin
ta dieꝝ infra qđ poterūt ſe excuſare. ſꝫ tñ vt
ſceuola dicebat in hoc caſu ſi minor nume
rus ex cōputatōe dietaꝝ ⁊ adiectōe. xxx. die
rū reſultet qꝫ ſpaciū qnquaginta dieꝝ ꝺ eq
tate ita erit faciēda cōputatio. vt illi q habi
tant vltra cēteſimū miliare ad ſuas excuſa-
tiones ꝓponēdas nūqꝫ minꝰ habeāt. qꝫ qn
quaginta dies. ⁊ hec in tercia pte dicunꝫ vſ
qꝫ ad illuꝫ. §. Datus aūt tutor. Hic incipit
qrta ps in q ſic po. ca. Dñe. qdā in teſtamē
to ſuo hñti duo patrimonia i ꝓuinciīs tu-
torē dedit ſic dicēdo. Ticiū tutorē do pupil
lo meo. modo qro a vobis vtrū tenear ex il
la datōne admiſtrare res exñtes i alia ꝓui-
cia in q habeo domiciliū. videꝫ eñ mihi q
ipo iure nō debeā teneri ꝺ admiſtratōe exñ
tiū in illa ꝓuincia. ita q non ſit mihi opus
aliq excuſatōne vti. Ad hoc rñdet iuſtinia.
Amice. tutor in teſtamēto datus. ad vniuer
ſū pⁱmoniū pupilli datꝰ intelligiꝫ. vñ ꝺz q
ipo iure nō ē liberatꝰ ab onere admiſtratōis
alteriꝰ ꝓuincie. ſꝫ ſi vis nō teneri ncc̄e hēs ea
rū noīe te excuſare. Et hec dicunꝫ i qrta p-
te vſqꝫ ad illum. §. Qui tutelaꝫ. Hic incipit
quinta ps in q ſic pone caſum. Dñe datus
fui tutor cuidam pupillo ⁊ adminiſtraui tu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

telam ei⁹. ꝛ iã pubertate adueniẽte finita ẽ
tutela. modo idẽ adultus q̃ndam pupillus
me⁹ me petit in curatorem ſibi dari ꝛ iudex
me inuitũ cogere vult ſuſcipe onus admi-
ſtratõis. ego q̃ro a vobis q̇d iuris ẽ in hoc
caſu. Rñdet impe. Amice iudex te ad h̄ co
gere nõ põt. Qui ei tutelã alicui⁹ geſſit inui
tus curator eiuſdẽ fieri nõ cõpellit. ꝛ hoc in
tantũ ẽ verũ vt licet teſtator qui in teſtamẽto
ſuo tutorẽ dederit illũ eũdẽ curatorẽ ſe dare
adiecerit. tñ in hoc caſu diuus ſeuer⁹ ꝛ An
thonin⁹. reſcripſerũt illũ inuitũ nullo modo
cogendũ eſſe adminiſtratõez cure ſuſcipe.
Itẽ ſi maritus fuerit dat⁹ curator vxori ſue
ĩidẽ pncipes reſcripſerũt eũ poſſe ab onere
cure ſe excuſare. licet admĩſtratõni rerũ vx
oris ſui ſe ĩmiſcuerit. ꝛ hec in q̇nta parte vſ3
ad illũ. §. Si quis aũt. Hic incipit ſexta et
vltima ps in q̃ ſic pone caſũ. Pñe quidam
datus fuit mihi tutor. iſte tutor ad excuſa-
tionẽ ſuã dicebat ſe hr̃e tres liberos in vr-
be cũ nõ haberet niſi vnũ vel duos forte. et
iudex admiſit ei⁹ excuſationẽ ꝛ ita falſis al-
legatõibꝫ ſe excuſauit. dicatis mihi q̇d iuris
eſt in caſu iſto. Rñdet im. Amice. qui falſis
allegatõibus ab onere tutele ſe excuſat non
eſt liberatus ab onere admĩſtratõis. ĩmo ex
pedationis tenet. ꝛ ideo dico tibi ꝙ tutor
tuus nõ obſtãte excuſatõne ſua quã p fal-
ſas allegatões obtinuit de piculo admini-
ſtratõis tibi tenet. ꝛ hec in ſexta pte.

## De ſuſpectis tutoribꝫ ac curatoribꝫ.

Continuatio iſti⁹ rub. pꝫ i hũc mo
dum. Supra determinauit iuſti.
q̃lr tutores vel curatores ab onere
adminiſtratõis excuſant. ꝛ qꝛ quidã ſũt tu
tores vl' curatores qui ſi vellẽt ab admĩſtra
tione remouent. Idcirco de hmõi tutoribꝫ
vl' curatoribꝫ hic intẽdit tractare. Vñ dbis
dicturus ſubijcit rub. de ſuſpectis tutoribꝫ
vel curatoribꝫ dicens. Sciendũ eſt ꝛc.
Ad euidentiã iſti⁹ ti. diuidas ti. in ſex ptes
pncipales ꝛ plan⁹ erit. in quaꝝ pma pte de
terminat iuſti. vnde deſcendit crimẽ ſuſpi-
tionis. In ſcđa pte determinat q̇s põt cog-
ſcere de crimine ſuſpitõis. In tercia pte de
dter. q̇ pñt accuſare d eo crimine. In q̃rta
terminat qui pñt ſuſpectos tutores accuſa
re. In quinta pte determinat quis eſt ſuſpe
ctus. In ſexta ꝛ vltima determinat quis ſit
effectus criminis ſuſpitionis. Prima pars
protendit vſq3 ad. §. illũ. Datũ eſt aũt ius
Ibi incipit ſecunda ꝛ durat vſq3 ad illũ. §.
Oſtendimus. Ibi incipit tercia ꝛ durat vſ
q3 ad illũ. §. Cõſequẽs eſt. Ibi incipit q̃rta
ꝛ durat vſq3 ad illũ. §. Suſpectus. Ibi in-
cipit q̇nta ꝛ durat vſq3 ad illũ. §. Suſpect⁹
aũt. Ibi ſexta ꝛ vlti. incipit ꝛ durat vſq3 i fi.
ti. Pone igit ſic caſũ in pma pte. Pñe iã vi
deo ꝙ vultis tractare de ſuſpectis tutoribꝫ
dicatis mihi ſi ſedeat aĩo vnde deſcẽdit cri
men ſuſpitionis. Rñ. imp. ꝙ ex lege. xij. ta.
deſcendit. Et hec in prima pte vſq3 ad illũ
§. Datum eſt aũt. Sed pone in ſecunda p
te. Pñe iam video vnde deſcendit crimen
ſuſpitionis. dicatis modo mihi qui poſſũt
de hoc crimine cognoſcere ꝛ ſuſpectos tu-
tores ab adminiſtratõne remouere. Reſpõ
det iuſti. remouendi ſuſpectos tutores ab
admĩſtratiõe dat⁹ ẽ ius rome pretori. In p
uincijs aũt pſidibꝫ puinciaꝝ ꝛ etiã delega
to a pconſule. Et hec in ſcđa pte vſq3 ad illũ
§. Oñdim⁹ q̇ pñt. Hic incipit tercia ps in q̃
ſic po. ca. Pñe iã video vñ deſcẽdit crimẽ ſu
ſpitõis. ꝛ qui pñt d illo crimine cognoſcere
dicatis modo mihi. qui pñt accuſari de ſuſpi
tione. Et rñdet impa. de ſuſpecto pñt accu
ſari ſiue ſint teſtamentarij ſiue alteri⁹ gene
ris tutores. vñ ꝛ ſi legitim⁹ ſit adhuc idẽ di
cendũ erit vicꝫ vt accuſari poſſit. Sed po-
ne ꝙ ſit legitim⁹ tutor vt patron⁹ liberti ſui
nunq̇d poterit de ſuſpecto accuſari. Rñdet
certe ſic. Verũtñ fame patroni parcet vt ni
hilomin⁹ integra maneat. q̃uis vt ſuſpect⁹
remotus fuerit. Et hec in tercia pte vſ3 ad
illũ §. Cõſequens ẽ. Hic incipit q̃rta ps in
q̃ ſic pone ca. Dicit iuſti. cõtinuando mate-
riã ſuã ex quo vidim⁹ qui pñt accuſari ſup
crimine ſuſpitõis cõſequẽs eſt vt videamus
qui poſſunt accuſare ſuſpectos. Et ſciendũ
eſt hanc accuſatõem de ſuſpecto quaſi pub
licã eſſe hoc eſt omibus patere. Nõ eñ ſo-
lũ maſculi ad hãc accuſationẽ pcedere poſ
ſunt. ſed etiam mulieres ex reſcripto diui ſe
ueri ꝛ Anthoni. admittũtur. ſ3 licet mulie-
res admittantur. non tamẽ omẽs. ſ3 ille ſo-
le que pietatis neceſſitudine ducte ad hoc
pcedunt. vtputa mater ipſius pupilli vl' nu
trix vel etiam auia vel ſoror. ꝛ nõ ſolũmodo
iſte mulieres admittunt. ſ3 etiã ſi qua alia

fuerit cuiꝰ magnam pietatē pretoꝛ intellexe
ritque quidē mlier verecundiā ſexui mulie
bꝛi competentē nō egrediat᷑. ſed pietateq̄ ꝗa
ſi moꝛa iniuriā pupilli ſuſtinere non poſſit
ad iſtā accuſatōnē eam admittit. ſed hodie
nūquid poterūt impuberes q̄ in tutela ſūt
ſuos tutoꝛes de ſuſpecto accuſare. Et rñdz
ꝙ nō licet impuberes tutoꝛes ſuos accu-
ſare non poſſunt. puberes tamen in cura
exiſtētes curatoꝛes ſuos d̄ conſilio neceſſa
rioꝝ ſuꝑ crimine ſuſpitōis arguere poſſūt
ꝛ ita diuus ſeuerꝰ ꝛ anthoninꝰ reſcꝑſerunt.
Et hec in q̄rta pte vſq ad illū. §. Suſpectꝰ
eſt aūt q̄. Hic incipit q̄nta ps in q̄ ſic pone
caſū. Dñe iam video q̄ pñt accuſare d̄ ſuſpe
cto. dicatis mihi ſi placet q̄s itelligit᷑ ſuſpe
ctus. Ad hoc rñdet im. ꝙ ille ſuſpectus eſt
q̄ nō ex fide tutelā pupilli ſui gerit. licet ſol-
uendo ſit. ꝛ ita iulianꝰ ſcripſit. Plus em̄ di-
cit. vicz ꝙ tutoꝛ anteq̄ incipiat tutelam ad
miniſtrare poterit q̄ſi ſuſpectus remoueri.
Et hoc ſm iulianū conſtitutū eſt. Et hec in
q̄nta pte vſq ad illū. §. Suſpectꝰ eſt aūt re-
motꝰ. Hic incipit ſexta ps ꝛ vltima in qua
ſic pone caſū. Dñe iam video q̄s eſt ſuſpe-
ctus. ſed ꝓ deo dicatis mihi q̄s eſt effectus
iſtiꝰ criminis. Ad h̄ rñ. imp. Amice ſi quis
remotus fuerit ab adminiſtratōe ſua ꝓpter
crimē ſuſpitionis ſi q̄dē ob dolum infamis
efficit᷑. Si ꝟo ob culpā leuem vl̄ leuiſſimā
fuerit remotus nō efficit᷑ infamis. ꝛ nō ſo-
lū iſtū effectū habet crimē ſuſpitiōis ſz etiā
alium. Nā ſi aliquis fuerit de crimie ſuſpi-
tionis accuſatus. q̄uſq cognitio finita fue
rit interdicit᷑ ei adminiſtratio. ꝛ ita papinia
no viſū eſt. Sz ſi aliq̄s hmōi crimine accu
ſatus fuerit. ꝛ pēdēte cognitōe deceſſerit ac
cuſatus cognitio ſuſpecti extinguit᷑. Itez ſi
aliq̄s tutoꝛ copiā ſui nō fecerit vt alimenta
pupillo ſuo decernant᷑. pupillus in poſſeſſi
onē bonoꝝ ipiꝰ tutoꝛis cauſa rei ſeruande
mittat᷑ ꝛ que ꝑ moꝛā deterioꝛa facta ſūt da-
to tutoꝛe vēdi iubent᷑. Liquet igit᷑ ꝙ tutoꝛ
q̄ alimēta pupillo nō p̄ſtat vt ſuſpectꝰ remo
ueri poterit. Si aūt tutoꝛ p̄ñs fuerit. ꝑ mē-
datiū tñ alimēta pupillo diſcerni nō poſſe
ob inopiā pupilli dicat ad p̄fectū vꝛbis mit
tat᷑ puniēdus. vt iuriſconſul. placuit. ſic ille
remittit᷑ ad prefectū vꝛbis puniēdus q̄ ꝑ pe
cuniā miniſteriū tutele redemerit. Item li
bertus ſi fraudulenter geſſiſſet tutelā vel cu
ram filioꝝ vel nepotū patroni ꝓbatus fue
rit ad p̄fectū vꝛbis ſit᷑ remittet᷑ puniendus
ꝛ in hoc caſu vt ingratus accuſari poterit.
Nouiſſime aūt ſciendū eſt tutoꝛes vel cura
toꝛes fraudulēter adminiſtrātes res pupil
lares oīmodo eſſe remouēdos. Licet eniz
ſatiſdationē offerāt de indēnitate pupilli. ta
mē quia ſatiſdatio maliuolū tutoꝛis ꝓpoſi-
tū non mutat: ſed diutiꝰ malignādi faculta
tē preſtat remouendi ſūt. Item ſuſpectū eū
merito putamꝰ qui moꝛibꝫ talis eſt vt ſuſpe
ctus haberi debeat. Licet em̄ tutor vel cu-
ratoꝛ pauꝑ ſit. Fidelis tñ ꝛ diligens ſit iad
miniſtratione nō eſt vt ſuſpectus remouen
dus. Et hec in ſexta pte vſq in fi. ti.

¶ Explit liber primus inſtitutionum

¶ Incipit liber ſecundus

¶ Rubrica. De rerum diuiſione

Continuatio iſti
us rubrice ad ſuꝑioꝛa ptz ad
in hūc modū. Omē ius q̄ vti
mur aut ptinet ad res. aut ꝑ-
ſonas. aut actiones. vt. s̄. de iure naturali
gen. ꝛ ciuili. §. vltimo. ꝛ dictū eſt in p̄mo li-
bꝛo hucuſq d̄ iure ptinente ad ꝑſonas. vñ
ſm ordinē ꝓmiſſū intendit iuſti. in hoc ſe-
cūdo libꝛo tractare de iure ptinente ad res
Sed qꝛ oīs res ꝑ diuiſionē dilucidiꝰ aperi
tur. vt infra de le. §. ſed nō vſq in illo verſu
Sed ne in pꝛimis. idcirco iuſti. de rebꝫ di-
cturus ad euidentioꝛē iuuenū doctrinā p̄-
mo tractat de rerū diuiſione. vñ nō imerito
annectit hic rub. de re. diui. Viſa igit᷑ cōti-
nuatōne rubꝛice iuſti. diuidēs titulū in du
as ptes p̄ncipales. in q̄rū pꝛima pte detero
minat de rerū diuiſione. In ſcd̄a pte de ea-
rundē rerū dñij acq̄ſitiōe tractat. ¶ Suꝑi
oꝛi libꝛo ꝛc. p̄ma ps ptendit᷑ vſq ad illuz. §.
Singuloꝝ aūt. ibi incipit ſcd̄a ps ꝛ pten-
dit᷑ vſq in fi. ti. pꝛima ps ſubdiuidit᷑ in du-
as ptes in quaꝝ pꝛima pte ponit bimēbꝛē
diuiſionē reꝝ que talis eſt. ꝙ reꝝ alie ſūt in
patrimonio nr̄o. alie ſūt extra patrimoniū.
ꝛ ptendit᷑ hec ps vſq ad illū. §. Quedā em̄
Ibi incipit ſcd̄a ps prime ptis pꝛincipalis
in qua pte ponit ſecundā diuiſionē rerum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad comprobationem prime diuiſion is.⁊
hec diuiſio ꝯtinet q̃ncꝫ membra que diluci/
de pſequit̃ de quolibet mẽbro dilucida po/
nendo exempla. His.igit̃ prelibatis ponaſ
ꝑmo ca. Dicit iuſti. ꝯtinuando ꝓceſſũ ſuũ
poſtq̃ʒ in ſupiori libro de iure pſonarum ex
poſuim⁹.modo in hoc ſcõ lib.de reb⁹ que
in pͥmonio nr̃o vel extra noſtrũ patrimo/
niũ habent̃ videam⁹.⁊ hec in ꝑma pte. Sʒ
pone in ſcõa. Dñe vos dixiſtis mihi ſup q̃
vultis determinare de reb⁹ q̃ ſũt in pͥmo/
nio noſtro vel extra.nũ quid eſt iſta diuiſio
ſufficiens. Ad hoc rñ.q̃ ſic.⁊ q̃ ſufficiens
diuiſio premiſſa ſit tali rõne liquet.q̃ȝ que/
dam naturali iure cõia ſũt oĩm.quedã pub
lica.quedã vniuerſitatis.quedã nulli⁹ ple/
racꝫ ſingulo⁊ ⁊ ea que ſingulo⁊ ſũt varijſ
ex cauſis acquirunt̃.ſicuti ex inferiorib⁹ ap
parebit. Sed po. Dñe dicatis mihi ſi pla/
cet que ſũt cõia oĩm. Ad hoc rñ. Amice cer
te naturali iure introductũ eſt q̃ cõia ſunt
oĩm aĩantiũ hec ſcʒ aer ⁊ aqua d̃ celo cadẽs
⁊ mare ⁊ ꝑ ꝯñs littus maris cũ ſit ei⁹ acceſ
ſio.vñ dico tibi q̃ nemo ad littus maris ꝓ
hibet̃ accedere.dũ tñ a villis ⁊ monumẽtis
⁊ edificijs in littore poſitis ſe abſtineat.q̃a
hmõi ville ⁊ edificia nõ ſt cõia de iure gẽtiũ
ſicut ipm mare. Sʒ dñe dicat̃ mihi inq̃tũ
durat littus maris. Ad h̃ rñ.im. Amice lit
tus maris q̃ten⁹ hyemalis fluctus qñ ma/
xim⁹ eſt excurrit.⁊ hec dicunt̃ vſcꝫ ad illũ.§.
Flumina aũt. Hic pſequit̃ ſcõm membrũ
ſupioris diuiſiõis vñ ponas ſic caſũ. Dñe
iã video q̃ ſũt cõia.dicat̃ modo mihi ſi pla/
cet q̃ ſũt publica. Ad hoc rñ.di. Amice Pu
blica ſũt oĩa fluĩa ꝑpetua ⁊ ſilr portus pub
lici ſũt.vñ dico tibi q̃ ius piſcãdi in portu ⁊
fluibus oĩbus in cõi publice pt̃ʒ.⁊ ſicut ip
ſa fluĩa publica ſũt ita vt vſus ripa⁊ ipo⁊
fluminũ publicus eſt ⁊c. Juris gentiũ.⁊ iõ
naues ad ipas ripas applicare ⁊ funes ar
borib⁹ ibidẽ natis religare ⁊ onus aliqd̃ in
his reponere cuilibet liberũ eſt ſicut ipʒ flu
mẽ nauigare.ſʒ q̃q̃ʒ dixerim tibi ripa⁊ vſuʒ
publicũ eſſe.ſecus tñ eſt in ꝓprietate earum
Proprietas eñ ea⁊ illo⁊ hoĩm eſt q̃⁊ pre/
dijs adherent.⁊ eadeʒ rõne ꝓprietas arbo/
rũ in ripis nata⁊ eorũdẽ ſũt.⁊ ſicut ego di
xi tibi de vſu ripa⁊.ita dico tibi q̃ vſus lit/
to⁊ oĩbus publice pt̃ʒ.ſicut vſus ipi⁹ mar̃

eſt caſam.i.domũculã ponere in q̃ ſe recipi
at. Liberũ eſt etiã cuilibet ex mari rhetia d̃
ducere ⁊ ibidẽ ſiccare.ſed certe ꝓprietas litto
rũ nullius eſſe intelligit̃.ſed eiuſdẽ iuris ſi
cut ⁊ ipm mare.⁊ que ſubiacent mari.terra
vicʒ ⁊ harena.⁊ hec dicunt̃ vſcꝫ ad illum.§.
Uniuerſitatis.hic pſequere terciũ mẽbruʒ
ſcõe diuiſionis.vñ po.ſic.ca. Jã dixiſt̃ mi/
hi extra de cõib⁹ ⁊ publicis.dicat̃ mihi mo/
do ſi placet q̃ ſũt vniuerſitatis. Ad hoc rñ.
Uniuerſitatis ſũt ea q̃ in ciuitatib⁹ ad vti/
litatẽ vel ad delectatiõem ꝓpli fiũt.vt thea/
tra ⁊ ſtadia ⁊ ſitia.⁊ ſiq̃ alia ſunt cõia ciuita
tũ.⁊ hec dicunt̃ vſcꝫ ad illũ.§. Nullius. hic
pſequere quartũ memb⁊ ſcõe diuiſiõis Et
ſciendũ eſt q̃ hoc memb⁊ tres habet par/
ticulas. Ea eñ q̃ nullius ſũt in trib⁹ ꝯſiſtũt
ſcʒ in ſacris ⁊ religioſis ⁊ ſanctis.⁊ ſm h̃
quartũ memb⁊ ſubdiuidit̃ in tres particu
las q̃⁊ q̃libet ſm ordinẽ enumeratõis dilu
cide proſequit̃. Ponas igit̃ ſic caſũ. Dñe iã
vidi que ſũt vniuerſitatis.dicatis modo mi
hi q̃ ſũt nulli⁹. Ad h̃ rñ.im. Amice. Nulli⁹
ſũt veluti res ſacre ⁊ religioſe ⁊ ſcte.⁊ h̃ pt̃ʒ
tali rõne. Hmõi eñ res diuini iuris ſunt.⁊
qd̃ diuini iuris eſt in nulli⁹ bonis eſt.ſʒ po.
Dñe iam video q̃ ea q̃ nulli⁹ ſũt ꝯſiſtũt i ſa
cris ⁊ religioſis ⁊ ſctĩs.dicatis ḡ mihi q̃ ſũt
ſacra. Rñdet amice.ſũt que rite ꝑ põtifices
deo ꝯſecrata ſũt.ſic edes ſacre ⁊ dona ⁊c.p/
ut iacet in lr̃a vſcꝫ ad illũ.§. Religioſũ. Jn
q̃ ſic ponas caſũ. Dñe iam video q̃ ſunt ſa/
cra.dicatis mihi q̃ ſũt religioſa. Ad hoc re
ſpondʒ im. Amice. Religioſa loca ſũt in q̃/
bus corpa mortuo⁊ ſepulta ſũt. Religioſũ
eñ locũ vnuſq̃ſcꝫ pro ſua volũtate facit dũ
in locũ ſuũ mortuũ infert ⁊c.oĩa plana ſũt
vſcꝫ ad illũ.§. Sancte. Jn quo ſic pone ca
ſum. Dñe iã video que ſũt ſacra ⁊ religioſa
dicatis mihi q̃ ſũt ſancta. Ad hoc rñ. Ami
ce. Sancte res ſũt veluti muri ⁊ porte ciui/
tatis.hmõi eñ res q̃dãmodo diuini iuris
ſũt.⁊ idcirco in nulli⁹ bonis eſſe cenſent̃.ſʒ
dñe q̃re dicunt̃ muri ſctĩ. Ad hoc rñ. Ami
ce.idcirco muros ciuitatis ſctõs legis au/
ctoritate.i.firmos dixim⁹ q̃ȝ pena capit̃ cõ/
ſtituta eſt aduerſus eos qui aliquid in mu
ros deliquerint.vñ ⁊ illas ptes legũ q̃b⁹ pe
nas ꝯtra eo⁊ trãſgreſſuros ꝯſtituim⁹ ſan/
ctiones appellamus.⁊ hec dicunt̃ vſcꝫ ad.§



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illum. Singuloꝝ aũt hoim ⁊c̃. Hic incipit
ſcđa pˀs pñcipalis iſtiˀti. Licet em̃ iuſtini.
hic pſequat̃ q̃ntũ membꝝ diuiſiõis ſecũde
tñ in hoc eodẽ. §. latenter accedit ad ſcđam
ptẽ pñcipalẽ ⁊ incipit tractare de acq̃rẽdo
reꝝ dominio. ⁊ licet dñia rerum acquirant̃
qñq; de iure gentiũ ⁊ qñq; de iure ciuili. tñ i
titu. iſto nõ tractat de acq̃ſitõe que fit de iu
re ciuili. ſʒ de illa ſola q̃ fit de iure gentium
⁊ varijs modis tractat̃ in ti. iſto de acq̃ſiti-
one dñij que fit de iure gentiũ p occupati
onẽ. aliq̃n p acceſſionẽ diſcretã aut ꝯcretaʒ.
p acceſſionẽ ꝯcretã multiplr̃ veluti p alluui
onẽ. p intexturã aut edificãdo. aut plantã-
do. aut ſeminãdo. aut ſcribendo. aut pingẽ
do. Jtẽ acquirit̃ dñium rerũ de iure gentiũ
ſpecificatione ⁊ materiarũ ꝯfuſione. ⁊ ſpe-
cierũ mixtione. Jtem aliq̃n acquirit̃ dñiuʒ
rerũ in venditõne ⁊ tractatõne. Jtẽ aliquã
do acquirit̃ dñium rerũ nuda volũtate dñi
volentis rem ſuã in aliũ trãſferri. ⁊ ſi volue-
rit dñium transferri in pſonã certaʒ ſiue in
certã. idcirco poterit hec ſcđa pˀs in tot par
ticulas ſubdiuidi qˀt enumerant̃ modi do-
minij acq̃rendi de iure gen. in ti. iſto. Sed
qꝛ iuſti in pſecutione ſua nõ ꝯtinuat mate
rias ſuas. Sed aliq̃n interrumpit ⁊ ð alia
materia interſerit. ideo ptes diuiſionis nõ
pñt p ordinẽ ꝯtinuari. ſʒ in pſecutõne lr̃e di
lucide apparebũt. Ponas g̃ ſic caſum. Dñe
iã video que ſũt naturali iure cõia ⁊ q̃ pub
lica. ⁊ que vniuerſitatis ⁊ q̃ nulliˀ. dicatiſ mo
do mihi ſi placet q̃ ſũt ſinguloꝝ hoim res
multis modis fiũt. Quarundã em̃ rerum
dñium nãciſcunt̃ iure naturali. qđ ſicut di
ximus ius gentiũ appellat̃. ⁊ q̃rundã reruʒ
dñium nãciſcunt̃ iure ciuili. Sed po. caſũ.
Dñe iam video qꝫ reꝝ dñium acq̃rit̃ ð iure
gentiũ ⁊ de iure ciuili. ſed p deo dicatis mi-
hi de q̃ iure intenditis pmo tractare. Ad h̃
rñ. Amice Cõmodiˀ eſt a vetuſtiore iure i-
cipe. Manifeſtũ aũt eſt ius naturale vetu-
ſtius eſſe. qđ cũ ipſo genere humano reꝝ na
tura pdidit. Ciuilia em̃ iura tũc pmo ee ce
perũt. cũ ciuitates condi ⁊ magiſtratus creari
⁊ leges ſcribi ceperũt. ⁊ hec dicunt̃ vſq; ad. §
Fere igit̃ beſtie ⁊c̃. Hic incipit iuſti. tracta
re q̃lr̃ acquirit̃ nob̃ dñium de iure gentiuʒ
p occupatõem. ⁊ de iſta materia tractat vſq;
ad illũ. §. Jtẽ ea que ex aialibus. Et ſciẽdũ

eſt qꝫ tractat hic de tribus generibus aialí-
um. ⁊ pmo tractat de beſtijs naturalr̃ ⁊ pr-
ſus feris. ⁊ hoc vſq; ad illũ. §. Pauonũ q̃z.
ibi tractat de naturalr̃ feris accidentalr̃ tñ
manſuetis vſq; ad illũ. §. Gallinaꝝ. ibi tra
ctat ð naturalr̃ manſuetis ſiue domeſticis
vſʒ ad illũ. §. Jtẽ ea q̃ ex hoſtibus. Ponas
g̃ ſic caſũ. Dñe iam video qꝫ vultis tracta-
re de iure gentiũ tanq̃; de vetuſtiore dicatis
ergo mihi ſi placet aliq ue modũ acq̃rendi
dñium de iure gentiũ. Ad h̃ rñ. iuſti. Ami-
ce. Fere beſtie ⁊ volucres ⁊ piſces ⁊ oia aia
lia fera que in terra ⁊ q̃ in mari ⁊ que in ce-
lo. i. in aere naſcunt̃ ſtatim cũ ab aliquo ca
pta fuerint iure gentiũ occupãtis fiunt. et h̃
tali rõne. Mundi em̃ aialia fera in nullius
bonis eſſe intelligunt̃ ⁊ qđ ante nulliˀ ẽ id
iure gentiũ qđ naturali rõne introductum
eſt occupanti ꝯcedit̃. Nec intereſt q̃tũ ad
acquirendũ dñium vtrũ quis hmõi feras
beſtias ⁊ volucres in ſuo ꝓprio fundo an ali
eno cepit. ⁊ hoc eſt veꝝ niſi ꝓhibitio dñi
intrare volẽtes pceſſerit. Nam q̃ in fundũ
alienũ ingredit̃ venandi aut occupãdi gr̃a
poterit a dño ꝓhiberi ne ingrediat̃ ſi dñs
fundi eũ preuiderit. Sed po. dñe iã video
qꝫ p occupationẽ hmõi feraꝝ ⁊ volucrũ ac
quirit̃ mihi dñium. dicatis mihi q̃diu du-
rat hmõi dñium acquiſitũ. Ad hoc rñ. ami
ce. dico tibi qꝫ q̃cq̃d ꝯ pdictoꝝ aialiũ ceperis
tãdiu tuo dñio ſbiectũ eſſe intelligit̃ q̃diu i
cuſtodia tua detinet̃. ſʒ cũ tuã cuſtodiã eua
ſerit. ⁊ in pſtinã naturalẽ libertatẽ ſe recepe
rit. in tuo dñio eſſe deſinit ⁊ rurſus ſic priuſ
occupãti ꝯcedit̃. Sʒ dñe dicatiſ mihi qñ ðꝫ
ſe receciſſe in naturalẽ laxitatẽ vl' libertateʒ
Ad h̃ rñ. Jn naturalẽ laxitatẽ ðꝫ ſe recepiſ
ſe cũ vl' oino ꝯſpectũ oculoꝝ tuoꝝ euaſerit
vl' ita ſit in ꝯſpectu tuo vt impoſſibilis ſit eˀ
proſecutio. vnde ſup tali queſtione apud ve
teres multũ fuit diſputatũ ⁊ queſitũ. Qui-
dam venator puta ticius quendam ceruuʒ
vulnerauit ⁊ mortale vulnus ei inflixit. ita
qꝫ ceruus vulneratus capi poterat. Naʒ in
caſu iſto dubitatur vtꝝ dñium cerui vulne
rati incontinenti poſt vulnus inflictũ intelli
gat̃ ticio vulneranti acquiſituʒ. Et certe q̃-
dam veteres dixerunt ſtatim poſt vulnˀ in-
flictũ hmõi ceruũ vulneratum fieri ticij vul-
nerantis. ⁊ tãdiu eiˀ dñio videri. q̃diu ticiˀ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eum proſequit. Et ſi titius eum proſequi d
ſierit. dixerũt hmõi ceruũ deſinere in dñio
ticij eſſe ⁊ rurſus occupanti ɔcedi. Alij vo
non aliter putauerunt hmõi ceruũ fieri ti
cij ꝙꝫ ſi eũ tici⁹ cepit. Sed dñe qd dicitis vos
ſup hoc. Certe dicit iuſt. Nos poſteriorem
ſniaꝫ tanꝙ iuſtiorẽ ɔfirmam⁹ vt vicꝫ ita de
mũ intelligat ticij eſſe ſi tici⁹ eũ ceperit. Mł
ta eñ ſolẽt accidere impedimẽta vt tici⁹ euꝫ
nõ capiat. ⁊ hec dicunt vſqꝫ ad illũ. §. Apiũ
qꝫ. Nota ꝙ ius gen. eſt antiqui⁹ iure ciuili
Scðo no. ꝙ beſtiaꝝ alie pꝛſus fere ⁊ in hiſ
hꝫ locũ regula. ꝙ pmo occupanti ɔcedunt.
vt infra. §. Fere. alie pꝛſus manſuete ⁊ i hiſ
hꝫ locũ regl'a ꝙ vbicunqꝫ ſint. ei⁹ manẽt cu
ius erãt. ⁊ ſi qs lucrãdi aĩo occupauerit fur
tum cõmittit. vt in. §. Gallinaruꝫ. alie nec
pꝛſus fere nec proꝛſus mãſuete. ⁊ in his hꝫ
locuꝫ regl'a ꝙꝫdiu hñt voluntatẽ redeundi
ei⁹ manẽt cui⁹ erant. vt in. §. Pauonũ. Api
um qꝫ. In h. §. pſequit in ti. iſto materiã ſu
am de proꝛſus feris. Et dicit ꝙ natura api
um fera ẽ ⁊ nõ mãſueta. vñ apes ſi in arbo-
re tua ɔdeſcenderint anteqꝫ a te ĩ alueo tuo
fuerint incluſe nõ mag' intelligunt eſſe tue
ꝙꝫ volucres q̄ in arboꝛe tua nidificauerũt.
vñ ſi hmõi apes in arboꝛe tua ɔcidẽtes ali
qs alius ĩcluſerit ipſe eaꝝ dñs efficiet. ⁊ et
ſi hmõi apes anteqꝫ a te fuerint incluſe an
tiquos fauos in arboꝛe tua vł in fundo tuo
fecerint. qlibet eos eximere põt. veruntamẽ
ſi re integra puideris aliquẽ ingredientem
in funduꝫ tuũ poteris iure pꝛohibere ne fũ
duꝫ tuuꝫ ingrediat. Sꝫ ponam⁹ qðdã exa
men. i. ĩmẽſitas apiũ euolauit d alueo meo
in q a me fuerat ĩcluſuꝫ ego qro ꝙꝫdiu dñio
meo ĩtelligit eẽ ſubiectũ. Ad h rñ. ſi examen
ex alueo tuo euolauerit tãdiu ĩtelligit eẽ tu
um ꝙꝫdiu ĩtelligit eẽ in ɔſpectu tuo. nec dif
ficilis ſit ei⁹ pſecutio. alioqn ſi euaſit ɔſpe-
ctũ tuuꝫ vł ita ſit in ɔſpectu tuo vt difficiliſ
ſit ei⁹ proſecutio occupãti ɔcedit ⁊ hec dicũ
tur vſꝫ ad. §. illũ Pauonũ In iſto. §. tractat
iuſti. de naturalr feris accñtalr tñ mãſuetis
Vñ po. ſic ca. Dñe qdã hñt pauones ⁊ co-
lumbas q ex ɔſuetudine ſolent auolare ⁊ re
uolare. modo quero a vobis vtruꝫ natura
hmõi pauonũ ⁊ columbaꝝ debeat cenſeri
fera. Rñdet ꝙ ſic nec obſtat ꝙmin⁹ natura
pauonum ⁊ columbarũ fera cenſeat ꝙ hu-
iuſmodi pauones ⁊ columbe ex ɔſuetudi-
ne euolare ⁊ reuolare ſolent. Nam hoc idẽ
faciũt apes. ⁊ tñ maĩfeſtũ eſt naturã eaꝝ fe
ram eſſe. Hoc idẽ eſſe in ceruis qñqꝫ ɔtigit.
Quidã eñ ceruos ita mãſuetos habẽt vt ĩ
ſiluis ire ⁊ redire ſolẽt. Nemo tñ negare pt
naturã oĩm ceruoꝝ in genere ⁊ etiã ipſorũ
ſinguloꝝ ſpecie feram eſſe. In his igit aĩa-
libus accidentalr manſuetis que ex ɔſuetu-
dine ire ⁊ redire ſolẽt talis regula a iure cõ-
probata eſt vt tamdiu intelligãt tuo dñio ſu
iecta eẽ ꝙꝫdiu habuerint aĩm reuertẽdi. Nã
⁊ ſi reuertẽdi aĩm deſerũt in tuo dñio eẽ deſi
nunt ⁊ occupãti ɔcedunt. Sed dñe p deo
dicatis mihi qlr perpendã ꝙ deſierũt habe-
re aĩm reuertendi. Ab h rñ. Amice. tũc in-
telligunt deſinere hñe aĩm reuertẽdi cuꝫ re-
uertẽdi ɔſuetudinẽ deſerũt. Et hec dicunt
vſqꝫ ad illũ. §. Gallinarũ. Hic incipit tra-
ctare de aĩlibꝫ proꝛſus mãſuetis ⁊ caſ⁹ pla-
nus eſt vſqꝫ ad illũ. § Itẽ ea que ab hoſtibꝫ
Adhuc pſequit iuſti. materiã ſuã determi-
nando qlr reꝝ dñium p occupatõem de iu
re gen. acquirit. vñ. po. ſic caſũ Dñe iam vi
di qlr dñium feraꝝ ⁊ volucꝝ ſingulis acq
rit p occupatõem. Nũquid pluriũ reꝝ dñi
um acquiri põt p occupatõem de iure gen.
rñdet ꝙ ſic. Nã ea que ab hoſtibꝫ nr̃is capi
mus ſtatim iure gen. nr̃o dñio acquirũtur
⁊ hoc intantũ verũ eſt vt liberi hoĩes quos
ab hoſtibꝫ capim⁹ dñio nr̃o ſubijciunt ⁊ in
ſeruitutẽ deducũtur. ſi tñ noſtrã poteſtatẽ
euaſerint ⁊ ad ſuos corpe reuerſi fuerint ɔ
ſtinũ ſtatum libertatis iure poſtliminij re-
cipiũt Et nõ ſolũ ſupdicta iure gen. p occu
patiõne acquirunt ſꝫ etiã lapilli ⁊ gẽme. ⁊c.
q in littoꝛe maris inueniunt ſtatim cuꝫ ab
inuentoꝛe occupata fuerint iure gen. qð na
turali iure introductuꝫ eſt inuẽtoꝛis fiunt.
Et hec dicunt vſqꝫ ad illuꝫ. §. Itẽ ea que ex
aĩalibꝫ. Hic mutat iuſti. ſtiluꝫ ſuũ ⁊ incipit
tractare de acqſitõe dñij que fit iure acceſſi
onis diſcrete ⁊ pmo tract: de acceſſione diſ
creta. vñ po. ſic. ca. Dñe iam vidi qlr acqui-
rit dñiuꝫ reruꝫ p occupatõeꝫ. nunquid plu
ribus modis acquiri põt. Reſpõdet ꝙ ſic
Nam ea que ex aĩalibus dñio nr̃o ſubiectis
nata ſint iure gen. p acceſſionẽ acquirunt.
⁊ hec dicunt vſqꝫ ad illũ. §. Preterea quod
p alluuionẽ. Hic incipit tractare de acceſſi



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

one cõcreta. Pone igiꝉ ſic caſũ dicit iuſt. ꝙ
ꝑter ſupͣdictos modos acq̇rẽdi de iure gen.
acq̇ritur nobis dñium ꝑ acceſſionẽ ꝯcretã
Qḋ eñi ꝑ alluuionẽ agro tuo flumẽ adiecit
iuꝛ. gen. tibi acq̇ritur. Sed dñe ꝓ deo dica
tis mihi q̇d eſt alluuio. Ad h̃ rñ. Eſt aũt al
luuio incrementũ latens. vnde illud ꝑ allu
uionẽ agro tuo videꝉ adijci qḋ ita paulatiꝫ
ꝛ ſucceſſiue adijciꝉ: vt licet tota die intuituꝫ
figas tñ intelligere nõ poſſis q̃ntũ in quoli-
bet momẽto agro tuo adiectũ fuerit. verum
eſt qḋ iſtud latens incrementũ tibi iure ac
ceſſionis acq̇riꝉ impetus fluminis aliquã
ꝑtem groſſam ex predio tuo detraxit ꝛ illaꝫ
ꝑtem detractã vicini predio appulerit. ma-
nifeſtũ eſt eaꝫ ꝑtẽ ex predio tuo detractã ni-
bilominꝰ in tuo dñio ꝑmanere. ſi tamẽ lon
go tẽpe fundo vicini iui adheſerit ita ꝙ ar-
bores q̃s ſecũ traxit in fundum vicini radi
ces emiſerint ex tpe imiſſionis radicũ videtur
fũdo vicini iure acceſſionis acquiſite eſ
ſe. ꝛ hec dicunꝉ vſꝫ ad illũ. §. Inſula que in
mari nata eſt. In principio iſtiꝰ. §. incipit
iteꝝ tractare de acq̇ſitione q̃ fit ꝑ occupati-
onẽ ꝛ poſtea redit ad materiã ſuaꝫ. ꝛ tractat
de iure acceſſionis. Unde ſic po. caſũ. Dñe
ponamꝰ ꝙ aliq̃ inſula naſcaꝉ in mari. dica-
tis mihi cuiꝰ iuris eſſe intelligiꝉ. Rñdet ſi a
liq̃ inſula in mari nata ſit qḋ tamẽ raro ac-
cidit: occupanti concediꝉ. Nã ante occupa
tionẽ nulliꝰ eſſe intelligiꝉ. ſed licet dixeriꝫ ti
bi de inſula q̃ in mari naſciꝉ ꝙ occupantis
ſit. ſecus tñ eſt de inſula in flũine nata. nam
in flũine inſula nata qḋ frequẽter accidere
ſolet ſiquidem mediã ꝑtẽ flũinis teneat cõ-
munis eſt eoꝝ hoĩm qui ab vtraqꝫ ꝑte flu-
minis ꝓpe ripam predia poſſident vicꝫ ꝓ mo
do latitudinis cuiuſqꝫ fũdi. q̃ latitudo ꝓpe
ripã ſit. ꝙ ſi alteri parti flũinis ꝓximioꝛ eo-
rũ eſt tm̃ q̇ ab ea ꝑte ꝓpe ripam predia poſſi
dent. ꝙ ſi in aliqua ꝑte diuiſum flumen ſit
deinde intra vnitũ agrũ alicuiꝰ in formã in
ſule redegerit. hmõi ager ad moduꝫ inſule
diuiſione fluis circũdantis eiuſdem ꝑma-
net cuiꝰ ante diuiſionẽ fluis fuerat. ſed po-
namꝰ ꝙ flumẽ naturalẽ alueum penitus de
reliquit ꝛ ex alia ꝑte fluere ceperit dicatꝭ mi
hi q̇d iuris in iſto caſu. Ad hoc reſpondet
ꝙ ſi naturali alueo in vniuerſum derelicto
alia ꝑte fluere ceperit tũc prioꝛ alueꝰ a flumi
ne derelictus eoꝝ incipit eſſe qui ꝓpe ripam
eiꝰ predia poſſident ꝓ modo latitudinis cu
iuſqꝫ agri: q̃ latitudo ꝓpe ripam ſit. Sed po
namꝰ nouꝰ alueꝰ iam occupatus publici iu
ris incipit eſſe ſicut ꝛ ipm̃ flumẽ. ſed ſi poſt
aliquod tp̃us ad prioꝛẽ alueũ flumen reuer
ſum fuerit nouꝰ alueꝰ iam a flumine dereli-
lictus eoꝝ incipit eſſe q̇ ꝓpe ripam predia eꝰ
poſſident. aliud tñ iuris eſt ſi totus ager ali
cuiꝰ aqua inũdatus fuerit. Inundatio eñi
aque faciem fundi non imutat. ꝛ idcirco ſi
aqua a fũdo receſſerit manifeſtũ eſt manere
dñm fũdi qui ante dñs fuerat. ꝛ hec dicũꝉ
vſqꝫ ad illũ. §. Cũ aũt ex aliena ꝛc. Hic inci
pit iuſt. tractare de acquiſitõne dñij q̃ fit ꝑ
ſpecificationẽ. vnde pono ſic caſũ. Dñe iaꝫ
vid: plures modos acq̇rendi dñium de iu
re genti. Nũquid pluribus modis de iure
gen. acq̇ri poterit. Reſpondet ꝙ ſic ꝑ ſpeci-
ficationẽ de iuꝛ. gen. acquiriꝉ nobis dñiuꝫ
Cũ eñi q̇s ex aliena materia ꝛc. Aaſꝰ pla
nus eſt uſqꝫ ad illũ. §. Si tñ quis alienam
In iſto. §. redit iuſtinianꝰ ad acceſſionem
ꝯcretam que fit interueniente facto homi-
nis. Pone igiꝉ ſic caſũ. Titius manicã vel
gironẽ de purpura aliena intexuit veſtimẽ
to ſuo modo queriꝉ vtrũ purpura cedat ve
ſtimento vel veſtimentũ tanq̃ vilius ꝛ mi-
nus precioſũ accedat purpure. Reſpõdet ꝙ
purpura licet precioſioꝛ ſit iure acceſſionis
cedit veſtimẽto ꝛ ꝑ ꝯſequens ticio dño ve-
ſtimenti acq̇riꝉ. Uerũtamẽ ille qui dñs fue
rat purpure licet dñium iam purpure ꝑ ac
ceſſionẽ amiſerit ꝯtra eum qui ſurripuit fur
ti habet actionẽ. ꝛ ꝯditionẽ furtiuam q̃ ſeꝉ
ei ꝯtra furẽ cõpetit quã licet poſtea ſine cul-
pa ſua a dño cadat nõ amittit. Nam hmõi
res que iure acceſſionis alteri rei cedũt licet
a priori dño vendicari nõ poſſunt. a furibꝫ
tamen ꝛ a quibuſdam alijs maleficis poſ-
ſeſſoribus ꝑ ꝯditionẽ furtiuã vel ſine cauſa
condici poterũt. ꝛ hec dicunꝉ vſqꝫ ad illũ. §.
Si duoꝝ. In hoc. §. determinat iuſt. qua-
liter acquiriꝉ dñium ꝑ ꝯfuſionẽ materiarũ
Pono igiꝉ ſic caſũ. Dominiũ de iure gent.
nũquid adhuc pluribꝫ modis acquiri po-
terit. Rñdeo ꝙ ſic. Nam ꝑ ꝯfuſionẽ materi
arũ acquiriꝉ dñium de iure gen. Si enim
materie duoꝝ dñoꝝ de volũtate ꝛ cõſenſu
eoꝝ confuſe ſũt totũ corpus qḋ ex confuſi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

one materiaꝝ reſultat vtriuſq̧ dn̄oꝝ cõmune
ſit veluti ſi aliqui vina ſua fuderūt aut maſ
ſas argenti aut auri in aliqđ vas ꝯflauerīt.
ꝛ iſta ſūt vera qn̄ eedem materie ꝯfundunt
Sed pone ꝙ materie ſūt diuerſe. nunquid
idē iuris erit. Rn̄det ꝙ ſic. Si em̄ diuerſe
materie ꝯfuſe fuerint: ꝛ ex illis materijs cō
fuſis aliqua ſpecies facta ſit veluti ex vino
petri ꝛ melle martini mulſū. aut ex auro pe
tri ꝛ argento martini electrū. In hoc em̄ ca
ſu nulla dubitatio eſt hmōi ſpeciē ex diuer
ſarū materiarū ꝯfuſiōe de voluntate dn̄oꝝ
factā cōem eſſe. Sed pone ꝙ diuerſe mate
rie vel materie eiuſdē generis fortuito caſu
ꝛ nō interueniēte voluntate dn̄oꝝ confuſe
ſint nunqđ idē iuris erit. Rn̄det ꝙ ſic. Hoc
tn̄ intelligo niſi materie ſepari pn̄t. Si em̄
ſepari poſſent ſecus eſſet. ꝛ hec dicunt vſq̧
ad. §. illū. Quod ſi frumētū. In hoc. §. de
terminat qlr acquirit dn̄ium ꝑ mixtionem
ſpecieꝝ. vn̄ pone ſic caſū. Dicit iuſt. ꝙ ſi fru
mētū ticij frumēto tuo mixtū fuerit volūta
te totū illud frumētū tibi ꝛ titio cōe erit. nā
ſingl'a corꝑa. i. ſingula grana que ante mix
tionē in ſua ſubſtantia durent. tn̄ ex ꝯſenſu
noſtro ꝑ mixtionē cōicata ſūt. ꝛ hoc veꝝ eſt
qn̄ fuit facta mixtio de voluntate noſtra. ſi
tn̄ caſu frumentū mixtū fuerit: vel ſi titi⁹ nō
volūtate ſua id miſcuit tn̄ videt hmōi frumē
tū ꝑ mixtionē cōe eſſe. Singula em̄ grana ī
ſua ſubſtantia remanēt ꝛ durāt in dn̄io ei⁹
cui⁹ fuerāt ante mixtionē. Nā in caſibꝫ iſtꝫ
qn̄ fit mixtio ſine dn̄oꝝ volūtate nō magis
intelligit frumentū cōmune eſſe q̄ȝ grex oui
um cōis eſſe intelligit ſi pecora ticij tuis pe
coribꝫ ꝑmixta fuiſſent. vn̄ ſi totū hmōi fru
mentū retineat a ticio actio in rem tibi ad
uerſus ticiū cōpetit. ꝛ iudex q̄ in hmōi acti
one cognoſcet eſtimabit q̄ȝtū ꝛ quale tuum
frumentū fuerit. ꝛ tantundē frumēti ꝛ eiuſ
dē qualitatis vel eiuſdē eſtimatōnis tibi fa
ciet reſtitui. ꝛ hec dicunt vſq̧ ad illū. §. In
ſuo ſolo. Hic deter. qlr edificādo acq̄ritur
dn̄ium diligēter. vn̄. po. ſic caſū. Pn̄e. tici⁹ ī
ſolo ſuo edificauit ex materia aliena. mō q̄
ro q̄s ſit dn̄s illius edificij. vtrū titius qui
edificauit an ille q̄ erat dn̄s materie. Ad h̄
rn̄det ꝙ ticius edificator dn̄s eſt edificij. cū
em̄ in ſolo ſuo ex aliena materia q̄s edifica
uerit dn̄s edificij intelligit ꝛ hoc ꝓpter rōeȝ

iuris gen. qua dicit. Om̄e qđ in ſolo edifica
tur: ſolo cedit. Et q̄ȝuis ticio directū dn̄ium
edificij acquirat. ille tn̄ q̄ dn̄s fuit materie
dn̄s eius nō deſinit eſſe. ſed vtile dn̄ium re
tinet. ſȝ tn̄ q̄ȝdiu materia ſua iuncta eſt edifi
cio neq̧ eaȝ vendicare: neq̧ exhibendū de
ea agere pōt ꝛ hoc ꝓpter. l. xij. ta. q̄ cauet ne
quis tignū alienū edibꝫ ſuis iniunctū exi
mere cogat. veruntamē dn̄o materie ead m
l. xij. ta. ꝯſulit. Nā cōpetit ei actio de tigno
iniuncto cui⁹ bn̄ficio ab eo qui iniunxit vl'
iniunctū habet duplū ꝯſequi poterit. Sȝ
pone ꝙ aliquis alienos lapides vl' trabes
vel cementa in edibꝫ ponat. quid iuris erit
tūc in caſu iſto. Ad hoc rn̄. ꝙ idē iuris eſt ꝙ
ſi alienū tignū edibꝫ ſuis iniunxiſſet. Appel
latione em̄ tigni oīs materia ex qua edifi
cia fieri pn̄t intelligit Sed dn̄e q̄re ita ſta
tutū fuit. l. xij. tab. ne q̄s cogat eximere alie
nā materiā edibꝫ ſuis iniunctā. Ad hoc rn̄
det. amice hoc ideo ſtatutū fuit. l. xij. tab. ne
ſit neceſſario edificia ex aliena materia con
ſtructa reſcindi. ꝛ vrbē ruinis deformari. li
cet durante edificio materia vendicari nō
poſſit ſi tn̄ aliquo caſu diruptū fuerit edifi
ciū poterit dn̄s materie materiā ſuā vendi
care ꝛ ex ea ad exhibendū agere. ꝛ h̄ eſt verū
niſi ꝑ actionē de tigno iniūcto duplū fuerit
ꝑ materiā ſuā ꝯſecutus. ꝛ hec dicunt vſq̧
ad illū. §. At ex diuerſo. In. §. p̄cedē. deter
minauit iuſti. q̄d iuris eſt qn̄ aliq̄s edificat
ex aliena materia in ſolo ſuo. In pn̄ti aūt. §
determinat q̄d iurꝫ eſt in caſu ꝯuerſo ſcȝ qn̄
aliq̄s edificat ex ſua materia in alieno ſolo.
Pone igit ſic ca. Dicit iuſti. ꝙ ex diuerſo ſi
quis in alieno ſolo ex ſua materia domum
edificauit dn̄ium illi⁹ ſit cui⁹ eſt ſolū. ſȝ cer
te in hoc caſu ſecus eſt q̄ȝ in caſu p̄dicto. nā
dn̄s materie ꝓprietatē ei⁹ amittit. nā volūta
te ei⁹ materia alienata intelligit ꝛ h̄ eſt verū
ſi nō ignorāt ſe in alieno ſolo edificare. ꝛ iō
lȝ poſtea dom⁹ dirupta ſit materiam tn̄ ſua
volūtate alienatā vendicare nō poterit Sȝ
pone ꝙ ipe q̄ in alieno ſolo bo. fi. ex ſua ma
teria edificauit ſit in poſſeſſiōe illi⁹ edificij ꝛ
dn̄s ſoli ab eo vēdicet edificiū q̄d iuris ē in
caſu iſto. Ad hoc rn̄. Amice. Certe illđ con
ſtat ꝙ ſi edificatore ꝯſtituto in poſſeſſione
dn̄s ſoli petat domū ſuā eſſe ꝛ nō ſoluit p̄ci
um materie ꝛ mercedes fabroꝝ poterit per



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exceptiõne doli mali repelli ⁊ hoc verũ ſi fu
erit bone fidei poſſeſſoꝛ. Nam al's ſi ipſe cõ
tra dñm vendicantẽ excipiat dñs ↄtra eiꝰ
exceptionẽ ope replicatõis iuuabit. Scien
ti eñ alienũ fundũ eẽ ꝓpria culpa obiici põt
vicꝫ ꝙ temere edificauit in eo ſolo qđ intel
lexit alienũ eẽ. ⁊ ideo bñficiũ retentõis nõ
habebit. ⁊ hec dicunt vſꝫ ad illũ. §. Si titiꝰ
alienã plantã. In h̃. §. deter. iuſti. qľr plan
tando acquirit dñium de iure gen. Vñ po
no ſic ca. Dñe ticius eradicauit plantã me
ã ⁊ illã in ſolo ſuo plantauit. modo q̃ro a
vobis q̃s cenſet dñs illiꝰ plante. Ad h̃ rñdꝫ
Si titiꝰ plãtam meã in ſolo ſuo poſuerit
ipſiꝰ ticij planta efficit. ⁊ ſilr in caſu ↄuerſo
ſi titiꝰ ſuã plantã in ſolo vicini plantauerit
dñium plãte vicino acquiſitũ intelligit. ⁊ h̃
eſt uerũ in vtroqꝫ caſu ſi planta radices ege
rit. Nam ante emiſſionẽ radicũ eius ꝑma
net cui antea fuerat. Intantũ aũt ex eo tpe
ex q̃ planta radices emiſit ꝓprietas ipiꝰ plã
te transfert. vt ſi arboꝛ meã in terra ticij ra
dices egerit arboꝛ ꝑ emiſſionẽ radicũ intel
ligit eſſe ticij. Rõ eñ naturalis nõ ꝑmittit
vt arboꝛ alteriꝰ eſſe dicat q̃ꝫ eiꝰ in cuiꝰ fundũ
radices egerit. vñ arboꝛ ꝓpe ↄfiniũ duoꝝ fũ
doꝝ poſita. ſi in vicini fundũ radices emi
ſerit. ꝑ emiſſionẽ radicũ cõis erit. ⁊ hec dicũ
tur vſꝫ ad illũ. §. Qua rõe. Nota ꝙ oĩe qđ
in ſolo meo edificat cedit ſolo. Et no. etiam
ꝟſus illos. Quicq̃d plantat ⁊c. Qua rõ
ne aũt plante ⁊c. In pñti. §. determinat q̃lr
de iure gen. acquirit dñium ſeminãdo vnđ
po. ſic ca. Dñe ticiꝰ ſeminauit frumẽtũ ſuuꝫ
in ſolo vicini. modo quero q̃s intelligit eſſe
dñs illiꝰ frumẽti. Ad h̃ rñ. amice. Eadẽ rõe
q̃ diximꝰ ꝙ plãte q̃ ſolo alteriꝰ radices egeꝛt
ſolo cedũt. eadẽ rõe frumẽta q̃ in alteriꝰ ſolo
ſeminata ſũt ſolo cedere intelligunt ⁊ ꝑ cõ
ſequẽs dño ſoli iure acceſſiõis acquirunt. ⁊
ſicut. ſ. diximꝰ ꝙ illa q̃ in alieno ſolo ſemina
ta ſũt ſolo cedere intelligũt. ⁊ ꝑ ↄñs dño ſo
li iure acceſſionis acquirunt. ⁊ ſic ſup̄ dixi
mus ꝙ ille q̃ in alieno ſolo edificauit ſi do
minus ſoli ab eo vendicet edificiũ tueri ſe
poterit aduerſus dñium vendicantẽ ꝑ ex
ceptionẽ doli mali niſi preciũ materie ⁊ im
ꝑẽſas in edificio factas dñs paratus ſit ei re
fundere. ita q̃ in alienũ fundum bona fide
ſuis impenſis ſeminauit ſi dñs fũdi ab eo

vendicet frumentũ eiuſdẽ exceptionis auxi
lio tutus eſſe poterit. ⁊ hec dicunt vſꝫ ad il
lũ. §. Eſe q̃ꝫ. In h̃. §. ðterminauit qualiter
ſcribẽdo acq̃rit dñium de iure gen. ⁊ caſus
planus eſt vſqꝫ ad illũ. §. Si q̃s. In h̃. §. ð
terminat q̃lr dñs bo. fi. poſſidens acquirit
fructus induſtriales ꝑ cultura ⁊ cura. vnđ
po. ſic ca. Dicit inſti. ꝙ ſi emerit aliq̃s fũdũ
bo. fi. a nõ dño quẽ tñ ipe crediderit dñꝫ eẽ.
vel cauſa donationis vľ qualibet alia iuſta
cauſa que ad dñij tranſlationẽ ſufficiat bo.
fi. accipiat iure gen. qđ naturali rõne intro
ductũ eſt fructus quos inde receperit ꝑ cul
tura ⁊ cura ſuos facit vñ verus dñs ſi pꝰ ea
vendicãs ab eo fundũ emerit de fructibus
ab eo ↄſumptis aduerſus eũ agere nõ pote
rit. ſecus ẽ in male fidei poſ. naꝫ ille q̃ ſciens
alienũ fundũ poſſederit fructus ſuos non
facit. vñ ſi dñs fundi ab eo fundũ emerit ñ
ſolũ fundũ. ſed etiã fructus cũ fundo. lꝫ ab
eo ↄſumpti ſũt cogit dño reſtituere. hec di
cunt vſqꝫ ad illũ. §. Is ꝗ ad quẽ. Quia ſi
milr dñs iuſti. ſ. fecit mentionẽ de fructibꝫ
q̃s bone fi. poſ. ſuos fecit. In pñti. §. deter
minat qñ vſufructuariꝰ intelligit eẽ dñs fru
ctuũ ⁊ quid venit in vſufru. ⁊ etiã q̃d iuris
habet vſufructuarius qui habet vſumfru
ctum in aliqua vniuerſitate vel etiam iure
ſingulari. vnde po. ſic caſũ. Dñe ticius ha
bet vſumfructũ in vniuerſitate fundi mo
do quero a vobis qñ ticius vſufructuariꝰ
dñs fructuũ eſſe intelligit. Ad hoc reſpon
det amice. Iſte ad quẽ vſufructus fundi ꝑ
tinet nõ aliter dñs fructuũ effici intelligit
q̃ꝫ hmõi fructus ipe perceperit. ⁊ in horreo
ſuo repoſuerit. ⁊ ideo ſi vſufructuariꝰ matu
ris fructibus ⁊ a ſolo ſeparãtis. nõdum ta
men horreo ſuo repoſitis deceſſerit ad here
dem ſuum hmõi fructus trãſmittit. ſꝫ dño
ꝓprietatis morte vſufructuarij acquirit ⁊ q̃
de vſufructuario diximus eadem fere ⁊ de
colono qui in minimis colit intelliguntur
Sed po. ꝙ aliquis habeat vſumfrucum in
oue vel in capra vel in equo vľ in vacca mo
do quero quid intelligit eſſe in huiuſmodi
vſufructu. Ad hoc reſpondet. Amice. in pe
cuduꝫ fructu etiã fetus eſt ſicut lac ⁊ pilus
⁊ lana vnde dico tibi ꝙ agni ⁊ hedi ⁊ ſucu
li ⁊ equuli. ſtatim cũ editi fuerint naturali
iure in dñio vſufr. eſſe intelligũt. ſed ſecus

eſt in eo q̄ habet vſūfru. ancille qđ ad dn̄m
ꝓprietatis ptiet. Sed dn̄e ꝓ deo q̄re nō fuit
ſtatutū partū ancillarū eſſe in fructu ſicuti
fetus pecoꝝ. Ad h̄ rn̄. amice. Optima ra
tione h̄ ſtatutū fuit. Abſurduꝫ eīn̄ videbaᵗ
hoīem in fructu eſſe. cū oēs fructus hoīm
gr̄a ipe dn̄s adinuenerit. Sꝫ ſi aliquis vſū
fructū gregis habeat ⁊ aliq̄ ouis ꝑierit vſu
fructuari⁹ in loco de mortuoꝝ aīalū ex fetu
ſubmittere debet. ⁊ ita iuliano viſum eſt. et
ſilr̄ q̄ habet vſumfructū vineaꝝ vl̄ arboꝝ
al's ſuſtinere debet. Recte eīn̄ colere dꝫ fru
ctuarius ⁊ q̄ſi paterfamilias vti. ⁊ hec dicū
tur vſq ad illū. §. Theſauros. In h̄. §. de
terminat q̄lr̄ ꝑ inuentionē dn̄ium acquiriᵗ
de iure gen. ⁊ caſus plan⁹ eſt vſꝫ ad illuꝫ. §.
Per trade. In pn̄ti. §. determinat q̄lr̄ acqui
riᵗ de iure gen. a dn̄o rei factū. vn̄ pone ſic
caſū. Dn̄e iā vidi multos modos ꝑ quos ac
quiriᵗ dn̄ium ð iure gen. nunq̄d pluribus
modis pōt acq̄ri. Rn̄. ꝙ ſic. Per traditiōeꝫ
eīn̄ a dn̄o factā iure gen. qđ naturali rōe in
troductū eſt dn̄ium nobis acquiriᵗ. Nihil
eīn̄ taꝫ ꝯueniens eſt equitati naturali q̄ꝫ vo
luntatē dn̄i volētis rei ſue dn̄ium in alium
transferre ⁊ rataꝫ hr̄e. ⁊ ideo cuiuſcūq ꝫ gene
ris ſit res corꝑalis. vicꝫ ſiue mobilis ſiue i
mobilis tradi poſſit. ⁊ a dn̄o tradita aliena
tur. Et ideo ſtipēdiaria ⁊ tributaria p̄dia ꝑ
traditionē eodē modo alienari pn̄t. Sꝫ do
mine dicatis mihi q̄ dicunᵗ predia ſtipēdi
aria ⁊ tributaria. vocanᵗ q̄ in ꝓuincijs ſūt.
ſꝫ licet in italia nō ſint talia p̄dia cū inter p̄
dia ꝓuincialia ⁊ italica q̄ꝫtum ad dn̄ij trans
lationē ex nr̄a ꝯſtitutiōe nll'a ſit dr̄ia. tn̄ ſi
italica predia ex cā donatiōis vl̄ dotꝭ vl̄ q̄li
ber alia iuſta cā ad dn̄ij trāſlatōeꝫ ſufficien
tē a dn̄o alij tradanᵗ ſine dubio transferunᵗ
ſicuti ꝓuincialia p̄dia q̄ eodē modo tradita
fuiſſent ſꝫ lꝫ dixerim tibi ꝑ traditōeꝫ trāſfer
ri h̄ tn̄ nō generalr̄ ē veꝝ. nā vēdite res ⁊ em
ptori tradite a dn̄o nō alr̄ acq̄ruᵗ emptori
q̄ꝫ ſi emptor vēditori p̄ciū ſoluerit vl̄ alio⁹ ei
dē ſatiſfecerit puta dando ei fideiuſſorē aut
etiam pign⁹. ⁊ h̄ caueᵗ etiā. l. xij. ta. Recte tn̄
diciᵗ iure gen. hoc effici. Verūtn̄ ſi vēditor
nec ꝫ precio ſibi numerato fideiuſſore vl̄ pi
gnore ſibi dato fidē emptoris ſecutus ei reꝫ
tradiderit dicendū eſt ſtatim rem emptorꝭ
fieri. Sed pone ꝓcurator ticij de volunta
te dn̄i vendidit mihi equū ticij ⁊ precio nu
merato equū mihi tradidit. mō q̄ro vtꝝ ꝑ
traditionē a ꝓcuratore factā dn̄ium equi vi
deaᵗ mihi acq̄ſitū. rn̄det ꝙ ſic. nihil eīn̄ inter
eſt vtrū ipe dn̄s rē ſuā alicui tradat an alt⁹
de volūtate ei⁹. ⁊ iō ſi alicui libera vniuerſo
rū negotioꝝ admīſtratio a dn̄o ꝑmiſſa fue
rit ⁊ ipe admīſtrator ex hmōi negocijs aliq̄ꝫ
rem vendiderit ⁊ tradiderit hmōi rē ꝑ tra
ditōem accipiētis facit. ⁊ hec dicunᵗ vſꝫ ad
illū. §. Interdū. In. §. ꝓcedēti ita determia
tū eſt q̄lr̄ ꝑ traditōꝫ acquiriᵗ dn̄ium. In pn̄
ti ꝓo. §. intēdit determinare q̄lr̄ rōe rei acq̄
riᵗ. Po. ğ ſic ca. Dicit iuſti. ꝙ nō ſolū tradi
tōe trāſferᵗ dn̄ium. ſꝫ etiā q̄nq ꝫ ſine traditōe
nuda volūtas dn̄i ſufficit ad dn̄ium rei ſue
trāſferendū veluti ſi tici⁹ tibi aliquā rē accō
modauit aut locauit aut apud te depoſuit
nā ſi ꝑterea eā dē rē tibi vēdiderit aut dona
uerit aut dotꝭ noīe aliq̄d dederit. q̄ꝫuis eam
rē ex cā vēditiōis aut donatōis vl̄ dotis tibi
nō tradiderit. eo tn̄ ipo ꝙ ipe patiᵗ hmōi rē
tuā eſſe. ſtatim ꝑ eū dn̄ium ei⁹ tibi acq̄ritur
ac ſi eo noīe tibi eā tradidiſſet. ⁊ idē ꝯtingit
in alio caſu. Nā ſi q̄s vendiderit merces in
horreo ſuo depoſitas ⁊ claues horrei tibi
emptori tradite ſūt dn̄iuꝫ tibi mercīū acq̄ſi
tū intelligiᵗ. Et nō ſolū volūtate trāſferᵗ dn̄i
um q̄n̄ hꝫ volūtatē transferēdi in ꝑſonā cer
tā. ſed etiā aliq̄n̄ volūtas dn̄i ſufficit ad dn̄i
um rei ſue transferēdū in ꝑſonā certā. vt in
tali caſu. Pretores vel ꝯſules q̄n̄ miſſilia. i.
aurū vel argentū in vulgus ꝓijciūt vt mlti
tudine ꝑpl'i ad hmōi miſſilia ꝯcurrente libe
ri⁹ poſſint ꝑtrāſire lꝫ ignorēt q̄ꝫtū q̄ſq ꝫ acce
pturus ſit. tn̄ q̄ꝛ volūt vnūquēq ꝫ eē dn̄m ei⁹
qđ accepit. ſtatim accipiētē dn̄ꝫ efficiūt. Et
eadē rōne veri⁹ eſſe videᵗ ſi aliq̄s rem ꝓ deli
cto a dn̄o habitā occupauerit ſtatim ipſuꝫ
occupantem dn̄m fieri. Sed dn̄e dicatꝭ mi
hi quō dr̄ haberi ꝓ delicto. Ad hoc reſpon
det. amice Illud pro delicto habetur quod
dn̄s tali intentōne abiecit vt illud ampli
us in numero rerum ſuaꝝ eſſe nollet. ⁊ idō
ſtatim cum abiecerit dn̄s eſſe deſinit. vnde
cum in nullius bonis ſit de iure gen. occu
panti ꝯceditur. ſed ⁊ alia cā ꝓijciendi res ē
vt q̄n̄ in tempeſtate maris cā exonerande
nauis eijciuntur ⁊ idcirco in hmōi res eie
ctas aliud ius ſtatuitur. Naꝫ hmōi res ln

tempeſtate maris eiecte remanent in dñio
eoꝝ qui eas eiecert quia verũ eſt dños eas
nõ eo aĩo eieciſſe vt amplꝰ eas nõ haberent
ſʒ ꝙ magꝭ ipi cũ naue exonerata piculũ ma
ris euadere poſſent. ⁊ iõ ſi qͣs hmõi res flu
ctibꝫ expulſas vl' etiã in ipo mari ꝯſecutꝰ fu
erit aĩo lucrãdi furtũ cõmittit ⁊ actõe furti
tenet᷑. Nõ em̃ mltũ videt᷑ diſtare ab illis re
bus q̃ de reda currẽte dñis non vidẽtibus
cadunt.

¶ De rebꝫ corpalibꝫ ⁊ incorpalibus.

Continuatio iſtiꝰ ru. ad ſupiora ptʒ
in hũc modũ. Sup tract. iuſt. de re
rũ diui. ⁊ qꝛ quedã res ſũt corpales
⁊ quedã incorpales. idcirco intẽdit in h̃ ti.
de his rebꝫ tractare. vñ ꝯ his tractaturꝰ an
necrit rub. de rebꝫ corpa. ⁊ incorpa. dicens
¶ Quedã preterea ⁊c. diuidas ti. iſtũ in du
as ptes pncipales. In q̃ꝝ prima pte ponit
bimembrem diuiſionemque talis eſt ꝙ que
dã res ſũt corpales ⁊ quedã incorpales In
ſcd̃a pte pſequit᷑ mẽbra diuiſiõis de q̃libet
mẽbro dilucida ponẽdo exempla. ⁊ qꝛ duo
mẽbra ꝯtinent᷑ in diuiſiõe. idcirco ſcd̃a ps
põt ſubdiuidi in duas pticulas. in quaꝝ p
ma pticula pſequit᷑ pmũ mẽbꝝ diuiſionis
In ſcd̃a ſcd̃m. Diſtinctio aũt ptiũ ſatꝭ p ſe
ptʒ. ⁊ caſꝰ planꝰ ẽ vſʒ in finẽ ti.

¶ De ſeruitutibꝫ ruſticoꝝ prediorũ.

Continuatio iſtiꝰ rub. ptʒ ad ſupio
ra in hũc modũ. Sup in ti. pri. p
ce. dictũ ẽ vſuf. ⁊ ſerui. ruſti. ⁊ vrba.
pdio. inter res corpales ꝯnumerari. vñ de
hmõi ſeruitutibꝫ intẽdit iuſt. tractare. Et p
mo pmittit de realibꝫ ſiue pdialibꝫ ſeruitu
tibꝫ. poſtea in ſeq̃ntibꝫ tractat de pſonalibꝫ.
vñ qꝛ pmo de pdialibꝫ ſiue realibꝫ ſeruituti
bus dicimꝰ ſubijcit rub. de ſerui. ruſti. pdi.
Et ad euidentiã iſtiꝰ ti. diuidas totũ ti. i q̃
tuor ptes pncipales. In q̃ꝝ pma pte tra
ctat pncipalr̃ de ſerui. ruſt. predio. In ſcd̃a
tract. de ſer. vrb. pred. In tercia pte reuertit᷑
ad ſeruitu. ruſti. pred. In q̃rta pte determi
nat ꝯiunctim de ſerui. tã ruſti. pdi. q̃ꝫ vrba.
Prima ps ptendit᷑ vſqꝫ ad illũ. §. Predioꝝ
vrbanoꝝ. ibi incipit ſcd̃a ps ⁊ ptendit᷑ vſqꝫ
ad illũ. §. Inter ruſticoꝝ. ibi tercia ⁊ durat
vſʒ ad illũ. §. Ideo. ibi q̃rta ⁊ vlt. ⁊ durat vſ
qꝫ in fi. ti. Itẽ pma ps principalis ſubdiui
dit᷑ in duas pticulas. in q̃ꝝ pma enumerat

ſeruitutes q̃tuor ruſti. predio. In ſcd̃a pte
ſeruitutes ſinglas ſm ordinẽ enumeratio
nis dilucide proſequit᷑ ⁊ qꝛ q̃tuor pſequitur
ſeruitutes. idcirco ſcd̃a ps põt ſubdiuidi i
q̃tuor pticulas. ⁊ pticule p ſe ſatꝭ patẽt i lrã.
vñ po. ſic ca. Dñe iã video q̃ ſũt ſeruitutes
ruſti. predio. dicatꝭ mihi ergo quid eſt iter. Ad
hoc rñ. Amice. iter eſt ⁊c. put ꝯtinet᷑ in lrã. ⁊
ſic po. ca. de ceterꝭ ſeruitutibꝫ vſqꝫ ad illũ. §.
Predioꝝ vrba. Hic incipit ſcd̃a ps princi
palis iſtiꝰ ti. in qua ſic po. ca. Dñe iam vidi
q̃ ſũt ſeruitutes ruſti. pdio. dicatis mõ mi
hi ſi placet q̃ ſũt ſeruitutes vrb. pred. Ad h̃
rñ. Amice. Seruitutes vrba. pred. dicunt᷑
q̃ ipis edificijs inherẽt. Dicunt᷑ em̃ ſeruit.
vrba. pred. qm̃ edificia vrba. predi. Appella
mus etiã ſi in villa poſita ſint. nõ em̃ locus
ſed materia vrbanũ prediũ efficit. Sed dñe
ſi placet ponatis mihi exẽpla de ſerui. vrb.
predio. Ad h̃ rñ. Amice. ſerui. vrb. pdio. ſũt
he. vt vicinus onera vicini ſui in edibus ſu
is ſuſtineat. videlicet vt liceat vicino tignũ
de edibus ſuis in parietem vicini ſui immit
tere. Item vt vicinus ſtillicidium vicini ſui
vel flumen in cloacas ſuas. vel in aream ſu
am recipiat vel etiam nõ recipiat. ⁊ etiã in
ter ſeruitutes predio. ꝯnumerat᷑ hec ſeruitꝰ
ne quis edes ſuas altius extollat vt lumi
nibus vicini ſui officiant. ⁊ hec dicuntur
in ſcd̃a parte principali vſqꝫ ad illũ. §. Itẽ
ruſticoꝝ. Hic incipit tercia pars principa
lis. in qua ſic pone caſum. Dñe vos dixiſtꝭ
mihi que ſunt ſeruitutes ruſt. predio. ⁊ que
vrbano. ſed nunquid ſunt plures ſeruitut.
ruſti. pdio. Ad hoc rñ. ꝙ ſic. nam inter ſer
ui. ruſt. predi. quidã recte putant hmõi ſer
ui. ꝯnumerari vicʒ ius hauriẽdi aquam ex
fonte vicini. Itẽ appulſuʒ pecoris ad aquã
Item ius paſcendi. Item ſeruitutẽ calcꝭ co
quende vel harene fodiende. ⁊ hec dicunt᷑
vſqꝫ ad illum. §. Ideo aũt. ibi incipit quar
ta ⁊ vltima pars. in qua ſic pono caſum.
Domine iam video que ſunt ſeruitutes tã
ruſticoꝝ q̃ꝫ vrbanoꝝ ſed dicatis mihi qua
re hmõi ſeruitutes dicuntur prediales Ad
hoc reſpondet impe. Certe amice optima
rõne dicunt᷑ prediales predicte ſeruitutes.
Hmõi em̃ ſeruitutes ſine pdijs ꝯſtitui non
poſſunt. Nemo em̃ ſeruitutem vrbanorũ
vel ruſti. predij poteſt acquirere vl' alĩ ꝯbe

bere niſi predium habeat. Sed pone. Dñe
iam video quare dicunt hmõi ſerui. predia
les. dicatis modo mihi q̃lr ↄſtituũtur hmõi
ſerui. Ad h rñ. Hmõi ſuitutes pñt ↄſtitui
duobꝰ modis. Aut eñ ↄſtituũtur ſuitutes
hmõi inter viuos. aut in vltima voluntate.
Si aũt inter viuos aliq̃s velit ſuitutẽ ali-
quã de ſupiorib9 vicino ſuo ↄſtituere. Hoc
pactis ꝛ ſtipulatõib9 efficere debet. Si aũt
in vltima volũtate põt etiã teſtator in teſta
mento ſuo heredem inſtitutũ dãnare vt ali
us edes ſuas nõ tollat ꝛc. put ↄtinet in lrã

## De vſufructu.

Continuatio iſtius rub. ptz ex ſup-
dictis. Sup tractauit iuſt. de ſui.
predia. vñ intẽdit h tractare de pſo
nalib9. ꝛ qꝛ vſufr. inter pſonales dignior eſt
ideo pmittit de vſuf. . idcirco de eo dicturꝰ
ſubijcit rub. de vſufructu. vñ ad uberiorez
doctrinã iuuenũ diuides titulũ in ſeptẽ p-
tes pncipales ꝛ planꝰ erit. In quaꝝ pma p
te ponit diffinitõez vſufr. In tercia pte dter
minat q̃lr in vltima volũtate ↄſtituit vſu.
In tercia determinat q̃lr ↄſtituit inter vi-
uos. In q̃rta pte remouet q̃ndã dubitatio
nẽ incidentẽ circa ↄſtitutõez vſuf. In q̇nta
determinat q̇d eſt uſufr. In ſexta determi-
nat q̇b9 modis finit vſuf. In ſeptima deter
minat q̇d iuris eſt qñ totus vſuf. eſt finitꝰ.
Prima protendit vſq3 ad illũ. §. Uſufr. a p
prietate. ibi incipit ſcd̃a ps ꝛ durat vſq3 ad
illũ. §. Si q̇s ꝓ. ibi tercia ꝛ durat vſ3 ad il
lũ. §. Ne tñ. ibi q̃rta ꝛ durat uſq3 ad illum. §
Conſtituit. ibi q̇nta ꝛ durat uſq3 ad illuz. §
Finit. ibi ſexta ꝛ durat vſq3 ad illũ. §. Cũ at
ibi ſeptima ꝛ durat vſq3 in finẽ ti. Pone ſic
caſũ. In prima pte acceſſi ad iuſt. ꝛ ita ppo-
ſui coram eo. Domine iam video q vultis
tractare de vſufr. dicatis q̇d eſt vſufr. Ad h
rñdet im. Amice uſufr. eſt ius utendi frue-
di reb9 alienis ſalua reꝝ ſubſtantia. ꝛ q hec
diffinitio bona ſit ptz tali rõne. uſuf. eſt ius
.i. ſeruitus ↄſtituta in corpe quo corpe ſub
lato ꝛ ipſuz uſuf. tolli neceſſe eſt. ꝛ hec dicũt
in prima pte uſq3 ad illũ. §. Uſufructus a
pprietate. Hic incipit ſcd̃a ps principalis in
qua ſic pone caſum. Dñe iam video quid ẽ
vſufru. dicatis mihi ſi placet qualiter ↄſti-
tuit vſuf. Ad hoc rñdet. Amice uſufru. re-
cipit ſepatõem a pprietate ꝛ h põt varijs mo
dis ↄtingere. ut ecce ſi titiꝰ legauit tibi vſũf.
fundi ſui. nã in hoc caſu heres inſtitutꝰ nu
dã habet pprietatẽ ꝛ tu habebis uſuf. a pprie
tate ſeparatũ. ꝛ ſilr in caſu cõuerſo. Si titius
legauerit tibi fundũ deducto vſufr. naz in
hoc caſu tu legatariꝰ habebis nudã pprieta
tẽ. ꝛ uſuf. penes heredẽ ticij teſtõris remane
bit. Ipſe poterit teſtator ĩ ſuo teſtamẽto vni
uſumf. legare. ꝛ alij uſuf. deducto fundum
legare põt. ꝛ hec dicunt in ſcd̃a pte vſq3 ad
illũ. §. Si q̇s ꝓ. Sed in tercia pte. Dñe
iam vidi q̃liter ↄſtituit vſuf. in vltima volũ
tate. nunq̇d alio modo ↄſtitui poteſt. Rñ.
q ſic. Inter viuos eñ uſuf. conſtitui poteſt
vñ ſi q̇s velit vſũf. alij ſine teſtamẽto ↄſtitu
ere hoc pactõnib9 ꝛ ſtipulationib9 inter vi-
uos efficere poteſt. Hec dicunt vſ3 ad illuz
§. Ne tñ. Sed po. in q̃rta. Dñe iam vidi q
vſuf. formalis ſepat a pprietate ꝛ pprietas nu
da remanet. que ergo vtilitas erit in pprieta
te. Ad hoc rñdet. Amice magna vtilitas ẽ
in pprietate. Ne eñ in vniuerſũ inutiles eſ-
ſent pprietates ſp uſufr. exñte ſapato ſtatu-
tũ eſt certis modis vſũfr. finiri. ꝛ hec dicũt
vſq3 ad illũ. §. Conſtituit. Hic incipit quin
ta ps in q̃ ſic po. ca. Dñe iam video q̇d eſt
vſufru. ꝛ q̇bus modis ↄſtituit uſuf. dicatis
modo mihi in q̇bus reb9 vſuf. conſtitui põt
Ad hoc reſpondet. Amice. conſtitui poteſt
vſuf. nõ tantũmodo in fundo ꝛ edificijs ſ3
etiã in ſuis ꝛ iumentis ꝛ pecoribus ꝛ oib9
alijs reb9 tam mobilibus q̃3 imobilibus ex
ceptis vicz his que ipo vſu ↄſumunt. Naz
in hmõi rebus neq3 ciuili neq3 naturali ra-
tione vſuf. conſtitui poteſt veluti in vino
oleo frumento veſtimentis quibus ſimilis
eſt pecunia nũerata. nã ſic pdicte res vſu cõ
ſumũtur. ita pecunia numerata ipſo iure aſ
ſidua pmutatione q̇dãmodo ſubſtantialr
extinguitur. Sed licet ppriein predictis re
bus uſufructus conſtitui non poſſit qui-
dam tamen ſenatus utilitatis cauſa ſtatuit
hmõi rerum que vſu conſumuntur quaſi
vſuf. poſſe conſtitui. ita tamen vt nomen ea
rum rerum heredi idonee cautum ſit. vnõ
ſi pecunie vſufructu alicui legatꝰ ſit ipſa pe
cunia ita legatario datur. vt etiam in domi
nium ipſius legatarij transferatur. ſed lega
tarius ſatiſdationem exponit heredi de
tanta pecunia heredi reſtituenda cuz lega-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tariꝰ moriet̃ aut capite minuet̃ ⁊ ita ſecu-
ritas cautõis appꝛehẽdẽde loco ꝓprietat̃ re
manebit ⁊ ſilr̃ ſi vſuf. aliaꝝ reꝝ q̃ ipo vſu cõ
ſumunt̃ legatꝰ fuerit veluti vini olei ⁊ fru-
mẽti hmõi res ita tradũtur legatario vt eiꝰ
fiãt. ſ; pꝛĩ anteq̃ꝫ tradant̃ legatario eſtimant̃
⁊ legatariꝰ ſatiſdat heredi ſe cũ moriet̃ aut
capite minuet̃ tm̃ reſtituturũ q̃ntũ hmõi res
tpe traditõis eſtimate fuerãt. Ex p̃dictꝫ igit̃
manifeſte pꝫ ꝙ ſenatꝰ nõ fec̃ vſufr. eaꝝ rerũ
q̃ vſu ꝯſumũtur. nec eñ poterat h̃ facere. ſ;
tñ p hmõi ſatiſdatõeꝫ heredi expoſitã q̃i vſũ
fr. in reb; hmõi vtilitat̃ cã ꝯſtituit. ⁊ hec di
cunt̃ vſ; ad illũ. §. Finit̃. Hic incipit ſexta
ps in q̃ deter. q̃b; modis finit̃ vſufr. Rñ. ꝙ
ſex modis finit̃ vſuf. vt apte declarat̃ in lr̃a
Finitur eñ q̃nq̃ꝫ morte naturali. q̃nq̃ꝫ mor
te ciuili. q̃nq̃ꝫ nõ vtẽdo q̃nq̃ꝫ ceſſione. q̃nq̃ꝫ rei
mutatõe. q̃nq̃ꝫ interitu ipiꝰ rei in q̃ hꝫ vſufr.
⁊ ſm̃ h̃ poſſet hec ſexta ps in ſex pticlãs ſub
diuidi. ſ; qꝛ pticule p ſe patẽt in lr̃a. idcirco
pticlarũ diſtinctõi nõ inſiſto. Po. igr̃ ſic ca.
Dñe iã video q̃d eſt vſuf. ⁊ q̃lr̃ ꝯſtituit̃. ⁊ in
q̃b; i b; ꝯſtitui põt. dicat̃ modo mihi q̃bus
mõis finitur vſuf. Ad h̃ rñ. Amice. vſufr.
naturali morte vſufructuarij finitur ⁊ ſilr̃
morte ciuili. vic; maxima ⁊ media capi. di-
mi. vſufructuarij. finitur etiã vſuf. ſi vſufru
ctuariꝰ nõ vtatur vſuf. p tps a lege ſtatutũ
⁊ hec oĩa ſtatuit nr̃a ꝯſtitutio. ⁊ nõ ſolũmo
do p̃dictꝫ modis finit̃ vſuf. ſ; etiã ceſſiõe. nã
ſi vſufructuariꝰ dño ꝓprietat̃ ceſſerit finitur
vſuf. ſecus ſi extraneo ceſſerit. nã extraneo
cedẽdo nihil agit. ⁊ ſilr̃ in caſu ꝯuerſo. ſi vſu
fructuariꝰ ꝓprietatẽ rei in q̃ hꝫ vſũfr. acq̃ſie-
rit finitur vſuf. ⁊ hmõi acq̃ſitio ꝓprietat̃ ap
pellatur ꝯſolidatio. ⁊ nõ ſolũ p̃dictis mõis
finitur vſufr. ſ; etiã interitu ipiꝰ rei in q̃ ha-
bet vſũf. nã ſi edes incẽdio in totũ ꝯſumpte
fuerint vl' terremotu vl' ⁊ vicio ꝓprio corrue
rint ꝯſtat vſũf. extingui nec aree vſũf. debe-
ri ⁊ hec dicũtur i ſexta pte vſ; ad illũ. §. Cũ
aũt. Hic incipit ſeptĩa ps in q̃ ſic po. ca. dñe
iã video q̃b; mõis finitur vſuf. dicat̃ mihi
mõ ſi placet q̃d iur; ẽ q̃n totꝰ vſuf. ẽ finitus.
Ad h̃ rñ. Amice cũ totꝰ vſuf. finitꝰ fuerit re
uertitur ſtatim ad ſuã ꝓprietatẽ ⁊ ꝯſolidatur
cũ ea. ⁊ q̃ p̃mo erat dñs nude ꝓprieta tis in-
cipit ex eo tpe plenã ꝓprietatẽ ⁊ ptãtẽ in rem
habere. hec dicũtur vſq̃ꝫ in finẽ tituli. No-
ta ꝙ quedam res vſu ꝯſumũtur quedã nõ
nota ſcõo ꝙ pecunia ipo vſu aſſidua pmu-
tatione ꝯſumitur. Tercio nota duas diffe
rentias inter vſũfructũ eaꝝ reꝝ q̃ nõ cõſu-
mũtur vſu. ⁊ eaꝝ que ꝯſumũtur vſu. Pri-
ma drñtia in his reb; q̃ vſu ꝯſumũtur trã-
ſit dñium in vſufructuariũ. in alijs aũt nõ.
Scõa qꝛ in his reb; q̃ vſu ꝯſumũtur non
pt̃ ſaluari ſba. ſ; in alijs ſic. Et eſt tercia dif
ferẽtia qꝛ in his reb; q̃ vſu ꝯſumũtur ſatiſ-
dat vſufructuariꝰ ſolũ de reſtituẽdo ſ; i alijs
nedũ de reſtituẽdo ſ; etiã de vtẽdo fruendo
arbitrio boni viri. Eſt etiam q̃rta drñtia qꝛ
vſuf. eaꝝ reꝝ que vſu ꝯſumũtur finitur tã-
tũ modo duob; modis. ſc; p mortẽ ⁊ capit̃
dimi. ſ; vſuf. aliaꝝ reꝝ nõ ſolũmodo finitur
illis modis ſed etiam alijs pluribus modiſ
vt in. §. proximo.

## De vſu ⁊ habitatione.

Continuatio iſtius rub. patet ex p̃-
dictis. Nam iuſti. determinauit d̃
quadã pſonali ſeruitute vic; de vſu
fru. vnde in ti. p̃nti intẽdit tractare de alijs
duabus pſonalibus. vic; de vſu ⁊ habita-
tione. vnde de his dicturus ſubijcit rubri-
cam de vſu ⁊ habitatione. Hijſdem mo-
dis ⁊c̃. Ad euidentiã iſtius tituli diuidas ti
tulũ in quatuoꝛ ptes principales. In qua
rum prima pte determinat de prima pte ru
brice vic; de vſu. In ſcõa pte tractat de ſe-
cũda pte rubrice. ſc; de habitatõne. In ter-
cia pte excuſat ſe quare nõ tractat de heredi
tate ⁊ obligatiõibus. In quarta pte ⁊ vlti-
ma ꝯtinuat ſubſequentia precedentib;. pri
ma ps protenditur vſq̃ꝫ ad illũ. §. Sed ſi
cui. Ibi incipit ſcõa pars ⁊ durat vſq̃ꝫ ad il
luꝫ. §. Hec de ſeruitutibus. Ibi tercia et du
rat vſq̃ꝫ ad illũ. §. Expoſuimus. ibi quarta
⁊ vltima ⁊ durat vſq̃ꝫ in finem tituli. Item
prima ps principalis poteſt diuidi in du-
as ptes In quarum prima pte determinat
quibus modis nudus vſus conſtituitur. ⁊
quibus modis finitur. In ſecunda parte
aſſignat differentiam inter nudum vſum ⁊
vſumfructum. prima pars iſtius ſubdiui-
ſionis durat vſq̃ꝫ ad illum. §. Minus Se
cunda pars ibi incipit ⁊ protenditur vſ; ad
illum. §. Sed ſi cui. Pone ergo ſic caſum.
Domine iam video ꝙ vultis tractare de
vſu ⁊ habitatione. dicatis g̃ mihi quibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

modis ꝯſtituitᷣ vſufructꝰ ⁊ nudus vſus et hec in ꝑma pte dicuntᷣ vſꝫ ad illū. §. Minꝰ in q̄ ſic po. ca. Dn̄e iā video ꝙ nudꝰ vſꝰ eiſ/dē modis ꝯſtituitᷣ ⁊ finitᷣ q̄bꝫ vſufr. nūqd ē aliq̄ dr̄ntia īter nudū vſū ⁊ vſūfr. rn̄d. ꝙ ſic minꝰ ei iurꝫ ē ī uſu q̄ꝫ ī vſufr. Nā ille q̄ hꝫ nudū vſū fūdi nil vlteriꝰ hr̄e intelligitᷣ q̄ꝫ vt oleribꝫ pomis feno ⁊ cementis ⁊ lignis tm̄ ad vſū q̄tidianū vti poſſit. Itē in eo fūdo in q̄ hꝫ nuduꝫ vſum tm̄ hactenꝰ ipi vſuario morari licꝫ ut nō dn̄o ipiꝰ fūdi moleſtꝰ ſit neqꝫ operarijs aliqd impedimētū faciat ꝑ qd opa ruſtica in eo fundo nō exerceantᷣ. Itē ī alio differt nuduſuſꝰ ab vſufruc. nā ille q̄ nudū uſum hꝫ ius ſuū alijs vēdere vel locare aut gratiſ donare nō pōt. q̄uis ille q̄ vſūf. habꝫ hec oīa facere poſſit. Itē ille q̄ hꝫ nudūuſū ediū tm̄ iurꝫ intelligitᷣ hr̄e. vt ipe tm̄ in illis edibꝫ inhītare poſſit. nec h̄ ius alijs vēdere aut alioꝰ ad aliū trāfferre poterit. ⁊ vit ē etiā receptū ut liceat ei in illis edibꝫ hoſpitē recipe cum vxore cūꝫ prole ⁊ liberꝫ ⁊ etiā alijſ q̄bꝫ nō minꝰ q̄ꝫ ſeruis vtitᷣ in eiſdē caſibꝫ ius habitandi hꝫ. vn̄ ꝯueniēter ſtatutū ē. ſi mulier in edibꝫ nudumuſū habeat ut cū marito ſuo in eiſdē habitare poſſit. ⁊ hec dicuntᷣ uſqꝫ ad illū. §. Itē is. Adhuc in pn̄ti. §. proſequitᷣ iuſti. materiā ſuā aſſignādo dr̄ntias inter nudūuſuꝫ ⁊ vſūfr. Vn̄ po. ſic. ca. Dicit iuſti. ꝙ ſicᷣ minꝰ iuris ē in nudouſu rei īmobilis q̄ꝫ in vſufr. ita minꝰ iuris eſt in vſu rei mobilis. nā ille q̄ habet nudūuſū in ſeruo. ipe tm̄ opibus ⁊ miſterio ſerui vti pōt ſꝫ ad aliū ius ſuū nllo modo pōt trāfferre. Itē ſi pecorꝫ vel ouiū vſus legatꝰ fuerit neqꝫ lacte neqꝫ lana vti poterit vſuariꝰ niſi ad uſū q̄tidianum q2 oīa in uſufr. ſūt. ſꝫ ad ſtercorandum agꝝ ſuū pecoribꝫ vti pōt. ⁊ hec dicuntᷣ vſꝫ ad illū. §. Sꝫ ſi cui. Hic incipit ſcd̄a ps ꝑncipalis iſtiꝰ ti. In q̄ ſic po. ca. Dn̄e iā video q̄bus modis ꝯſtituitᷣ ⁊ finitᷣ uſus. ⁊ in q̄ differt uſus ab vſufru. dicatꝫ mō mihi de habitatōe. Ad h̄ rn̄. amice Si alicui habitatio legata fuerit. vl̄ alio mō inter viuos ꝯſtituta hmōi hītatio nec vſuf. nec uſus intelligitᷣ. ſꝫ q̄ꝫi q̄ddā ius ꝓpriū ab uſu ⁊ vſufr. ſepatū videtᷣ. vn̄ habētibꝫ habitatōeꝫ ꝓpter rerū vtilitatē ſc̄m marcelli ſn̄iaꝫ nr̄a ꝯſtitutōe ē ꝑmiſſum ut nō ſolū liceat eis in ea habitare. ſed etiā alijs locare. ⁊ hec in ſcd̄a pte vſꝫ ad illuꝫ. §. Hec de ſuitutibꝫ. Hic incipit tercia ps ꝑncipalis in q̄ ſic po. ca. Dn̄e video q̄d eſt vſuffructus ⁊ uſus ⁊ habitatio. dicatis mihi modo de hereditate ⁊ obligatōibꝫ q̄s ſilr ꝯnumeraſtis inter res incorpales. Ad h̄ rn̄. excuſando ſe dic. amice hec de ſeruitutibꝫ ⁊ vſufr. ⁊ vſu ⁊ habitatōe ſufficiāt dixiſſe. nam de hereditate ⁊ obligatōibꝫ nihil h̄ dicemꝰ ſed de his in locis cōpetentibꝫ ꝓponemus. ⁊ hec in tercia pte vſꝫ ad illū. §. Expoſuimꝰ. Hic incipit q̄rta ps in q̄ ſic po. caſū. Dicit iuſti. ꝯtinuando ꝓceſſuꝫ ſuū expoſuimꝰ. ſ. in ti. de reꝝ diui. uſqꝫ huc q̄bꝫ modis de iure gen. dn̄ia reꝝ [illegible] acquiruntᷣ modo videndū eſt q̄bꝫ modis de iure ciuili res nobis acq̄ri pn̄t. ⁊ hec in q̄rta ⁊ vltima pte vſqꝫ in finem tituli.

De vſucapionibꝫ ⁊ lōgi tpis p̄ſcptōibꝫ

Ontinuatio iſtius rubrice patet ex predictis. Naꝫ. ſ. tractauit de acq̄ſitione reꝝ que fit de iure gen. hic incipit tractare q̄bꝫ modis de iure ciuili dn̄ium rerum acquiritᷣ. i. ꝑ preſcriptionē. idcirco intendit hic tractare de vſucapione ⁊ lōgi tem. preſcrip. vn̄ de his dicturus hic ſubijcit rub. de vſuca. ⁊c. dicens Iure ciuili ⁊c. Ad euidentiā iſtiꝰ tituli diuidas totuꝫ titulum in duas ptes ꝑncipales. In ꝑma determinat iuſt. de vſucapione rerum mobilium. in ſcd̄a pte determinat principaliter de p̄ſcptione rerum īmobilium. Prima ps ꝓtenditᷣ vſqꝫ ad illum. §. Nō aūt ad eas res. Ibi incipit ſecūda ⁊ ꝓtenditᷣ vſqꝫ in finē ti. Prima ps in qua principaliter tractatᷣ d vſucapio. ſubdiuiditᷣ in q̄nqꝫ particulas. In quarū prima corrigit iuſti. Ius antiquuꝫ circa vſucaptū ⁊ p̄ſcptum. In ſecūda parte determinat in quibꝫ rebus nō habet locum vſucapio vel preſcriptio ⁊ hoc ꝓpter ipſaruꝫ reꝝ dignitatē. In tercia parte determinat in quibus rebus nō habet locum vſuca. vl̄ preſcrip. ꝓpter viciū ipſarū rerum ꝓponēdo ſup his regulam generalem. In quarta parte infertᷣ regula. In q̄nta ⁊ ultima pte ponit inſtantiā ꝯtra illationē ſiue ꝯcluſionem factam a regula. Prima pars prime partꝫ ꝑncipalis protenditᷣ vſqꝫ ad illum. §. Sꝫ aliquando. Ibi incipit ſecunda ⁊ durat vſqꝫ ad illum. §. Furtiue quoqꝫ res. Ibi incipit tercia ps principalis ⁊ durat vſꝫ ad illū

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

§. Unde ⁊ in reb⁹. ibi quarta. ⁊ durat vſq̧ ad illũ. §. Sed tñ id aliqñ. ibi q̃nta ⁊ dura vſ ad ſcđam ptem pncipalẽ vicȝ ad illũ. §. Nõ aũt ad eas. Po. igit̃ ſic ca. in pma pti cula pme ptis pꝛincipalis. Dñe intellexi q vultis coꝛrigere ius antiquũ circa vſuca. ⁊ pſcp. p deo dicatis mihi q̃d ius antiquũ in his ſtatuerat. Ad hoc rñ. Amice. olim ĩ iu re ciuili ꝯſtitutũ erat vt ſi aliq̃s bo. fi. ab eo q̃ nõ erat dñs quẽ tñ ipe credebat eſſe dñm aliquã rem emerit. vel ex donatõne vl' quas cunq̧ alia iuſta cã ſufficiente ad trãſlatõez dñij aliquã rem accepit. ſi mobilis erat ſe paratio anni vbiq̧ ei⁹ dñium p vſuc. acq̃re bat. Si vo erat imobilis ſepatio anni bie nij tñ italico ſolo vſucapiebat eam. q2 in re imobili bñficiũ vſuc. vltra ſolũ italicũ non extendebat ⁊ antiq̃ ſub tanto tpis breuita te vſuc. ꝯcludebat̃ ne dñia rerũ in incerto eſ ſent cũ h antiq̃oꝛib⁹ iuriſcõſultis placebat q̃ putabãt pꝛefata tpa anni vl' bienij de q̃b⁹ dixim⁹ ſufficere ad dñia ſuaꝝ reꝝ acquirẽ da in aĩo nr̃o melioꝛ ſnĩa reſedit. vñ antiq̃ꝝ ſtatuta ⁊ quo ad curſũ tpis ⁊ quo ad exteſi onẽ bñficij duxim⁹ coꝛrigenda. Sȝ dñe di catis mihi q̃ rõ mouit vos ad hmõi ſtatu tũ antiq̃ꝝ coꝛrigendũ. Ad hoc rñd. Amice duplici rõe ad hoc moti fuim⁹. Pꝛima rõ q̃ mouit nos fuit. ne vicȝ dñi tpis curriculo dñio reꝝ ſuarũ defraudarent̃. Scđa rõ fu it. ne bñficio vſuc. in re imobili in vno loco tm̃ vicȝ in italico ſolo ꝯcluderet̃. ⁊ ideo ꝯſti tutionẽ pmulgauim⁹ p quã ꝯſtituimus vt res mobiles p lapſũ triennij ſi bo. fi. ⁊ iuſto ti. poſſideant̃ a poſſeſſoꝛib⁹ vſucapi pñt. im mobiles vo p lon. tẽ. pſcp. hoc eſt p. x. an. in ter pñtes ⁊ p. xx. inter abñtes pſcribant̃. et his duob⁹ modis ſtatuim⁹ nõ ſolũ in italia ſȝ in om̃i terra q̃ nr̃o impio gubernat̃ dñi um reꝝ iuſto ti. poſſeſſiõis pcedẽte acquiri. Et hec dicunt̃ in pma pticula pme ptis vſ q̧ ad illũ. §. Sed aliqñ. Hic incipit ſcđa p ticula pme ptis vſq̧ ad illũ. §. Sed aliqñ. Hic incipit ſcđa pticula pꝛime ptis pꝛinci palis. in qua ſic po. ca. Dñe iam video q̃ lr coꝛrexiſtis ius antiquũ circa vſuc. ⁊ pſcpt. Nũquid igit̃ oẽs res p tps a nobis ſtatutũ vſucapi vel pſcribi pñt. Ad hoc rñ. q non. Aliqñ em̃ ꝓpter rerũ dignitatẽ vſuc. vl' pꝛe ſcp. locũ hꝛe nõ poterit. veluti ſi q̃s bo. fi. li berum hoĩem ſeu rem ſacrã vel religioſam poſſederit. nã hmõi reꝝ ꝓpter dignitatẽ vſu ca. nll'o tpe pcedit. vel etiã ſi quis ſeruũ fu gitiuũ q̃ furtũ ſui facit lõgo tpe poſſederit. Et hec dicunt̃ in ſcđa pticula vſq̧ ad illũ. § Furtiue q̃ȝ. Hic incipit tercia pticula ſcđe ptis pncipalis in q̃ ſic pone caſũ. Dñe iam vidi q̃ſdã res que vſucapi vl' pſcribi nõ pñt nũquid ſũt adhuc pl'es res q̃ vſucapi vel p ſcribi nõ pñt. Rñ. q ſic. Quedã em̃ res ꝓpt̃ viciũ coherens rei impedit̃ pſcribi vl' vſuc. naȝ furtiue res ⁊ que vi expulſiua poſſeſſe ſũt. etiã ſi p dicto lõgo tẽ. bo. fi. ab aliq̃ poſſeſ ſa fuerint vſucapi tñ nõ pñt. Sȝ dñe q̃ fuit rõ q̃re res furtiua ⁊ vi poſſeſſa nõ põt vſuca pi. Ad h rñd. Amice rõ eſt q2 ita voluit lex nã. l. xij ta. ⁊. l. attilia reꝝ furtiuaꝝ inhibu it vſuca. ⁊. l. iulia ⁊ plautia inhibuit vſuca pionẽ rerũ vi poſſeſſaꝝ. ſȝ q̃d dixim⁹ rerum furtiuaꝝ ⁊ vi poſſeſſaꝝ vſucapionẽ p. l. ſup dictas inhibitũ eſſe nõ intelligas iſtã phi bitionẽ ſpecialẽ ideo vt nec ipe fur nec vi olentus poſſeſſoꝛ vſucapere poſſit. Nam in hmõi furib⁹ ⁊ violentis poſſeſſoꝛib⁹ alia rõ ne vicȝ generali vſucapio nõ pcedit. vicȝ q2 ma la fide poſſidẽt cũ ꝯſcientiã rei aliene ha beant. ⁊ idcirco phibitio ſpecialis in eis nõ erat neceſſaria. ſed ideo facta fuit pꝛohibi tio ſpecialis vt nec vllus ali⁹ q̃uis bo. fi. hu iuſmodi res furtiuas ⁊ vi poſſeſſas emerit vel in dotẽ accepit vel qualibet alia iuſta cã cas vſucape poſſit. ⁊ hec ꝯtinet̃ in tercia p ticula pme ptis pꝛincipalis vſq̧ ad illuȝ. § Uñ ⁊. Hic incipit q̃rta ps pꝛime ptis pꝛin cipalis in q̃ ſic po. ca. Dñe vos dixiſtis mi hi ſup q res furtiue ⁊ vi poſſeſſe vſucapi ñ pñt. vñ videt̃ ex hoc poſſe inferri q in reb⁹ mobilib⁹ vix poſſit hꝛe locũ vſuc. licȝ aliq̃s bo. fi. ⁊ iuſto ti. res alienas mobiles poſſi deat. Qui em̃ rem alienã mobilẽ vendide rit vel q̃cunq̧ alia iuſta cauſa ſine volũtate dñi tradiderit eã ꝯtractare iuito dño intel ligit̃. ⁊ ita furtũ ei⁹ cõmittit. ⁊ ſic videt̃ q reſ furti vicio affecta vſucapi non poſſit. ⁊ hec dicunt̃ in quarta pticula pꝛime ptis pnci palis vſq̧ ad illũ. §. Sȝ tñ. Hic incipit q̃n ta ps pme ptis pꝛincipalis in q̃ ſic po. ca. Dicit iuſti. q q̃uis ſupioꝛi rõe videbat̃ q res mobiles vſucapi nõ pñt. Poſſet tamen aliqñ res ſe aliter hꝛe. Nã ſi apud defunctũ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

aliqua res erat depoſita aut ipſi defuncto
cōmodata vel locata quā heres in heredi-
tate repiens crediderit de bonis hereditarijs
eſſe ꝛ hmōi rem alicui bo. fi. accipienti vēdi
derit aut donauerit aut dotis noīe dederit
aut quolibet alio iuſto titu. ſufficiēte ad do
minū trāſlatōez ei tradiderit. In his caſibꝫ
nō eſt dubiū qn ille q̄ hmōi rem bo. fi. acce-
pit eā vſucape poſſit. qꝛ in p̄dictis caſibꝫ hu
iuſmodi res mobilis ab herede bo. fi. ꝛ iu-
ſto ti. tradita furti nō eſt affecta. Heres eñ q̄
hmōi rē tanq̄ ſuā bo. fi. alienauit furtū nō
cōmiſit. ꝛ nō ſolū in p̄dictis caſibꝫ hꝫ locuz
vſu cap. ſꝫ etiā in alio caſu. Nā ſi vſufructu
ari⁹ ancille crediderit ptū ei⁹ vſufr. eſſe. ꝛ id-
cir co ptū ancille credēs eē ſuū alicui bo. fi.
ementi vēdiderit iſte fructuari⁹ furtū nō cō-
mittit. ꝛ h̄ ſm illā regulā generalez q̄ cauet
furtū ſine affectu furandi nō cōmitti. ꝛ non
ſolū his modis ſꝫ etiā alijs multis modis
pōt accidere. vt cū q̄s rē alienā mobilē ſine
vicio furti in aliū trāſferat. ꝛ ita efficiat vt a
bo. fi. poſ. vſucapi poſſit. ꝛ hec dicunt̄ i q̄n-
ta pticula p̄me ptis p̄ncipal' vſq; ad illū. §.
Nō aūt ad eas res. Hic incipit ſcd̄a ps p̄n
cipalis. quā ad euidentiorē īuuenū doctri-
nā diuidas in ſex pticulas ꝛ plana erit. In
q̄ꝝ p̄ma pticula ponit exēplū de p̄ſcriptiōne
reꝝ imobiliū qn̄ locū hꝫ. In ſcd̄a pticula de
terminat q̄lr debeat intelligi regula de rebꝫ
furtiue ꝛ vi poſſeſſis. In tercia pticula d̄ter
minat de q̄buſdā rebꝫ q̄ ꝑpter eoꝝ p̄uilegiū
vſucapi nō p̄nt. In quarta pticula ponit re
gulā generalē qn̄ locū hꝫ p̄ſcriptio vl' vſuca
pio. In q̄nta pticula determinat de tpe vſu
capionis vl' p̄ſcriptōis inter p̄deceſſorē ꝛ ei⁹
ſucceſſorē ꝯtinuādo. In ſexta ꝛ vltima par
te determinat de q̄buſdā ſpēalibꝫ p̄ſcptioni
bus q̄ habent locū qn̄ fiſcus vēdit rē alienā
vt ſuā. Pone igit̄ ſic caſū in p̄ma pticula ſe
cūde ptis p̄ncipalis. Dn̄e vos poſuiſtꝭ mi-
hi mlta exēpla de vſuc. rerū mob. ſed dicatꝭ
mihi ſi placet qn̄ locū hꝫ vſuc. reꝝ imobiliū
Ad h̄ rn̄d. q̄ ad p̄ſcriptionē eaꝝ reꝝ q̄ ſolo
ꝯtinent̄ expedit in⁹ ita ꝓcedit vſucapio. vt ſi
q̄s ſine vi nact⁹ ſit poſſeſſionez alicui⁹ fundi
vacantis q̄ pōt varijs modis ꝯtingere aut
vicꝫ ꝑpter abſētiā dn̄i. aut ꝑpter ei⁹ negligēti
am. aut ſi dn̄s fundi ſine ſucceſſore deceſſe-
rit. licet ipe q̄ occupauit ma. fi. poſſideat cū

intelligat ſe alienū fundū occupaſſe. ſi tamē
alij bo. fi. accipienti hmōi fundū tradiderit
poterit ille cui tradit̄ preſcribere. ꝛ hoc ideo
qꝛ hmōi fundus nō videt̄ vicio affect⁹ cuꝫ
ille q̄ fundū accepit neq; furtiuū neq; vi poſ
ſeſſum accepiſſe intelligat̄ ex q̄ iſte fundus
nō ſit furtiu⁹ ptꝫ tali rōne. qꝛ rei imobil' fur
tū fieri nō pōt. Abolita eſt eñ quorūdā ve-
terū ſnīa qui putabāt toti⁹ fundi vl' ptis ipi
us furtū poſſe cōmitti. Ptꝫ igit̄ q̄ cū hmōi
fundus nō ſit furtiu⁹. nec etiā vi poſſeſſus
p̄ſcribi poſſit. Principalibus eñ ꝯſtitutiōi
bus p̄ſpectū eſt ne aliq̄ eoꝝ q̄ res mobiles
bo. fi. poſſidēt. longa ꝛ indubitata poſſeſſio
ne auferri debeat. ꝛ hec in p̄ma pticl'a ſcd̄e
ptis p̄ncipalis vſꝫ ad illū. §. Aliqn̄ etiā fur
tiua. Hic incipit ſcd̄a pticula ſcd̄e ptis p̄n
cipalis. in qua ſic po. ca. Dn̄e dixiſtis mihi
ſ. q̄ res furtiue ꝛ vi poſſeſſe vſucapi n̄ p̄nt.
nunq̄d h̄ generalr̄ eſt veꝝ q̄ res ſemel furti
ua ꝛ ſemel vi poſſeſſa nunq̄ poſſit vſucapi.
Ad hoc rn̄. q̄ nō. Nā res quondā furtiua
vl' vi poſſeſſa aliqn̄ vſucapibilis efficit̄. velu
ti ſi poſtea reuerſa fuerit in dn̄i ptātē. Tūc
eñ purgato vicio qd̄ vſuca. ei⁹ impediebat
bn̄ poterat ei⁹ vſucapio ꝓcedere. ꝛ hec dicūt̄
vſq; ad illū. §. Res fiſci nr̄i. Extra ca. no. q̄
rei imobilis nō fit furtū. Res fiſci nr̄i.
Hic incipit tertia pticula ſcd̄e ptis p̄ncipa
lis. Nota q̄. §. iſte diſtinguit inter res iam
acquiſitas ꝛ res in poſteꝝ acq̄rēdas fiſco.
Nā lꝫ res iā acq̄ſite fiſco. vſuca. nō poſſint
ſecus tn̄ in acq̄rendis. Po. igit̄ ſic ca. Dn̄e
vos poſuiſtis exemplū de q̄buſdā rebꝫ q̄ ne
q; vſucapi p̄nt. nūquid ſūt ples in q̄bꝫ non
habet locū vſuc. vel p̄ſcptio. Rn̄. q̄ ſic Res
eñ fiſci nr̄i vſucapi nō p̄nt. ꝛ hoc eſt veꝝ in
rebꝫ fiſco acq̄ſitis ſꝫ ſecus ē in acq̄rēdis. nā
papias ſcripſit q̄ ſi bone fi. emptor de boīs
vacantibꝫ ꝛ nōdū fiſco denūciatis aliquaꝫ
rem emerit ꝛ eandē bo. fi. ſibi traditā accepe
rit poterit tn̄ eā rē beneficio vſuc. acq̄rere. ꝛ
hoc idem diuus pius ꝛ diu⁹ ſeuer⁹ ꝛ antho
ni⁹ ſcripſerūt. ꝛ hec in tercia pte ſcd̄e ptꝭ p̄n
cipalis dicunt̄ vſꝫ ad illū. §. Nouiſſime ſcie
dū. Hic incipit q̄rta pticula ſcd̄e ptis p̄nci
cipalis in q̄ ſic po. ca. Dn̄e iā poſuiſtis mi-
hi exemplū qn̄ hꝫ locū vſu. vl' p̄ſcrip. Sed
ꝓ deo dicatꝭ mihi regulā generalez p quam
poſſim cognoſcere generalr̄ qn̄ locū hēe po



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

terit vſucapio vel preſcꝑ. Ad hoc rñ. imꝑ.
Amice ſcire debes generalr̃ rē talē ee debe-
re vt̃ ſe viciū nō habeat ad h̄ ꝙ poſſet a bo-
ne fidei emptore vel ab eo q̄ alia ex q̄cunq̄
cā iuſta poſſidet vſucapi vł̃ preſcribi poſſit.
Sʒ dñe iā video ꝙ res debeat carere vicio
ad h̄ ꝙ poſſet vſucapi. ſʒ nūq̄d ſufficit ad
vſucap. ꝙ poſſeſſor errore decept⁹ credat ſe
iuſto ti. poſſidere rē quā ſine titulo poſſidet
veluti ſi ꝑ errorē credat ſe titulo donatōnis
vel emptōis poſſidere. Rñ. ꝙ nō. Error eñ
falſe cauſe vſuca. nō parit. veluti ſi q̄s cum
rem nō emerit eā ſe emiſſe exiſtmās q̄ſi titu-
lo poſſideat emptiōis vel cū res donata nō
fuerit q̄ſi ti. donatōis ſe poſſidere exiſtimet.
nā in his caſib⁹ cū in veritate titulis defici-
at. vſuca. ꝓcedere nō poterit. ⁊ hec dicūt vſʒ
ad illū. §. Diutina. Hic incipit q̄nta ps ſcđe
ptis ꝑn. in q̄ ſic po. ca. Dñe tici⁹ pr̄ me⁹ poſ-
ſidebat alienū fūdū quē emerat a nō dño ꝑ
viij. ānos ꝯtinuos inter p̄ñtes ⁊ poſtea de-
ceſſit tici⁹ pr̄ me⁹ ⁊ ego ei ſucceſſi ⁊ eūdē fūdū
inter p̄ñtes ꝑ bieniū ꝯtinuū vł̃ etiā ꝑ trien-
niū ſine oī interruptōe poſſedi ⁊ ita tp̄s pre-
ſcꝑtōis a ticio p̄re meo inchoatū cōpleui. ſʒ
veniēs p⁹ea ver⁹ dñs cepit eūdē fūdū a me
vendicare ⁊ ego obieci exceptionē p̄ſcꝑtio-
nis. ipſe replicauit p̄ſcꝑtōeʒ ꝑ mortē patris
mei ee interruptā. Dñe dicatis mihi ſi ꝑ e-
hmōi replicatōnis poſſit exceptionē preſcꝑ-
tionis elidere ⁊ ꝑ ꝯñs in rei vēdicatōe obti-
nere. Rñ. ꝙ nō. Nā diutina poſſeſſio q̄ pro-
deſſe cepat defuncto ⁊ heredi ſuccedēti ō iu-
re ciuili ⁊ etiā bonoꝝ poſſeſſori de iure ꝑpro-
rio ſuccedenti ꝯtinuat̃. nec ꝑ mortē ipi⁹ de-
functi interrūpit̃ q̄uis ipe heres vł̃ bo. poſ-
ſeſſor ſnīam habeat rei aliene. ⁊ h̄ eſt verum
q̄ñ defunctus iuſtū habuit initiū ſecꝰs eſt
in caſu ꝯuerſo. Nam ſi ipſe defunctus iu-
ſtū initiū nō habuit poſſeſſio ei⁹ heredi vel
bo. fi. poſſeſſori bonā fideʒ habenti ꝓdeſſe
nō pōt. qđ nr̃a ꝯſtitutio nō ſolū in p̄ſcriptiō-
nib⁹ ſʒ etiā in vſucapi. obſeruari ꝯſtituit vt
vicʒ inter defunctū ⁊ ei⁹ ſucceſſorē tp̄a con-
tinent̃. ⁊ hec nō ſolū locū habēt in eo q̄ ſuc-
cedit in titulo vniuerſali ſʒ etiam q̄ in titu-
lo ſingulari ſuccedit. nam inter emptoreʒ ⁊
venditorē tp̄a debere ꝯtinuari diuus ſeue-
rus ⁊ anthonius reſcripſerūt. ⁊ hec dicunt̃
vſq̄ ad. §. Edicto diui marci. Hic incipit
ſexta ⁊ vlti. ꝑticula ſcđe ptis ꝑnc. in qua di-
ſtinguunt̃ tria tp̄a ꝑ ordinē. Pone igit̃ ſic
caſū. Dicit iuſti. ꝙ edicto diuo marci ita
cautū eſt ꝙ ſi aliq̄s emerit rē alienaʒ a fiſco
vendēte vt ſuā ⁊ dñs rei ſuā rē ab emptore i-
fra q̄nqueniū poſt q̄ tp̄s venditōis lapſuʒ
fuerit nō repetebat poſtea emptor ꝑ excepti-
onē q̄nquēnalis preſcriptionis dñm rei re-
pellebat. ⁊ hec obtinebat vſq̄ ad tp̄s dñi ce-
nonis. Poſtea aūt ꝯſtitutio bone memorie
cenonis illis q̄ a fiſco venirent rē alienam vt
ſuam aliquid emerint vt titulo donatōnis
vel alia quacūq̄ iuſta cauſa acceperint bñ
proſpexit. Nam in ꝯſtitutione cenonis cau-
tum eſt vt illi qui a fiſco alienā rem vt ſuam
aliquid accipiunt ſtatim ſecuri fiant ⁊ exi-
ſtant victores ſiue agant aduerſus alios ſi-
ue ab alijs ꝯueniant̃. Sed certe dñe videt̃
mihi ꝙ iniq̄ ſit ꝯſtitutio cenonis q̄ ſtatuit
ita ꝓꝯs dños ꝑ alienatōem a fiſco factā ſta-
tim excludi. Ad h̄ rñ. Amice non ē ita iniq̄
ꝯſtitutio cenonis ſicut tibi videt̃. Nā in ea-
dē ꝯſtitutōne dñis rerū ꝓſpectuʒ eſt. Licet
eñ aduerſus emptores venire non poſſint.
actiones tñ ſuas ſi quas ſibi in hypotheca
vel dñio rerū a fiſco alienatarū putauerint
cōpetere ꝑ eandē ꝯſtitutōem vſq̄ ad quadri-
enniū aduerſus ſacratiſſimū erarium po-
terint exercere. Sed dñe iam ego video q̄d
dñs ceno ſtatuit in alienationib⁹ factis a fi-
ſco vendente rē alienā vt ſuam. ſʒ ponam⁹
ꝙ impa. vendat aliquā rē de patrimonio ꝑ-
prio qđ habuit ante diadema imperij quid
iuris erit in caſu iſto. Ad hec rñ. ꝙ ideʒ iu-
ris in caſu iſto erit quod ſtatutū fuit in ꝯ-
ſtitutione cenonis. Nā in ꝯſtitutione quā
nuꝑ ꝓmulgauimus de his a noſtro ꝑua-
to patrimonio vel a patrimonio venerabi-
lis auguſti aliquid acceperint ſtatuimus
idem ꝑ oīa ſeruari que in prefata diuine me-
morie cenonis ꝯſtitutōe ꝯtinentur. ⁊ hec di-
cunt̃ vſq̄ in finē tituli.

## De donationibus.

Continuatio iſti⁹ rub. ptʒ ex ſuꝑdi-
ctis. nā. s. in ti. primo p̄cedenti tra-
ctauit dñs iuſti. de duobus modis
acquirendi dñium de iure ciuilī. vicʒ ō vſu-
ca. reꝝ mobiliū. ⁊ de p̄ſcriptōne imobiliū. ⁊
q̄r donatio eſt quidā modus acquirendi de
iure ciuili. idcirco hic de donatōibus tra-

ctare intendit. vnde de his dicturus anne
ctit rub. de dona. Et ad euidentiorē inue-
nū doctrinā diuidas totū ti. in duas ptes.
In quaꝝ pma pte ꝯtinuat impa. pceſſū ſuū
In ſcða pte ponit hime. diui. dona. pma pſ
eſt breuis ⁊ leuis ⁊ durat vſ3 ad illū. §. Alie
aūt. ibi incipit ſcða ps ⁊ ptendit vſ3 in finē
ti. Pone igit ſic caſū. in pma pte. Dn̄e iā vi
deo qł'r p vſuca. ⁊ pſcript. acqrit dn̄ium re-
rū de iure ciuili. nunqd ſūt plēs modi acq-
rendi dn̄ium de iure ciuili. Ad h rn̄. iuſt. ꝙ
ſic. Eſt em̄ aliꝰ modꝰ ciuilis acqſitiōis vi3
donatio. vn̄ hic de donatōib' videndū eſt. ⁊
hec in pma pte ſ3 pone in ſcða. Dn̄e iam vi
deo ꝙ vultis tractare de dona. ponatis mi
hi aliq̄ diuiſionē donatōis. Ad h rn̄. dona
tionū duo ſūt genera. Eſt em̄ qdā donatio
inter viuos ⁊ alia cauſa mortis. ſ3 dn̄e dica
tis mihi qd cenſet donatio cauſa mortꝭ Ad
h rn̄. amice donatio cā mortis eſt q̄ fit ꝓpter
mortis ſuſpitonē veluti ſi qs ita donat vt ſi
ipm mori ꝯtigerit remaneat donatio penes
donatariū. ⁊ hmōi mortis cā donatio trib'
modis reuocat vi3 ſi donator conualuerit
vł cū donatōis ſue penituerit. aut ſi donata
riꝰ prius deceſſerit. ⁊ hmōi mortis cā dona-
tio p oīa fere ad exemplū legatoꝝ redacta ē.
Nā cū ante tpus noſtrū veteres iuriſpru-
dētes dubitarēt vtrū donatonē cā mortis
oporteret obtinere ſilitudinē cū legato. an
cū donatione ſimplici inter viuos. ⁊ qdam
antiqui eā vellēt donatōi ſimplici cōparare
⁊ qdā legato. Ad hmōi diſcordiā antiqr ū.
ſopiendā a nobis ꝯſtitutū eſt vt hmōi do-
natōes cā mortꝭ p oīa fere legatꝭ ꝯnumeren
tur. ⁊ ſic oīno pcedit quēadmodū nr̄a ꝯſti-
tutio eā pcedere ꝯſtituit. ⁊ vt breuiter d hac
donatōe expediamꝰ. in ſūma ſcire debes ꝙ
mortꝭ cā donatio ē cū aliqs ita donat vt ma
gis velit ſeipſum habere ſi conualuerit q̄
donatarium. magiſq̄ donatarium ſi mori-
at q̄ heredem ſuū. ſicut homerꝰ rec tat the-
lemacū his ꝟbis expſſis d oāſepyrro. ⁊ hec
dicunt in pma pte ſcðe ptꝭ pn. vſ3 ad illū. §
Alie aūt donatōes. ¶ In hac pticula ita p
cedit. Primo deter. qł'r pficit donatio inter
viuos ⁊ qs ſit eiꝰ effectꝰ. ſcðo corrigit iura
antiq̄ circa inſinuatōe3 donatiōis ſimplicꝭ.
tercio deter. qb' ex cauſis donator donatio
nē ſimplicē ⁊ pfectā reuocare pt. Po. igit ſic
ca. Dn̄e iā vidi exēplū de donatōib' cā mor
tis ⁊ de eius effectu. ponatꝭ mihi exē. de do-
natōib' inter viuos Ad h rn̄. amice ſūt qdā
donatōes q̄ ſine aliq̄ mortꝭ cogitatōe fiunt
⁊ hmōi dona. inter viuos appellant. ⁊ tales
dona. legatꝭ nō cōpant. Si em̄ pfecte fue-
rint temere reuocari nō pn̄t. Sed dn̄e dica
tis mihi qn̄ dicunt pfecte. Ad h rn̄. Amice
hmōi donatōes pfecte cenſent cu3 donator
volūtatē ſue libertatis in ſcptis vł ſine ſcptꝭ
donatario maifeſtauerit. puta p talia ꝟba.
dabo vł donabo tibi talē rē. ⁊ in nr̄a ꝯſtituti
one cautū ē hmōi donatōes ſeł pfectas tra
ditōis necitatē ad exēplū vēditōis in ſe hr̄e.
vt ſic vēditor rē vēditā numerato ſibi pcio
tradere cōpellit. ita donator pꝰemiſſa3 libe-
ralitatis voce auctē nr̄e ꝯſtitutōis tradēdi
necitas imponat. Sed dn̄e antiq̄ pncipes
ſtatuerūt donatōes ſimplices ſūmā ducen
toꝝ aureoꝝ extēdentes ſine inſinuatōe ſcri
pture nō valere. nūquid placet vob ꝙ illud
hodie obſeruet. Ad h rn̄. ꝙ nō. Nā cū ꝯſti-
tutōnes antiqꝝ pncipū ſtatuerūt hmōi do
natōes ſimplices extēdentes ſūmā ducento
rū aureoꝝ actis interuenientib' inſinuari
nr̄a ꝯſtitutio hmōi ſūmā vſ3 ad qngētos ſo
lidos ampliauit ⁊ ſtatuit vſ3 ad qngētos ſo
lidos ſine oī inſinuatōe valere donatōnes.
⁊ p eandē ꝯſtitutōe3 qſdā ſpēs donatōnū i-
troduximꝰ q̄ l3 qngētos ſolidos excedāt tn̄
nullā inſinuatōe3 deſiderāt. ſ3 in ſe ſine oī i
ſinuatōe pleniſſimā hn̄t auctoritatē. ⁊ alia i
ſup mlta ad vberiorē exitū donationū inue
nimꝰ q̄ oīa ⁊ ſingula ex ꝯſtitutōib' nr̄is q̄s
ſup hmōi donatōib' fecimꝰ maniſeſtiſſime
colligi pn̄t. S3 dn̄e vos dixiſtis mihi. ſ. ꝙ
hmōi donatōes ſimplices ſeł pfecte nō pn̄t
reuocari. nūquid ē h generałr vex. Rn̄det
ꝙ nō. Licet em̄ dixerimꝰ tales donatōnes
nō poſſe reuocari. Tn̄ ſciendū eſt ꝙ ⁊ ſi ple
niſſime ſint hmōi donatōes ſi donatarij i-
grati extiterint erga donatores licebit ipis
donatorib' p nr̄a3 ꝯſtitutōe3 certꝭ ex cauſis
eas reuocare. ⁊ hō ſtatuimꝰ ne donatores
q̄ bn̄ficiū ſue liberalitatꝭ in alios ꝯtulerunt
ab illis iniuriā vł iacturā patiant fm mo-
des in nr̄a ꝯſtitutōe enumeratos ⁊ hec in
ſcða pticula ſcðe ptis pn. vſ3 ad illū. §. Eſt
⁊ aliud. Hic in ſcða pticula ſcðe ptꝭ in q̄ ſic
pcedit. pmo recitat obſeruatōe3 iuris antiq̄



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

circa donatões ꝓpter nuptias ſcđo recitat
ſemiplenã correctionẽ introductã a iuſt. pa
tre ſuo. tercio ponit ſuã corectionẽ pfectã q̄
hodie obſuaĩ ⁊ ita i pñti. §. pñt notari tria
tpa p ordinẽ. primũ vicꝫ antiq̄ꝝ impat. ſm
iuſti. terciũ iuſti. Po. igiĩ ſic. ca. Dñe iã vidi
de donatõe ſimplici q̄ appellaĩ donatio iter
viuos nunqđ ẽ aliqđ aliud genꝰ dona. inter
viuos. Ad h̄ rñ. ꝙ ſic. Eſt em̄ qđdã aliđ ge
nus donationũ qđ veteribꝫ iuriſcõſult ꝑe
nitꝰ erat incognitũ. ſꝫ pꝰea a minoribꝫ pnci
pibꝫ fuit introductũ ⁊ ſm eos donatio an
te nuptias appellabaĩ ⁊ in ſe hẽbat tacitaꝫ
ꝯditõeꝫ vt tũc ita demũ rata eẽt hec dona
tio ⁊ effectũ hẽret cũ matrimoniũ eẽt ſbſecu
tũ. Sꝫ dñe q̄re appellabaĩ añ nuptias Rñ.
ꝙ iđ qꝛ ſp añ nuptias fiebat lꝫ effectũ nõ ha
beret niſi nuptijs ſbſecutꝭ nunq̄ꝫ pꝰ nup. ce
lebritas talꝭ donatio potuit ichoari. ſꝫ pꝰea
diuꝰ iuſtinꝰ pꝛ meꝰ hmõi obſeruatõeꝫ ſemi
plene correxit. Naꝫ cũ pmiſſũ fuerit dotes
ꝯſtãte mr̄imo. poſſe augeri pmiſit in ꝯſtitu
tõe ſua hmõi donatões añ nup. ⁊ pꝰ nup. ce
lebratas ad ſilitudinẽ poſſe augeri. ſꝫ tñ no
mẽ icõueniẽs penitꝰ r̄manebat. naꝫ añ nup.
vocabaĩ vt priꝰ lꝫ ex ꝯſtitutõe ſua pꝰ nu. tale
ſuſcipiat incrementũ ⁊ ita lꝫ augebaĩ pꝰ nu
ptĩ. tñ añ nup. appellabaĩ. ⁊ ita maifeſte ptꝫ
ꝙ nomẽ ñ bñ ꝯſonabat rei. vñ nos pleiſſio
fine ſanctões tradere cupiẽtes ⁊ ꝯſona noĩa
rebꝫ eẽ cupiẽtes vl̄ ſtudẽtes i nr̄a ꝯſtitutiõe
ſtatuimꝰ vt hmõi donatõ. nõ ſolũ pꝰ celebra
tas nup. augmẽtũ ſuſcipiãt. ſꝫ etiã initiũ ſu
ſcipe pñt ⁊ in h̄ dotibꝫ parificanĩ. vt queãd
modũ dotes ꝯſtãte mr̄imonio nõ ſolũ au
geri ſꝫ etiã de nouo fieri pñt. ita hmõi dona
tões q̄ ꝓpter nup. introducte ſũt nõ ſolũ cõ
ſtãte mr̄imoĩo ꝯtracto augeri ſꝫ etiã de no
uo ꝯſtitui pñt ⁊ hec dicũĩ in ſcđa pte ſcđe p
tis pncipalis vſꝫ ad illũ. §. Erat olim. Hic
incipit tercia pticl̄a ſcđe ptꝭ pn. in q̄ ſic pce
dit. pmo queãdmoduꝫ ciuilꝭ acq̄ſitio ſit ſm
antiq̄ iura. ſcđo aſſigĩ cauſã q̄ mouebaĩ ad
corrigẽdũ talẽ modũ acq̄rẽdi. tercio qualr̄
hmõi acq̄ſitõeꝫ correxit. Po. igĩ ſic ca. Dñe
vidi pl̄es modos acq̄rẽdi de iure ciuili. nũ
q̄d adhuc repiunĩ pl̄es modi ciuilꝭ acq̄ſiti
onis. Rñ. ꝙ ſic. Erat em̄ olim aliꝰ modꝰ ci
uilis acq̄ſitiõis p ius accreſcẽdi. qđ q̄dem
ius accreſcẽdi erat tale. ſi duo hẽbãt ſeruuꝫ
cõeꝫ puta petrꝰ ⁊ mar. ſi petrꝰ ſolꝰ iter viuos
vl̄ i vlt. volũtate cõem ſuũ manumittere: li
bertas nõ valebat. ſꝫ i eo caſu ps petri peiꝰ
tus amittebaĩ ⁊ matr. nolẽti mãumitere ac
creſcebat. ⁊ ita ſuꝰ q̄ pus cõis erat totꝰ mar
tino p ius accreſcẽdi acq̄rebaĩ. ſꝫ cũ h̄ peſſi
mũ fuerat exẽplũ ſeruũ q̄ dẽ manumiſſũ lib
tate defraudari ⁊ impoſitõe libertatꝭ huma
nioribꝫ dñis dãnũ iferri. ⁊ ſeuioribꝫ lucꝝ ac
q̄ri. vñ h̄ q̄ iuidia plenũ pio remedio p no
ſtrã ꝯſtitutõeꝫ duximꝰ corrigẽdũ ⁊ iuenimꝰ
viã p quã tã manumiſſor q̄ꝫ ſociꝰ eiꝰ manu
mittere nolẽs q̄ꝫ etiã ſuꝰ q̄ libtatẽ accepit no
ſtre pmiſſiõis bñficio cõiter pfruanĩ. Sta
tuimꝰ em̄ vt libertas ſeruo cõi impoſita de
bitũ effectũ ſortiaĩ. Maifeſtũ em̄ ẽ antiq̄s
legiſlatores i fauorẽ libertatꝭ mlťa ꝯ regl̄as
cõẽs iuris ſtatuiſſe. ⁊ ſtatuimꝰ ꝙ dñs q̄ lib
tatẽ ipoſuit ſue libtatꝭ ſtabilitate gaudeat. ⁊
ſociꝰ indẽnis ꝯſeruẽĩ ⁊ pciũ ſerui manumiſ
ſi ã dño mãumittẽte ſuũ ſm pte dñij ꝯſtitu
tione diffinimꝰ accipiat ⁊ hec in tercia pti
cula ſcđe ptꝭ pn. vſꝫ in fi.

Quibꝫ alienare licet vel non.

Ontinuatio iſtiꝰ rub. pꝫ i hũc mo.
Dictũ eſt. ſ. q̄bꝫ modis aliq̄s adipi
ſciĩ dñiuꝫ. vl̄ de iure gen. vl̄ de iure
ciui. ⁊ regl̄are ẽ ꝙ q̄ dñs eſt rei dñium eius
trãſferre poſſit ⁊ q̄ dñs nõ eſt dñium trãſfer
re nõ poſſit. qꝛ tñ i vtraq̄ꝫ regl̄a q̄nq̄ꝫ ꝯrium
ꝯtingit vicꝫ ꝙ ille q̄ dñs ſit rei alienare non
poſſit ⁊ ecõuerſo. ſcꝫ ꝙ q̄ dñs nõ eſt dñium
trãſferre tñ in aliũ poſſit idcirco đ his ſpẽa
libꝫ h̄ trac. intẽdit. vñ de his dicturꝰ ſubijcit
rub. q̄bꝫ alie. lꝫ vl̄ nõ. ⁊ ad euidẽtiã iſtiꝰ ti. di
uidas ti. pmo ⁊ pnci. in duas ptes. In q̄rũ
pma pmittit duo ſpẽalia de q̄bꝫ intẽdit tra.
in ti. iſto. In ſcđa pte exẽplificat de eiſdẽ ſpe
cialibꝫ de vtroq̄ꝫ dilucida exẽpla ponẽdo. p
ma pſ du. vſꝫ ad illũ. §. Nã dotale pdiũ. ibi
incipit ſcđa ps ⁊ ꝯtendiĩ vſꝫ i fi. ti. ⁊ qꝛ đ du
obus ſpẽalibꝫ tm̄ tractat i ti. iſto vicꝫ q̄n dñs
nõ põt alie. ⁊ q̄n nõ dñs alie. pt. ſm h̄ iſta. ij.
ps ſbdiuidiĩ i duas pticl̄as ſꝫ qꝛ nõ ꝯtinue
pſeq̄ĩ iſta duo ſꝫ ꝯfuſe. idcirco diui. hãc ſe
cũdã ptẽ in tres pticl̄as. In q̄ꝝ pma pte đ
ter. i q̄ cãu dñs rei eã alie. nõ põt. In ſcđa p
te deter. in q̄ caſu nõ dñs alienãdi ptãtẽ hꝫ.
In tercia pte redit ad pmũ ⁊ poĩt aliũ caſũ
in q̄ ille q̄ dñs eſt alie. non põt. pma ps ſcđe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑtis ꝓtendit vſq; ad illū. §. Contra. ibi in/
cipit ſcḋa ⁊ ꝓtendit vſq; ad illū. §. Nūc aūt
ibi tercia incipit ⁊ ꝓtendit vſq; in fi. ti. Po
ne igit ſic ca. In ꝑma ꝑte dicit iuſti. ꝑmittē
do ea de q̄b; intēdit h̄ tractare: q2 aliqñ acci/
dit ꝙ ille q̄ dñs eſt rei dñium tñ eiuſdē rei ī
aliū transferre nō poſſit. ⁊ in caſu ꝯuerſo ſi/
milr̄ qñq; accidit vt ille q̄ dñs nō eſt ꝑtātē
tñ dñiū trāſferēdi in aliū habet. ⁊ hec in ꝑ
ma ꝑte vſq; ad illū. §. Nam dotale. Hic in/
cipit ꝑma ꝑticula ſcḋe ꝑtis ꝑn. in qua ſic ꝑ
cedit. Primo ponit ca. in q̄ dñs nō pōt alie/
nare. ſcḋo aſſignat cauſā q̄re ꝓhibet aliena
re. vicȝ q2 lex iulia ꝓhib;. ⁊ corrigit lex iulia
in duob; caſib;. ꝑmo circa ꝓhibitōem alie/
natōis quā in certo loco ꝯcluſit. ⁊ ſcḋo in ꝑ
miſſione alienatōis quā lex iulia ꝯſentien/
te muliere fieri ꝑmiſit. ⁊ poſtea aſſignat rō/
nē q̄re corrigit lex illa iulia circa ꝑmiſſionē
alienatōis. Po. igr̄ ſic caſū. Dñe vos dixi/
ſtis mihi. ſ. ꝙ dñs rei aliqñ rē aliena. nō ꝑt
ponatȝ mihi exemplū d̄ h̄. Ad h̄ rñ. Amice
ecce maritus lȝ dñs ſit ꝑdij dotalis tñ inui/
ta muliere ꝑdiū ſibi in dotē datū ꝑ. l. iul. de
fundo alienare ꝓhibet ⁊ ypothecas eaꝝ re
rū que volente etiā mlīere fiebāt quā. l. iul.
ꝑ ꝯſtitutionē noſtrā correxim9 ⁊ in meliorē
ſtatū deduxim9. Nū cū ꝓhibitio. l. iul. tātū
modo in reb; īmobilib; ytalicis locū habe
bat. ⁊ alienatōes rerū dotaliū ſȝ etiā in oī q̄
in uita mlīere fiebat inhibebat vtriq; reme
diū adhibuim9. ⁊ ſtatuim9 vt nō ſolū in ita/
lia interdicta ſit alienatio vl' obligatio rerū
dotaliū. ſed etiā in oī ꝓuincia q̄ romano ſb
iecta eſt imꝑio. ⁊ nō ſolūmodo inuita mlīere
locū habeat h mōi ꝓhibitio ſȝ etiā neq; alie
natio vl' obligatio lȝ de ꝯſenſu mlīerȝ facta
fuerit robur obtineat. ⁊ hoc ideo ſtatuim9
ne fragilitas ſex9 mlīeris q̄ de facili ad ꝯſen
tiendū alienatōi ꝑ blāditias mariti poſſiti
duci ī ꝑniciē ſubſtātie mlīeꝝ videat ꝯuerti
⁊ hec in ꝑma ꝑte ſcḋe ꝑtis ꝑn. vſq; ad illū. §
Econtra aūt. Hic incipit ſcḋa ꝑticula ſcḋe ꝑ
tis ꝑn. in q̄ ſic po. ca. Dñe iā vidi ca. in quo
dñs alienare nō poſſit. Pro deo ponatȝ mi/
hi exemplū qñ nō dñs dñium rei in alium
trāſferre pōt. Ad h̄ rñ. amice Licet creditor
nō ſit dñs rei obligate tñ ſi ipſe pign9 ex pa/
cto vl' lege alienauerit dñium ei9 in aliū trāſ
fert. ſȝ forſan in ꝑmo caſu vicȝ qñ ex pacto
ſibi facto a debitore pignus alienat. videt
hoc fieri q2 volūtate debitoris intelligit pi
gn9 alienare. q2 debitor ab initio ꝯtract9 pa
ctū fecit vt liceret creditori pign9 vēdere ſi i/
fra tpus ſtatutū nō ſolueret. ⁊ ita ī caſu iſto
poti9 ex pacto ⁊ volūta. deb. videt dñiū trāſ
latū q̄ ex facto ſiue traditōe ipſi9 creditoris
ſȝ certe nō ſolū in eo caſu qñ ipactū d̄ diſtra
hendo pignore a debitore interpoſitū eſt lȝ
creditori vendēti dñium pignoris in alium
transferre ſȝ etiā qñ auctoritate legȝ pignuſ
diſtrahit. Ne ḡ creditores ius ſuū ꝓſeq̄ di
uti9 impedirent ⁊ etiā ne debitores nimis ci
to rerū ſuaꝝ dñium amittāt. nr̄a ꝯſtitutiōe
vtriq; ꝑti ꝓſpectū eſt ⁊ ꝑ eandē ꝯſtitutiōem
certus modus ē inuētus ꝑ q̄uē q̄dē moduȝ
pignoꝝ diſtractio poſſit ꝓcedere. cui9 ꝯſti/
tutōis tenore vtriuſq; ꝑtis indēnitati in eo
caſu qñ pactū de diſtrahēdo nō interceſſit
ſufficiēter ⁊ abūde ꝑmiſſū eſt. ⁊ hec in ſcḋa ꝑ
ticula ſcḋe ꝑtis ꝑn. vſȝ ad illū. §. Nūc autē
Hic incipit tercia ꝑticula ſcḋe ꝑtis ꝑn. ī qua
ſic po. ca. Dñe iā vidi caſū in q̄ dñs aliena/
re nō poteſt. nunq̄d ſūt plures caſus in q̄b;
dñs rei ſue alienā de ꝑtātē nō hȝ. Et rñd. ꝙ
ſic. q2 neq; pupilli neq; pupille ſine tutorȝ au
ctoritate vllā rē alienare pñt lȝ dñi reꝝ ſuaꝝ
cenſeant. vñ ſi pupillus alicui mutuā pecu
niā tutoris auctē nō interueniente dederit.
obligatōeȝ mutui nō ꝯtrahit. ⁊ h̄ ideo q2 pe
cuniā quā mutuo dat accipientis non fuit
vñ ſi nūmi a pupillo ſine tutoris auctē mu
tuo dati extent vēdicari poterūt. ſi tñ ipe q̄
nūmos a pupillo mutuo accepit eoſdē bo/
na fide ꝯſumpſerit ad exhibendū cū eo agi
poterit. Et lȝ dixerim tibi ꝙ neq; pupillus
neq; pupilla rei ſue dñium ſine tutore ī aliū
trāſferre poſſit. e cōuerſo tñ oēs res vicȝ taȝ
mobiles q̄ īmobiles ſine tu. pupillo vel pu
pille dari pñt. ita vicȝ ꝙ dñiū in eos tranſ/
ferat. ⁊ ideo ſi debitor pupillo vl' pupille de
bitū ſoluerit. neceſſaria ē ei tutoris auctori/
tas. Si eñ ſine tutoris auctē pupillo vl' pu
pille ſoluerit. bñficiū liberatōis nō ꝯſequet
lȝ h̄ euidentiſſima rōe in nr̄a ꝯſtitutōe quā
ad ceſarienſes aduocatos ꝓmulgauim9 ſta/
tutū eſt. in q̄ quidē ꝯſtitutōe diſpoſitū ē ita
demū licere tutori vl' curatori debitorē pu/
pillarē ſoluere. ſi primū ſine iudicio ⁊ ſine oī
dāno ſportulaꝝ ⁊ ſine q̄libet mercede tabu

lario preſtanda hoc ꝑmittat. Nam ſi iudex
ſoluendū pupillo pnūciauerit ⁊ debitoꝛ pꝰ
ſnīam iudicis interpoſitā ſoluerit. hmōi ſo
lutio pleniſſimā ſecuritatē obtinebit. qm̄ in
nll'o euentu poterit debitoꝛ pꝰ hmōi ſolutio
nē interim inqetari. Si ꝟo aliter ꝙ̄ in nr̄a
ꝯſtitutōne diſpoſitū eſt debitoꝛ pupillo ſol⸗
uerit. ⁊ pupillus hmōi pecuniā ſibi ſolutaꝫ
aut ſaluā habeat aut ex ea locupletioꝛ factꝰ
ſit. lꝫ debitoꝛ ꝑ hmōi ſolutōꝫ ipo iure libera
tus nō ſit. ſi tn̄ pupillus adhuc eandē pecu
niā petat poterit debitoꝛ ꝑ exceptioneꝫ doli
mali pupillū iterū petentē tanꝙ̄ de preda ſo
licitū repellere ⁊ hec ſūt vera qn̄ pupillꝰ hꝫ
pecuniā ſaluam vel ex ea locupletioꝛ factus
ſit. Si ꝟo pupillus hmōi pecuniā ſine tut.
auctē ſibi ſolutā aut male ꝯſūpſerit. aut fur
to aut alio caſu amiſerit. ſi iteꝝ eandē pecu⸗
niā petat. inutilis erit debitori doli mali ex
ceptio. qꝛ nihilominꝰ ad ſolutōem iteꝝ faci
endā ꝯdemnabiꝛ. ⁊ ſibi imputet qꝛ debituꝫ
ſine tutoris auctē ⁊ nō ſm̄ nr̄e ꝯſtitutōis te
noꝛē pupillo ſolueret. Silr̄ in caſu ꝯuerſo
pupilli vl' pupille ſine tutoris auctē ſoluere
nō pn̄t. qꝛ id qd̄ ſine tuto. auct. ſoluiꝛ nō fit
accipientis. Nullꝰ em̄ rei alienatio ſine tu.
aucto. eis ꝯceſſa ē. ⁊ hec in ſcd̄a pticula ſcd̄e
ptꝭ pn̄. vꝫ in fine tituli dicunꝛ. Nota ꝑdiū
dotale nō poſſe alienari vl' obligari etiā vo⸗
lente vxoꝛe. ne ſexus mliebris ⁊c̄. Ita nota
ꝙ ex volūtate locoꝝ nll'a eſt dr̄ntia facienda
Nota ꝙ creditoꝛ pōt pignꝰ vendere vl' ex le
ge vl' ex pacto. Itē no. ꝙ pupillus ſine tuto.
auct. nō pōt rem ſuā alienare. Itē nota mu
tuū ꝑ ꝯſumptōem recōciliari. Itē no. ꝙ de
bitoꝛ pupilli qn̄qꝫ plenā qn̄qꝫ plenioꝛē qn̄qꝫ
pleniſſimā liberatōeꝫ ꝯſequiꝛ vt habes i te⸗
xtu. ⁊ etiā notaꝛ in gl. q̄ incipit circa hāc diſ⸗
fuſam ⁊c̄. Itē nota ꝙ preceptū iudicꝭ excu⸗
ſat ꝙ nō debet audiri depꝛdatus ſollicitus.
Itē no. ꝙ imputaꝛ ei q̇ debitā ſolennitatem
omiſit ⁊c̄. Sequiꝛ alia rub.

¶ Per quas pſonas nobis acquiriꝛ.

Continuatio iſtiꝰ rub. patꝫ in hunc
modū. Sup̄ deter. iuſt. q̇bꝫ modiſ
acquiriꝛ dn̄ium reꝝ ſingulariū taꝫ
de iure gen. ꝙ̄ de iure ciui. ⁊. qꝛ ꝑ certas pſo⸗
nas nobis acq̇riꝛ. id̄o hic de illis pſonis ꝑ
q̄s nob acquiriꝛ intēdit tractare. vn̄ de his
dictꝰ annectit rub. ꝑ q̄s pſonas ⁊c̄. Et ad

euidentiā iſtiꝰ ti. diuidas ti. in ſex ptes ⁊ pla
nus erit. In q̄ꝝ pma enumerat iuſt. ꝑ q̄s ꝑ
ſonas nob acquiriꝛ. In ſcd̄a pte deter. q̄lr̄
nobis acquiriꝛ ꝑ liberos q̄s in ptāte habe⸗
mus. In tercia pte deter. q̄lr̄ nob acq̇riꝛ ꝑ
ꝓprios ſuos. In q̄rta deter. q̄lr̄ nob acq̇riꝛ
ꝑ ſeruos i q̇bꝫ vſufructū habemꝰ. ⁊ liberos
hoīes ⁊ alienos ſeruos q̄s bona fide poſſi⸗
demus. In q̇nta pte ꝯcludit ex oībꝫ p̄cedē⸗
tibus. In ſexta ⁊ vlti. pte excuſat ſe q̄re non
tractat hic de legatarijs ⁊ fideicōmiſ. ⁊ trāſ
it de acq̇ſitōe reꝝ ſingulariū ad acq̇ſitōeꝫ q̄
fit ꝑ vniuerſitatē. ⁊ oñdit q̄lr̄ res nobis acq̇
riꝛ ꝯtinuādo p̄cedētibꝫ ſubſequētia. pma
ps ptendiꝛ vſꝫ ad illū. §. Igiꝛ. ibi incipit
ſcd̄a ⁊ ptendiꝛ vſꝫ ad illū. §. Itē nob acq̇riꝛ
ibi incipit tercia ⁊ ptendiꝛ vſꝫ ad illū. §. De
his aūt. ibi incipit q̄rta ⁊ durat vſꝫ ad illuꝫ
§. Ex his ita apparet. ibi q̇nta ⁊ durat vſꝫ ad
illū. §. Hactenꝰ. ibi ſexta ⁊ durat vſꝫ in finē
ti. pma ps ſatis eſt plana nec indiget ca. po
ne. ſcd̄a ſilr̄ eſt plana. veruntamē in ſcd̄a ꝑ
te ita pcedit. primo deter. q̄lr̄ acquirebatur
pr̄i ꝑ filios in ptāte exiſtēs ſm̄ iura antiq̄ ſe
cūdo corrigit ius antiquū ⁊ aſſignat rōneꝫ
q̄re ius antiquū correxit. Et plene determi
nat q̄lr̄ pr̄i acq̇riꝛ ſm̄ iura moderna. tercio
corrigit ſtatutū ꝯſtāti. impa. circa acq̇ſitio⸗
nē pr̄i a ꝯſtanti. ꝯceſſaꝫ ꝑ premio emācipa⸗
tiōis ⁊ ibidē rōneꝫ aſſignat q̄ mouebaꝛ ad
ſtatutū ꝯſtanti. corrigendū. tercia ps plaiſ⸗
ſima ē nec eget aliq̄ declaratōne. in q̄rta ꝑ⸗
te ita pcedit. pmo deter. ex q̇bꝫ cauſis nobis
ꝑ ſeruū fructuariū acquiriꝛ. ſcd̄o parificat
alienos ſeruos ⁊ liberos homines bona fi.
poſſeſſos ſeruo fructuario. tercio differen⸗
tiā inter eos aſſignat. q̇nta ps ē planiſſima
⁊ ideo caſus poſitioni nō inſiſto. No. ꝙ re⸗
rū dn̄ia qn̄qꝫ ſinglariter qn̄qꝫ vniuerſalr̄ ac
quiruntur.

¶ De teſtamentis oꝛdinandis.

Continuatio iſtiꝰ rub. ad p̄cedentia
ptꝫ ex p̄dictꝭ. Nā i ti. pri. p̄cedē. ⁊. §.
fi. ꝯtinuauit iuſti. ſubſeq̄ntia p̄cedē
tibꝫ ſpēalr̄ ꝯtinuatōeꝫ iſtiꝰ ti. in textu expſſit
¶ Teſtamentū ⁊c̄. Ad vberioꝛē iuuenū do
ctrinā diui. to. ti. in duas ptes pnci. In q̄ꝝ
pma tractat impa. de teſtō facto i ſcptꝭ. In
ſcd̄a pte tract. de teſtamēto nūcupatiuo qd̄
fit ſine ſcptura. pma ps ptendiꝛ vſꝫ ad illū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§. Sz h̄ q̄dē. ibi ſcđa q̄ breuis ē ꝛ durat vſq; in fi. ti. Pōt aūt ꝑma ps ad maiorē euidentiā ſubdiuidi i tres pticlas. In q̄ꝝ ꝑma dʒter. de ſolēni. obſeruāda in teſtō faciēdo in ſcpͥs. In ſcđa pte deter. q̄ pn̄t eē teſtes in teſtamēto. In tercia pte deter. in q̄ materia teſtamētū ſcribi pōt. ꝑma ps iſtiꝰ diuiſiōis ꝓtendiꝭ vſq; ad illū. §. Teſtes aūt adhiberi. ibi incipit ſcđa ꝛ durat vſq; ad illū. §. Nihil aūt intereſt. ibi tercia ꝛ durat vſq; ad ſcđā ptem ꝑnci. ſcz vſq; ad illū. §. Sz h̄ q̄dē. In ꝑma pte ita ꝓcedit. ꝑmo poit ethimologiā. teſti. ſecūdo recitat tria genera teſtōꝝ de iure ciuili antiq̄ſſimo introducta. tercio r̄citat q̄rtū genꝰ teſtōꝝ de iure p̄torio introductū. q̄rto deter. q̄lr ꝑ nouas ꝯſtitutōes p̄dicta genera teſtōꝝ recipiūt correctiōnē. ꝛ q̄d de antiquitate tolliꝭ ꝑ poſteriores imꝑ. ꝛ q̄d hodie de eadē antiq̄tate obſeruaꝭ. q̄nto deter. iuſtin. q̄d ꝑ ſuas ꝯſtitutōes ſtatutis prioꝝ impatoꝝ circa ſolēnitatē teſtōꝝ additū ē. Pone igiꝭ ſicca. i ꝑma pte. Dn̄e iā video q̄ vos vl̄tis tractare de teſtis. dicatꝭ ꝗ mihi ſi placet vn̄ appellaꝭ teſtm̄. Ad h̄ rn̄. Amice teſtm̄ ex eo appellaꝭ q̄ teſtatio mētis ē. ſz vt nihil antiq̄tatis penitꝰ ignoreꝭ a iuuenibꝫ ſcire dēs duo genera teſtōꝝ de iure ciuili antiq̄ſſimo in vſu fuiſſe. q̄ꝝ altero genere vtebanꝭ antiqui pace ꝛ ocio. Et h̄ genꝰ teſti in pace ꝛ ocio facti appellabāt antiq̄ kalatis comicꝭ. ꝛ altero genere teſtōꝝ vtebanꝭ cū eēnt in expeditione armoꝝ exituri. ꝛ h̄ ſcđm genꝰ appellabāt ꝓcinctū. Poſtea ꝟo ꝓcedēte tpe acceſſit terciū genꝰ teſtōꝝ. ꝛ h̄ terciū genꝰ appellabāt ꝑ es ꝛ libram. ꝛ h̄ terciū genꝰ appellabaꝭ. q̄ ꝑ q̄ndā imaginariā vēditōez fiebāt corā q̄nq; teſtibꝫ ciuibꝫ romanis puberibꝫ libripēde p̄ſente. ꝛ eo q̄ familie emptor dicebaꝭ. ꝛ ita q̄dāmodo ſex teſtes de iure ciuili antiq̄ i factione teſti req̄rebanꝭ. Sz certe ꝑma duo genera teſtōꝝ vicz kalatꝭ comicꝭ ꝛ ꝓcinctū ex veteribꝫ teſtis in diſſuetudinē abierūt. Terciū ꝟo genꝰ ſcz ꝑ es ꝛ librā appellaꝭ lz diutiꝰ ꝑmāſerit tn̄ ꝛ ptim in vſu eē deſijt. ꝛ hec tria genera teſtōꝝ vicz kalatis comicꝭ ꝛ ꝓcinctū ꝛ ꝑ es ꝛ librā ad ius ciuile referunꝭ. Poſtea ꝟo de iure p̄torio q̄dā alia forma faciendorū teſtōꝝ inuēta eſt. Nā de iure nulla emācipatio vl̄ imaginaria venditio req̄rebaꝭ. ſz ſigilla ſeptē teſtiū teſtamētis faciendis ſufficiebant. Quis iure ciuili antiquo ſigilla teſtiū nō eſſent neceſſaria. Sz cū poſtea paulatim ꝛ ſucceſſiue tam ex vſu hoīm q̄ ex emēdatōibꝫ ꝯſtitutionū ceperit ius ciuile ꝛ ius pretoriū in vnā ꝯſonantiā ꝛ vniformē obſeruationē circa factionē teſtamentoꝝ confluere. ſtatutū fuit vt vno ꝛ eodē tpe ſigna ſeptē teſtiū in teſtamentis adhibeanꝭ. quod ius ciuile antiquū quodāmodo exigebat ꝛ huiuſmodi ſeptem teſtes adhibiti in teſtō ſubſcribebant. quod ex ꝯſtitutiōibꝫ inuentū ē ꝛ ex edicto pretoris ſignacula teſtiū teſtamētis apponerēt. vt hodie hm̄oi ius teſtamentorum faciendoꝝ ex triplici fonte videaꝭ eſſe deriuatū. Nam teſtes ꝛ eoꝝ ſigna vno cōtextu teſtamenti celebrandi gratia a iure ciuili antiquo videnꝭ deſcendere. Subſcriptiōnes aūt teſtatoris ꝛ teſtiū ex cōſtitutionū obſeruatōe adhibenꝭ. ꝛ ſigilla ꝛ numerꝰ teſtiū ex edicto pretoris. Sz pone. Dn̄e iaz video quid obtinebat de iure antiquo circa facienda teſtamēta. ꝛ qualiter antiquitas corrigiꝭ ꝑ ꝯſtitutiones principum. nūquid addidiſtis ꝑ conſtitutiones noſtras. Reſpondet q̄ ſic. nam omibus predictis ꝓpter ſinceritatē teſtamēti vt omīs fraus excludaꝭ ex nr̄a ꝯſtitutione hoc additū eſt. vt nomen heredis ꝑ manū teſtatoris vl̄ ſi ipe neſciat vl̄ non poſſit ſcribere ꝑ manum publicam exprimaꝭ. ꝛ omīa ſm̄ noſtre ꝯſtitutiōis tenorē procedant. Sed pone. dn̄e iam video q̄ teſtes debent ſignare teſtamētū. Nū quid neceſſe eſt q̄ quilibet eoꝝ ꝓprio ſigillo vtaꝭ. Reſpondet q̄ nō. Poſſunt eīm omēs teſtes vno ſigillo vl̄ vno annulo ſignatorio ſignare teſtamētum. Quid eīm ſi ſeptem annuli hm̄oi ſcripture ꝛ eoſdez habentes characteres. ix. ſufficiūt. Ergo eadē rōne ſufficit ꝛ ſi omēs eodē annulo vtanꝭ. ꝛ ita papiniano viſū eſt. ꝛ non ſolū ꝓprio ſed etiam alieno ſignare poſſunt. ꝛ hec in prima pte prime partis principalis vſq; ad illum. §. Teſtes aūt. Hic incipit ſecunda pticula prime partis principalis in qua ſic primo ponit regulam generalem per quam determinat qui poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. ſecundo excipit a regula. tercio ſubijcit plures caſus ſpeciales circa dubitationes incidētes in teſtibus adhibendis in teſtamento. ꝛ ius antiquum etiā circa hunc titulū corri

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

git. Po. igit̄ ſic ca. dn̄e iā video q̄t teſtes de/
beant adhiberi in teſtamento. dicatꝫ mihi
modo q̄ pn̄t ꝛ debēt eē teſtes in teſtamento.
Ad h̄ rn̄. Amice teſtes iure adhiberi ſolent
hi q̄ ex teſtamēto cape pn̄t. Hoc tn̄ nō eſt ge
neralr̄ verꝫ. qꝛ neqꝫ mlieres neqꝫ impubes.
neqꝫ mutus neqꝫ ſurdus neqꝫ furioſus. ne/
qꝫ ille cui admiſtratio bonoꝝ interdicta ē.
neqꝫ in famoſo crimine dāнatus vl' mulie/
bria in corpe ſuo paſſus (quē lex iubet imp
bū inteſtabileqꝫ eſſe) in numero teſtiū in te/
ſtamētis ꝯdendis adhiberi pn̄t. ꝛ hec dicū/
tur vſqꝫ ad illū. §. Sed cū aliq̄s. Adhuc in
iſto. §. ꝓſequit̄ ſcd̄am ptē ꝓncipalē i qua ſic
po. ca. Dn̄e quidā ꝯdidit teſtamentū ꝛ i te
ſtamēto. vij. ahibuit teſtes ſpeālr̄ ꝯuocatoſ
ꝛ corā eis volūtatē vlti. declarauit ꝛ nomen
heredis expſſit ꝛ teſtes ſubſcpſerūt ꝛ teſtm̄
ſigillauit. q̄ facto deceſſit teſtatoꝛ. mortuo te
ſtatore q̄dā ex teſtib9 apparuit ſeru9. q̄ tn̄ tpe
facti teſtamēti liber ab oib9 putabat̄. modo
q̄ro vtꝝ iſtud teſtm̄ debeat ifirmari ac ſi iu
re ſolēnitatꝫ nō obſeruata. Et rn̄. ꝙ nō. imo
teſtm̄ tanqꝫ rite factū firmitatē obtiebit. Cū
enī aliq̄s ex teſtib9 tpe teſtamēti faciendi li/
ber ab oib9 exiſtimat̄ cuius poſtea ſeru9 ap/
paruit tā diuus adrian9 qꝫ diu9 ſeuer9 ꝛ an/
thonin9 cathoni ſup tali dubitatōe queren
ti reſcpſerūt ſubueniēdū eē teſtō ex hmōi li/
bertate putatiua. vt ſic ratū ꝛ firmū habeat̄
ac ſi oportune oīa facta fuiſſent. ꝛ h̄ tali rōe
moti dixer̄t. qꝛ eo tpe q̄ teſtm̄ a teſtib9 ſigna
bat̄ iſte teſtꝫ cōi ꝯſenſu oim loco liberi hoiſ
habebat̄. nec erat aliq̄s q̄ eo tpe ſtat9 q̄ſtio/
nē ei moueret. ꝛ hec dicunt̄ vſꝫ ad illū. §. Pa
ter. Adhuc ꝓſequit̄ iuſti. materiā ſuā circa
teſtes adhibēdos i teſtō. vn̄ po. ſic ca. Qui/
dā fecit teſtm̄ ſuū ꝛ teſtō adhibuit. vij. teſteſ
inter q̄s fuit petr9 ꝛ martin9 fili9 petri. queꝫ
martinū petr9 habuit in ſua ptāte. mō que/
ro vtꝝ pr̄ ꝛ fili9 exn̄s i ptāte ei9. ſcꝫ petri pn̄t
eſſe teſtes in eodē teſtō. Rn̄det ꝙ ſic. Nā pr̄
ꝛ ille q̄ in eiuſdē pr̄is ptāte ē in eodē teſtō te/
ſtes adhiberi pn̄t. Nihil ei nocet ex vna do
mo plēs teſtes alieno negotio adhiberi poſ
ſe. ꝛ hec dicunt̄ vſꝫ ad illū. §. In teſtib9. Ad
huc i pn̄ti. §. ꝓſequit̄ iuſt. ſcd̄aꝫ ptē ꝓn. in q̄
ſic po. ca. Quidā ꝯdidit teſtm̄ ꝛ in teſtō ſuo
filiū quē h̄nit i ptāte teſtē adhibuit. mō que
ro vtꝝ de iure h̄ potuit facere. Rn̄. ꝙ nō. nā

teſtis nō debet eſſe ille q̄ in ptāte teſtatoꝛꝫ ē.
ꝛ nō ſolūmodo repellit̄ ille a teſtimonio q̄ ē
in ptāte teſtatorꝫ. ſꝫ etiā q̄ habet in ptāte te/
ſtatorē. vn̄ ſi filiuſfa. miles p9 reuerſionē de
caſtrēſi peculio teſtet̄. pr̄ ei9 ex ſuo teſtō teſtꝫ
adhiberi nō pōt. nec etiā aliq̄s q̄ ē in ptāte
eiuſdē pr̄is. Nō ſolū enī in alijs cauſis ſꝫ et
in teſtis domeſticū teſtioniū reprobatū ē. ꝛ
n̄ ſolūmodo ſupdicte pſōe repellūt̄ a teſta/
mentarijs teſtionijs ſꝫ etiā heres ſcript9 et
pr̄ ei9 q̄ eū i ptāte hꝫ. ꝛ etiā pentes hedis ſcri
pti ꝛ q̄ ln eiuſdē pr̄is ptāte ſūt. ꝛ etiā q̄ in ptā
te teſtatoris ſūt penit9 a teſtamētarijs teſtio
nijs repellūt̄. ꝛ h̄ ea rōe. qꝛ totū h̄ negociuꝫ
qd̄ agit̄ iure faciēdi teſti credit̄ hodie iter he
redē ꝛ teſtatorē agi. lꝫ olim totū ius teſti faci
endi circa teſtes adhibēdos ꝯturbatū fue/
rat. Nā q̄dā veteres i illo teſtō qd̄ dicebat̄
p es ꝛ librā failie emptor q̄ loco hedis erat
ꝛ ꝯiūctos eis p ptātē a teſtionijs teſtamēta
rijs repellebāt. In pmis aūt duab9 ꝯditōi
bus teſtōꝝ hedū ꝯiūctꝫ p ptātē ꝓcedebāt te
ſtionia in teſtis pſtare. lꝫ illi ijdē q̄ hedem p
mittebāt h̄ iure mīme vti debere eū pſuade
bāt. vn̄ nos eandē obſeruatōeꝫ antiq̄ꝝ cor
rigētes ꝛ qd̄ ab ipis antiq̄s pſuaſū ē vicꝫ ꝙ
heres vl' ꝯiūcti ei p ptātē inter teſtes admit
tant̄. ꝛ lꝫ h̄ eis pmiſſū fuerat tn̄ i legꝫ neccita/
tē trāſferētes ad imitatōꝫ failie emptorꝫ q̄ in
tercio genere teſtōꝝ vt dictū ē a teſtionio re
pellebat̄. merito hedē ꝛ ꝯiūctos ei p ptātem
ab hmōi teſtionio repellim9. nec eis lniaꝫ q̄
dāmodo dam9 ſibi teſtioīa pſtare. vn̄ hmōi
veterē ꝯſtitutōꝫ in q̄ h̄ pmiſſū fuerat nr̄o co
dici inſeri nō pmiſim9. ꝛ hec dicūt̄ vſꝫ ad il/
lū. §. Legatarijs. Adhuc ꝓſequit̄ ſcd̄aꝫ p/
tē impa. pme ptis ꝓnc. in hoc. §. Pone igit̄
ſic caſū. Quidam fecit teſtm̄ ꝛ in teſtō lega/
uit petro. x. veruntamē petrū legatariū in te
ſtamento teſteꝫ adhibuit. mō quero vtꝝ ille
petrus legatari9 poſſit eſſe teſtis in illo te/
ſtamento in quo ſibi legatum relictū eſt. Et
reſpondet ꝙ ſic. Licet enī heredes qui no/
ſtri ſunt ſucceſſores a teſtamento repellant̄
legatari9 tamen ꝛ fideicōmiſſa. qui non no
ſtri ſed rei ſingularis ſucceſſores ſunt. ꝛ in
alijs pſonis eis coniunctis teſtimoniuꝫ p/
ſtare in teſtamentis non negamus immo
etiam quadam conſtitutione noſtra eis
ſpecialiter conceſſimus. ꝛ certe multo for/

tius his qui in poteſtate legatarioꝝ vel fi/
deicõmiſſarioꝝ ſũt vel qui eos in poteſtate
habent hmõi licentiaȝ donauim⁹. ꝛ hec di/
cunt vſ ad illũ. §. Nihil aũt itereſt. ¶ Hic
ſequit tercia pticula pme ptꝭ pn. ꝛpo. ſic ca.
Dñe iã nobis dixiſtiſ plures ſolẽni. q̃ i te/
ſtamẽto ↄdẽdo debẽt obſeruari. ſȝ p deo di/
catis in q̃ teſtm̃ dȝ ſcribi. Rñdet. Amice ñ
differt vtrũ teſtm̃ fiat in tabulis vł in q̃rtis
mẽbranis vł in alia materia. ꝛ etiã vnũ teſta
mentũ põt in plibꝫ codicibꝫ ſcribi vicȝ cau
ſa neceſſitatꝭ. veluti ſi q̃s extra patriã ſecũȝ
ferre velit ꝛ domi relinq̃re ſuoꝝ iudicioꝝ
ↄteſtatõeȝ. i. teſtm̃. vel ꝓpter alias ĩnumera/
biles cauſas q̃ nob ĩminent. ꝛ hec dicũt vſȝ
ad illũ. §. Sȝ hec q̃dẽ. Hic incipit ſcđa ps
pn. in q̃ ſic po. ca. Dñe iã video q̃ ſit obſer/
uanda ſolẽ. in teſtõ in ſcptꝭ ↄdito. nunq̃d to
ta p̃dicta ſolẽn. i teſtamẽto nũcupatiuo ob/
ſeruari debet. Et rñ. ꝙ nõ. nã hec q̃ ſup̃ di/
cta ſũt de teſtamẽtis in ſcpto ↄficiẽdis ſuffi
ciũt. Si q̃s em̃ voluerit facere teſtm̃ de iu/
re ciuili ſine ſcriptꝭ h̄ ei facere licebit ſi. vij.
teſtes ad h̄ ↄuocauerit ꝛ volũtatẽ ſuã eis ex
preſſerit. ꝛ h̄ teſtm̃ de iure ciuili factũ ↄſtitu
im⁹ fortiſſimũ ꝛ firmũ. ꝛ hec dicũt in ſcđa p
te pn. vſȝ in finẽ ti. ¶ Not. ꝙ nihil nocet ex
vna domo ꝛc. No. ꝙ domeſticũ teſtimoniũ
reprobat. No. ꝙ nemo pt eẽ teſtꝭ in re ſu a.

¶ De militari teſtamẽto.

Ontinuatio iſti⁹ rub. pȝ in hũc mo
dũ. Supra tracta. inſti. de ſolẽ. obſ.
in teſt. priuatoꝝ. ſȝ q꞉ milites ꝓpter
p̃rogatiuã militarꝭ p̃uilegij ab obſeruatiõe
p̃dicte ſolen. q̃ꝺdiu ſũt in expeditõe militari
excuſant. ꝛ q̃ ue dã p̃uilegia p⁹ remiſſionem
eis ↄcedunt. idcirco ſepatim de teſtamẽtis
militũ tractare intendit. vñ de his dicturuſ
ſubijcit rub. de militari teſt. Supra dicta
diligens ꝛc. ¶ Ad pleniorẽ euidentiã diui.
titulũ iſtũ in ſex ptes ꝛ plan⁹ erit. In quarũ
prima pte determinat de p̃uilegio militari.
In ſcđa pte de p̃uilegio militari circa ſbaȝ
teſtamenti. In tercia pte exponit qualr̃ pri
uilgiũ ↄceſſũ militibꝫ circa ſolennitatẽ teſti/
monij debeat intelligi. In quar. pte reuer/
tit ad ſcđm caſum determinãdo pleni⁹ de p̃
uilegio militari circa ſubſtantiã teſtamen/
ti. In quinta pte determinat q̃to tp̃e durat
p̃uil. circa ſolen. teſt. militibꝫ ↄceſſuȝ. ꝛ ad h̄
declarandũ caſus ſubijcit ſpeciales. In ſe
xta ꝛ vltima pte tractat d̃ quaſi caſtrenſi pe
culio ꝛ beneficio ex anterioribꝫ legibꝫ ꝛ con
ſtitutionibꝫ quibuſdam ſpecialr̃ in quaſi
caſtrenſi peculio indulto. ꝛ illud latius in/
terpretat ꝛ generalr̃ ad om̃es habentes q̃ſi
caſtrenſe peculiũ extẽdit. prima ps ptendit
vſȝ ad illũ. §. Sed teſtari. ibi incipit ſcđa q̃
breuis eſt ꝛ durat vſq̄ ad illũ. §. Plane. ibi
tercia ꝛ durat vſȝ ad illũ. §. Quinimo. ibi
quarta ꝛ durat vſȝ ad illũ. §. Sed hacten⁹.
ibi q̃nta ꝛ durat vſȝ ad illũ. §. Sciendũ. ibi
ſexta ꝛ vltima ꝛ durat vſq̄ in fi. ti. lr̃a planiſ
ſima eſt p totũ. ¶ His ỽo prelibatis venio
ad caſus poſitionẽ. ꝛ eſt caſus talis. Acceſ/
ſi ad iuſti. ꝛ ita ꝓpoſui coram eo. Dñe iaȝ vi
deo ꝙ vultis tractare de militari teſtamen
to. pro deo que rõ mouet vos ad tractãduȝ
ſepatim de militari teſt. nunq̃d illa que ſũt
a nobis tradita in om̃i teſtamẽto pñt ſuffice
re. Ad hoc rñdet. Amice. Om̃ ſupradicta
diligens obſeruatio quam de ordinandis
priuatoꝝ teſtamentis ſup̃ expoſuim⁹ aucto
ritate p̃ncipaliũ ↄſtitutionũ militibꝫ ꝓpter
coꝝ imperitiã remiſſa eſt. ideo hic ſpeciali/
ter de priuilegiatis militũ teſtamentis tra/
ctare intendim⁹. Quãuis em̃ milites neq̄
legittimũ numerũ teſtiũ in ſuis teſtamentꝭ
adhibuerint. neq̄ aliam teſtamentoꝝ ſolẽ/
nitatẽ obſuauerint nihilomin⁹ rctẽ teſtant
ꝛ h̄ verum eſt qñ in expeditõne militari oc/
cupati ſunt. nam vt ita demũ gaudeant p̃ri
uilegio militari cuȝ in expeditõne armoꝝ
fuerint occupati. non ĩmerito noſtra intro
ducta eſt ↄſtitutio. Quocũq̄ em̃ modo vo/
luntas ſup̃ma militis in expeditõne occu/
pati ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis inue/
niat valet ei⁹ teſtm̃ ex volũtate ei⁹. Secus
tamen eſt qñ non eſt in neceſſitate militarꝭ
expeditionis. In illis em̃ temporibus qui
bus milites in alienis vel ſuis edibus de/
gunt. ad vendicandũ ſibi tale priuilegium
nequaq̄ poterũt adiuuari. ꝛ hec in prima p
te vſq̄ ad illũ. §. Sed teſtari. Sed pone in
ſcđa dicit iuſt. ꝙ q̃q̄ priuilegiũ militibꝫ cõ
ceſſũ circa ſolennitatẽ teſtamenti poſt mi/
ſionẽ ab expeditõe militari finiat. aliud tñ
priuilegium ↄcedit eis circa ſubſtantiam
teſtamenti dumtaxat. nam teſtari pñt mili/

tes extra caſtra militarꝫ expeditões exñtes
q̄uis filijfa. ſint iure tñ cõi in h caſu qñ mo
rant̃ extra caſtra eadē obſeruatio in eoꝝ te
ſtamentꝫ adhibēda ē. quaz ſcz in teſtamēto
paganoꝝ expoſuim⁹. ⁊ hec dicunt̃ in ſcđa
pte vſz ad illū. §. Plane. Hic incipit tercia
ps in qua ſic po. ca. Dñe iam video q̄ teſta
mentū de militib⁹ mirabilr̄ eſt puilegiatū
Licet em̄ iuris ſolēnitatē nō ſeruauerit mi
les. tñ teſtamentū ei⁹ in caſtris conditū va-
let. Pone igit̃ q̄ aliq̄s dicat aliquē militem
in expeditōne militari occupatū ipm in ſuo
teſtamēto heredem inſtituiſſe. Hoc tñ neq̄
p miſtrū neq̄ p teſtes ad h ꝯuocatos pba-
re poterat. nūquid credet̃ ei⁹ acceſſioni ita
vt ad hereditatē militis valeat admitti. Et
rñ. q̄ nō. De militarib⁹ em̄ teſtamētis diu⁹
traian⁹ ſtatilio ſeuero in ꝯſili caſu querēti
reſcripſit ſic. o ſtatili ſeuere illud puilegium
qđ de militarib⁹ teſtamētis datū eſt. vicz te-
ſtamēta q̄cūq̄ mō facta rata ſint ſic debet i-
telligi. vt oĩno prius eos ꝯſtet teſtamentuz
feciſſe qđ etiā ſine ſcriptura nō ſolū a mili-
tarib⁹ ſz etiā a nō militarib⁹ fieri pōt. vnđ ſi
is miles de cui⁹ bonis queſtio apud te vēti
lat̃ ad h ꝯuocauit ſaltē duos hoīes vt cau-
ſa teſtandi corā eis voluntatē ſuaz exprime
ret. ⁊ ita corā eis locutus eſt vt declararet ī
pñtia eoꝝ quē vellet ſibi heredem eſſe. ⁊ cui
vellet libertatē tribuere. Pōt videri etiaz ſi-
ne ſcripto h modo recte feciſſe teſtamentuz
⁊ volūtas ei⁹ ſupma oīb⁹ modis rata habē
da eſt. Ceterū ſi cauſa ludēdi vl' demōſtran
di alicui iocoſe dixerit. ego te heredez facio
vel bona mea tibi relinquo ſicuti plerumq̄
ſmonib⁹ iocoſis fieri ſolet. nō oportet hoc
p teſtamento obſeruari. nec videmur in h
puilegio militari in aliq̄ derogare. Nec em̄
vlloꝝ magis intereſt q̄ ipoꝝ militū qui b⁹
hmōi priuilegiū datū eſt exēplū p teſtimo-
nijs nō admitti. alioq̄n ſi tale teſtamētū ad
mitteret̃ nō difficulter p⁹ mortē alicui⁹ mili
tis exiſterēt teſtes q̄ dicerēt ſe audiuiſſe mili
tē relinquere bona alicui put ei videt̃ expe-
dire. ⁊ ita vera militū iudicia frequēter ſub
uerterent̃. ⁊ hec in tercia pte vſq̄ ad illuz. §.
Quinimo. Hic incipit q̄rta ps in q̄ reuerti
tur ad ſcđm ca. determinādo plen⁹ de pri-
uile. militari qđ circa ſubſtam teſta. cōcedit̃
milit. b⁹ vicz vt q̄uis ſint filijfa. teſtari poſ-

ſint ſic ⁊ hic vt miles ſurdus ⁊ mutus teſta
mentū facere poſſit. ⁊ hec in q̄rta pte vſz ad
illū. §. Sz hacten⁹. Hic incipit q̄nta ps in
q̄ ſilr̄ deter. inq̄ſtū durat puilegiū ꝯceſſū mi
litib⁹ tā circa ſolēnitatē q̄ circa ſubaz teſta-
menti. vñ dixi ei. Dñe dicatis ꝙ mihi. q̄diu
durat puilegiū militare circa ſolen. te. Ad
h rñ. amice. Hoc priuilegiū circa ſolen. teſt.
tādiu ex pncipalib⁹ ꝯſtitutōib⁹ militib⁹ in-
dulget̃ q̄diu militāt ⁊ in caſtrꝫ degūt. Poſt
miſſionē ħo a caſtris ſiue veterani ſiue ad-
huc militātes extra caſtrū fecerūt teſt. id qđ
iure oīm ci. ro. facere debēt. veruntamē illđ
teſta. qđ in caſtris factū ē infra annū tm̄ va
let. Po. igit̃ q̄ aliq̄s miles in caſtris fecerit
teſt. iure militari ⁊ heredē ſub ꝯditōe inſtitu
it. ⁊ poſtea iſte miles iā deceſſit. ſi ꝯditio ſub
qua erat heres inſtitut⁹ diu p⁹ annū vel for
te p⁹ bieniū extiterit. nunq̄d valebit illud te
ſta. militis. Et rñ. q̄ ſic. nā placet h teſta. q̄ſi
militꝫ valere. Conditio em̄ retrotrahit̃ ⁊ p
inde habet̃ ac ſi heres pure inſtitutus ſtat̃
poſt mortē militꝫ adijſſet. ⁊ hec dicunt̃ vſq̄
ad illū. §. Sz ſi q̄s ante militiā. Adhuc pſe
quit̃ iuſti. q̄ntā ptē determinādo de puile.
militari circa ſolēnitatē teſt. vñ ſic po. caſū.
Acceſſi ad iuſti. ⁊ ita ꝓpoſui corā eo. Dñe q̄
dā ante militiā fecit te. iuris ſolēnitate ñ ad
hibita. q̄ꝛ forte nō adhibuit niſi tres teſtes.
ita teſt. nō valuit p defectu ſolēnitatꝫ. poſtea
idē miles factus ⁊ in expeditōe militari oc-
cupatus illud teſtamētū r̄ſignauit. i. apuit
⁊ q̄dā adiecit ſiue detraxit vl' alio mō mani
feſtauit ſe velle valere h teſta. iure militari.
mō q̄ro vtꝝ h teſt. qđ ab initio nō valuit ex
volūtate militꝫ ꝯualeſcere poſſit. Rñ. q̄ ſic
Nā in h ca. teſt. valere dicendū ē q̄i ex noua
militꝫ volūtate. Sz po. q̄dā miles fecͭ teſt. ⁊
poſtea dedit ſe in arrogatōez. ⁊ ita p⁹ te. paſ
ſus ē capitꝫ di. vl' quidā miles filiuſfa. in ca-
ſtrenſi peculio ꝯdidit te. ⁊ poſtea a pr̄e emā
cipatus ē. ⁊ ita capite dimi. eſt. nunq̄d ī his
caſib⁹. p ca. dimi. irritat̃ teſt. Rñ. q̄ nō. imo
ī vtroq̄ caſu vz te. qđ ex noua volūtate mili
tis nō videt̃ capitꝫ di' irritū fieri. q̄ꝛ ſicut de
nouo ca. di. iure ciuili etiā pmū te. facere pt
ita vetus teſt. capi. di. nō euaneſcit. Et dicū
tur in quinta pte vſq̄ ad illū. §. Sciendūz
eſt tamē. Hic incipit ſexta ⁊ vltima pars in
qua ſic pone caſum. Dñe iam video qualr̄

militeſ priuilegiati ſūt circa factionē teſt. ꝛ
qualr̄ intelligendū ſit ꝓuilegiū datū mili/
tibꝫ ꝛ inq̄tū durat. vn̄ videt̄ mihi ꝙ de cete
ro poſſetis q̄ſcere. Ad h̄ rn̄. Amice adhuc
nō eſt loc⁹ q̄eti. imo certe in h̄ loco ſciendū ē
ꝙ ad exēplū caſtrēſis peculij tā āteriores le/
ges ꝙ̄ ꝑncipales ꝯſtitōes q̄buſdā ꝑſonis i
dignitate ꝯ ſtitut̄ in q̄i caſtren̄. pecu. ſpēalr̄
ꝯceſſerūt teſtari. qđ q̄dē nr̄a ꝯſtitutio lati⁹
extēdens generalr̄ oibꝫ q̄i caſtrēſe peculiū
hn̄tibꝫ in his ꝑmiſit teſtari. iure tn̄ cōi obſ̄
uato cui⁹ tenore ꝑſpecto licitū ē nihil eoꝝ q̄
ad ꝑſtatū ius ꝑtinēt ignorare. ꝛ hec dicunt̄
vſq₃ in finē tituli.

Quibꝫ nō eſt ꝑmiſſū facere teſtamētū.

CONtinuatio iſti⁹ rub. patꝫ in hunc
modū. Sup̄ tractauit iuſt. de ſolē
nitatibꝫ in teſtamētis obſeruādis.
ꝛ q2 quedā ſūt ꝑſone q̄bꝫ oino denegat̄ ius
teſtādi lꝫ ꝑdictā obſeruatōeꝫ obſeruauerūt
iō ne crederet̄ ꝙ cuilibet ꝑdictā obſeruatōꝫ
obſ̄uanti teſtari liceret de his ꝑſonis h̄ tra
ctare intēdit. vn̄ de his dictur⁹ annectit ru
bri. q̄bꝫ nō ē ꝑ. fa. te. Nō tn̄ oibꝫ. Ad eui/
dentiā iſti⁹ ti. di. in ſex ptes. In q̄ꝝ ꝑma pte
deter. de his q̄ impediunt̄ teſtari rōe ꝑtāt̄
In ſcđa pte deter. đ his q̄ impediunt̄ teſta
ri rōe etatis. In tercia deter. de his q̄ impe
diunt̄ rōe inordinati ꝯſilij. ſic ſūt furioſi et
mēte capti ꝛ ꝑdigi In q̄rta pte deter. đ illis
q̄ impediunt̄ teſtari rōne morbi. ſicut ſunt
muti ꝛ ſurdi. In q̄nta pte đter. q̄lr̄ lꝫ ceco te
ſtari. In ſexta ꝛ vltima pte deter. đ his q̄ im
pediunt̄ rōne captiuitat̄. ꝑma ps ꝯtendit̄
vſꝫ ad illū. §. Preterea. ibi incipit ſcđa ps ꝛ
durat vſq₃ ad illū. §. Itē furioſi. ibi tercia ꝛ
durat vſq₃ ad illū. §. Itē mut⁹. ibi q̄rta ꝛ du
rat vſꝫ ad illū. §. Cecus aūt. ibi q̄nta ꝛ du/
rat vſq₃ ad illū. §. Ei⁹ q̄ apđ ho. ibi ſexta ꝛ vl
ti. ꝛ durat vſꝫ in fi. ti. In ꝑma pte ita ꝓ/
cedit. ꝑmo ponit regulā generalē. ſcđo exci
pit a regula. tercio generalr̄ ꝯcludit ab vtra
q₃ vicꝫ tā a reglā ꝙ̄ exceptōne cetera q̄ in h̄ ti
tulo dicunt̄ planiſſima ſunt.

De exheredatione liberorum.

COntinuatio iſti⁹ rub. pꝫ in hūc mo
dū. Sup̄ tracta. iuſti. de obſeruat.
ſolē. circa fidē teſtamē. ꝛ q2 ꝑdicta obſ̄uatio
nō ſufficit ad h̄ vt teſtm̄ effectū debitū ſorti
at̄ imo nccē hꝫ teſtator liberos ſuos vel ex/
heredare vl̄ heredes iſtituere. idcirco i h̄ ti.
intēdit tractare de exhedatōne liberoꝝ. ꝛ in
h̄ ti. ſeq̄nti tractabit de ꝯſtitutōe eorūdē. vn̄
in h̄ ti. de exheredatōe liberoꝝ tractaturus
ſubijcit rub. de exhe. lib. Vl̄ aliter Supra
tractauit de teſtamētis. ꝛ q2 in teſtamētis ſe
pe fiūt exhedatōes ideo p⁹ tractatū illū hic
intēdit tractare đ exhedatōe. vn̄ annectit ru
bri. de exheda. libe. Nō tn̄ ꝛc. Ad vberio
rē iuuenū doctrinā diuidas iſtū ti. in duas
ptes ꝑn. In q̄ꝝ ꝑma pte đtermi. q̄lr̄ fiebat
hmōi exheredatio ſm̄ ius antiquum. i. ſm̄
mediā iur̄ prudē. In ſcđa corrigit ius an/
tiquū determinādo q̄đ obſeruat̄ ſm̄ obſer/
uatōem ſue ꝯſtitutiōis. ꝑma ps durat vſq₃
ad illū. §. Sed h̄ q̄dā. Hic incipit ſcđa ps
ꝑn. ꝛ ꝑtendit̄ vſꝫ in fi. ti. Adhuc ꝑma ps ſb
diuidit̄ in duas ptes. in q̄ꝝ ꝑma determīat
de exheredatōe liberoꝝ naturaliū. In ſcđa
de exheredatōe adoptiuoꝝ. ꝑma ꝑticula ꝑ
tendit̄ vſꝫ ad illū. §. Adoptiui. ibi incipit ſe
cūda ꝛ durat vſꝫ ad illū. §. Sed hoc q̄dam
Itē adhuc ꝑma ps ſubdiuidi pōt in tres p
tes. in q̄ꝝ prima tractat de liberis naturali
bus ꝛ legittimis iā natis in ꝑtāte exn̄tibus
in ſcđa tractat de liberis naſcitur̄. i. poſtu
mis q̄ ſi viuo teſtatore naſcerent̄ in ꝑtāte e⁹
futuri eſſent. in tercia tractat de liber̄ emā/
cipat̄. ꝑma ps ſcđe ſubdi. ꝛ ꝑtendit̄ vſꝫ ad
illū. §. Poſtumi q̄ꝫ. ibi incipit ſcđa ꝛ durat
vſq₃ ad illū. §. Emācipatos. ibi tercia ꝛ du/
rat vſq₃ ad ſcđaꝫ pte ꝑncipalē ꝑme ſubdi. ſ.
vſq₃ ad illū. §. Adoptiui. ꝛ in prima pte ita
ꝓcedit. primo determinat de exheredatōnē
liberoꝝ maſculoꝝ primi gradus exiſtenti/
um in ꝑtāte. ſcđo determinat de exheredati
one filiaꝝ ꝑmi gradus ꝛ oim̄ liberoꝝ in re
motiori gradu exn̄tiū aſſignādo duaſ diffe
rētias inter filios maſculos ꝛ filias ꝛ oēs
alios vtriuſq₃ ſex⁹ ponēdo ſolos filios ma/
ſculos ex vna pte. ꝛ filias ꝛ oēs alios remo
tiores ex alia pte. In tercia pte determinat
q̄đ ſit noiatim exheredare Po. igit̄ ſic ea. in
hac ꝑma pte. Dn̄e iam video de obſeruati/
one ſolēni. obſeruādo in teſtō. nunq̄d ſuffi
cit hmōi obſer. ad h̄ ꝙ teſtm̄ inexpugnabi/
liter valeat. Rn̄. ꝙ nō. Nō em̄ vt oino vale/
at teſtamētū ſufficit ꝑdicta obſeruatio quā
ſ. de teſta. ordi. expoſuim⁹ ſꝫ teſtator q̄ filiū i
ꝑtāte habet eū vl̄ heredē in teſtō inſtituere.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel nominatim exheredare neceſſe habet. Si em̄ eū ſub ſilentio p̄terierit inutile erit teſtamentū. ⁊ inītiū erit iutile vt lꝫ iſte fili⁹ p̄teritus viuēte teſtatore mortu⁹ fuerit. Nemo tn̄ ex eo teſtamēto heres exiſtere poterit ⁊ hoc ea rōne. qꝛ p̄terito filio in p̄tāte p̄e facti teſtamēti exn̄te teſtm̄ ipo iure nullū fuit ⁊ hoc verū fuit in filiis maſculis p̄mi gdus ſꝫ ſecus erat in filiab⁊. Nā nō ita de filiab⁊ vł aliis liberis vtriuſqꝫ ſexus in remotiori gradu ꝯſtitutis apud veteres obſeruabaṫ. Neqꝫ em̄ exheredabāt ⁊ teſtm̄ ꝓpter hedis p̄teritionē nō infirmabaṫ. ſꝫ nō valebat etiā ius accreſcēdi vſqꝫ ad certā portionē. i. dimidiā illi⁹ portōis quā habituri eēnt ab inteſtato eis preſtabaṫ. nec ſolū fuit hmōi drn̄tia iter filios maſ. ⁊ hmōi ꝑſonas. ſꝫ etiā alia. qꝛ licꝫ filii maſculi noīatim debeāt exheredari. nō tn̄ ſup̄dictas ꝑſonas noīatim exheredare pentib⁊ erat neceſſe. ſꝫ licebat eis illas ꝑſonas inter ceteros exheredare. Sꝫ dn̄e dicatis mihi q̄d eſt exheredare noīatim. Ad h̄ rn̄det amice. exheredare noīatim videṫ qui ꝓprio noīe expreſſo exheredaṫ. veluti ſi teſtator dicat tici⁹ fili⁹ me⁹ exheres eſto. vł nō adiecto ꝓprio noīe ſed appellatiuo tm̄. vtputa ſi teſtatore viuo ſolū filiū habuit. ⁊ hec dicūṫ in p̄ma pticula ſc̄de ſubdiuiſiōis vſꝫ ad illū §. Poſtumi qꝫ. Hic incipit ſc̄da ps ſc̄de ſb diuiſiōis in q̄ ſic p̄cedit. Primo tractat de veris poſtumis p̄mo aſſignādo ꝯtrarietatē inter oēs poſtumos tā maſculini qꝫ femini ſexus. ⁊ quēadmodū exheredanṫ. ſc̄do d̄ter. de exheredatōe eoꝝ q̄ loco poſtumoruꝫ ſūt. Po. igiṫ ſic ca. Dn̄e iam video q̄d iuris eſt circa exheredatiōnē liberoꝝ iā natoꝝ. ſꝫ q̄d dn̄e ſi teſtator relīqrit vxorē pregnantē. nūquid neceſſe hꝫ exheredare vł inſtituere vterū. Rn̄. qꝫ ſic. nā nō ſolū nati liberi ſꝫ etiā poſtumi exheredari debēt vł hedes inſtitui ⁊ in eo par oīm poſtumoꝝ ꝯditio eſt. qꝫ q̄cūqꝫ poſtumo ſiue maſculini ſex⁹ ſiue feminini p̄terito nō valet teſtamentū. qꝛ ſi naſcatur poſtum⁹ vł poſtuma natiuitate ei⁹ rumpiṫ teſtamentū. vn̄ ſi mł'ier pregnās de qua ſpectabaṫ poſtum⁹ naſcitur⁹ ediderit abortiuū nihil erit impedimēto heredib⁊ inſtitutis ad hereditatē ex teſtamēto adeūdā. naꝫ iſte abortiu⁹ q̄ mortu⁹ natus eſt vel ꝯtra formā humani generis editus ꝑ iā noīato hꝫ ſed licet in hac particula ſit ꝯditio oīm poſtumoꝝ parificata in alio tn̄ drn̄t. nā feminini ſexus poſtume vel noīatim vł inter ceteros ſolebant exheredari ꝑut placuit teſtatori. ita tn̄ vt ſi teſtator hmōi ꝑſonas iter ceteros exheredari aliq̄d eis legaret ne viderenṫ hmōi poſtume ꝑ obliuionē a teſtatore p̄terite eſſe. ſꝫ ſecus erit in maſculis poſtumis. Poſtumos em̄ maſculos puta filiū et deinceps ſtatutū eſt nō poſſe aliter recte exheredari. Sed dn̄e ꝑ deo q̄lr pōt poſtum⁹ noīati exhedari ſi teſtator d̄ ſexu faciat mētionē. Et rn̄. qꝫ h̄ mō. Quicūqꝫ mihi fili⁹ maſ. genit⁹ erit exheres eſto. ⁊ hec dicūṫ de veris poſtumis vſꝫ ad illū §. Puſtumoꝝ. Dic d̄terminat iuſti. de exheredatōe eoꝝ qui loco poſtumoꝝ ſūt. vn̄ po. ſic ca. Dn̄e iā video ꝑtꝫ mihi q̄lr exheredanṫ liberi nati ⁊ etiam poſtumi. nunq̄d ſūt plures modi exheredādi vł inſtituēdi. Et rn̄det qꝫ ſic. Nā ſicuti dictū eſt veros poſtumos debere exheredari vel inſtitui. ita ⁊ hi q̄ loco poſtumoꝝ ſūt. ſꝫ dn̄e dicatis mihi q̄ ſūt hi q̄ loco poſtu. ſunt Ad hoc rn̄. Amice loco poſtu. ſūt hi q̄ tp̄e teſtamenti nō erāt imediate adiūcti teſtatori. poſtea tn̄ adhuc viuēte teſtatore in locuꝫ ſui heredis ſuccedūt. ⁊ ita quaſi agnaſcēdo imediate adiūgunṫ teſtatori. ⁊ ſui heredeſ efficiunṫ vt ꝑtꝫ i tali exēplo. Tici⁹ habet filiū in p̄tāte ſua. ⁊ ex eo dē filio nepotē h̄ caſu qꝛ fili⁹ in vno gradu p̄cedit nepotē ſol⁹ filius iura ſui heredis habet. licet nepos ⁊ neptis ex eo in ei⁹ p̄tāte ſint. vn̄ ſi ticii fili⁹ viuēte adhuc ticio mortu⁹ fuerit aut de p̄tāte ei⁹ exierit. incipit nepos ex filio nato in locū patr̄ ſui mortui vł a patria p̄tāte ſuccedē ⁊ codeꝫ modo q̄ agnatōe ſuus heres efficiṫ cū nullus in poteſtate exn̄s eū p̄cedat. ⁊ ideo ſic teſtator ipm filiū vel heredē inſtituere vel nominatim exheredare debet. ita nepoteꝫ vel neptem ex illo neceſſe habet exheredare vł heredē inſtituere. ne forte viuo adhuc teſtatore filio ei⁹ q̄ imediate erat ei adiūct⁹ mortuo vel emancipato vł alio modo a patria poteſtate liberato nepos ex filio in locū patr̄ ſui ſuccedēs q̄ agnatōe ei⁹ rumpat teſtamentū. ⁊ iſta ꝓuiſio ad ſecuritatē teſtatoꝝ ꝑ l. velleiam introducta eſt. in qua q̄dē l. ſilis modus exheredatōis ad exēplū veroꝝ poſtumoꝝ demōſtraṫ. ⁊ hec dicunṫ vſꝫ ad illū

§. Emancipatos ⁊c̄. Jſta eſt tercia ps ſc̄de
ſubdiuiſiōis ⁊ eſt caſus planiſſim⁹. ⁊ ita ex-
pedita eſt prima ps p̄me ſubdiuiſiōis in q̄
tractat de exheredatōne adoptiuoꝝ. ⁊ ē ca-
ſus plan⁹. ⁊ ita expedita eſt tota pars p̄ma
p̄n. vſ ad illū. §. Sed h̄ q̄dē. Hic icipit ſe-
cūda ps p̄n. iſti⁹ ti. in qua corrigit differen-
tias iuris antiqui circa exheredatōes libe-
roꝝ. Et ad vberiorē iuuenū doctrinā ſubdi
uidas iſtā p̄tē in tres p̄ticulas. Jn q̄ꝝ p̄ma
p̄te deter. iuſt. de illis q̄ neceſſario habent fi
lios vl' liberos ſuos naturales vl' legitimos
noīatim inſtituere vel exheredare. Jn ſc̄da
p̄te deter. de legitimis tm̄ vicȝ de adoptiuiſ.
Jn tercia ⁊ vlti. p̄te determinat de illis q̄rū
p̄teritio habeat p exheredatōe prima pſ du
rat vſ ad illū. §. Circa adoptiuos aūt. ibi
incipit ſc̄da ps ⁊ durat vſq ad illū. §. Sȝ
ſi in expeditiōe. ibi incipit tercia p̄tendit vſ
q in fi. ti. Jn prima p̄cedit p̄mo aſſignans
tres rōnes q̄b⁹ motus fuit ad corrigendum
ius antiquū. Sc̄do deter. qualr̄ correxit. Po
ne igit̄ ſic ca. Dicit iuſti. q h'mōi dr̄ntias ſe
xus ⁊ modi exheredatōis de q̄b⁹ dictū eſt vſ
q ibi. vetuſtas. i. media iuris prudētia itro
ducebat. ſȝ nr̄a ↄſtitutio differētias amouet
⁊ nihil inter maſcu. ⁊ femi. q̄tū ad modū ex
heredandi vl' inſtituendi intereſſe exiſtima
uit. ⁊ h̄ triplici rōne. Prima q̄ vtrēq ꝑſone
in p̄creatōe hoīm ſili nature officio fungū
tur. Sc̄da rō. q̄ l. antiq̄. xij. tabulaꝝ. Pēs
tā maſculos q̄ femias pariter ad ſucceſſio-
nes p̄entū ab inteſtato vocabat. Tercia rō
eſt. q̄ p̄tores ſecuti ſūt. l. xij. ta. dando ſcȝ fi-
liab⁹ ſicuti ⁊ filijs p̄teritis bo. poſ. ↄtra tab.
in totū. vn̄ nos his rōib⁹ moti ſimil'e ac ſim
plex ius antiquū differētijs exploſis in fili
is ⁊ filiab⁹ ⁊ oīb⁹ alijs p virilē ſexū deſcen-
dentib⁹ nō iā natis ſed etiā poſtumis intro
duximus ⁊ ſtatuim⁹ in ↄſtitutōe nr̄a vt oēs
ſiue ſint ſui ſiue emācipati aut iſtituant̄ he
redes aut noīatim exheredent̄. ⁊ oēs ſiue
ſint iam nati ſiue adhuc in vtero cōſtituti ⁊
poſtea nati ſūt eundē habēt effectū circa p-
entū ſuoꝝ teſtm̄ infirmādū ⁊ hereditatē in
ſcriptis heredib⁹ heredū. quē quidē effectuȝ
filij ſui vl' emācipati preteriti vl' exheredati
hr̄e poterūt. ⁊ hec dicunt̄ in p̄ma p̄te ſc̄de p
tis p̄n. vſȝ ad illū. §. Circa adoptiuos. ⁊ ca
ſus planus vſȝ ad illū. §. Sed ſi in expedi-
tione. ibi incipit tercia p̄ticula illi⁹ ſc̄de p̄t-
p̄nci. ⁊ p̄mo ponit caſū ſpēalem in q̄ p̄teri-
tio habet̄ p exheredatōne. ſc̄do tractat d̄ p
ſonis illis q̄ꝝ p̄teritio generalr̄ habet̄. ⁊ ca
ſus plan⁹ ē vſq in fi. ti.

## De heredibus inſtituendis.

Continuatio iſti⁹ rub. p̄tȝ in hunc
modū. Supra inſti. p̄x. i. p̄cedē. tra.
iuſt. ſpecialr̄ de exheredatōne vl' in
ſtitutōe liberoꝝ que exheredatio tm̄ locum
habet in ſuis. ſȝ q̄ nō ſolū ſui ſed etiā extra-
nei ⁊ nō ſolū liberi ſȝ etiā ſerui inſtitui here
des p̄nt. idcirco intēdit tractare generalr̄ d̄
inſtitutōe heredū. vn̄ hic ſubijcit rub d̄ he
redib⁹ inſtituēdis. vel aliter. Sup̄ tracta-
uit iuſt. de teſtamētis. ⁊ q̄ in teſtamētis fi-
unt inſtitutōes. Nam teſtamēta ab inſtitu
tione heredis ſubam capiūt ⁊ robur ſuum
atq firmamentū. vt infra de le. §. Ante he-
redis. Jdcirco p⁹ tractatū de teſtamētis in-
tendit tractare de heredū inſtitutiōe. vn̄ an
nectit rub. de heredib⁹ inſtituē. dicēs. Here
des ⁊c̄. Ad maiorē euidentiā iſti⁹ ti. di-
ui. tit. in ſex p̄tes p̄n. ⁊ plan⁹ erit. Jn q̄ꝝ p̄-
ma p̄te deter. q̄ p̄nt heredes inſtitui ⁊ q̄s ſit
effectus inſtitutōis de h̄ plures caſus ſub
ijciēdo. Jn ſc̄da p̄te deter. qualr̄ diuidit̄ he
reditas p legem. in tercia p̄te deter. qualr̄ di
uidit̄ p teſtatoris voluntatē tacitā vicȝ vel
expreſſaȝ. ⁊ ad h̄ declarandū plures caſ⁹ ſb-
ijcit ſpeciales. Jn q̄rta p̄te deter. de inſtitu-
tōne ↄditionali. Jn q̄nta p̄te deter. q̄lr̄ ↄdi
tōne viciata de iure remanent inſtitutōis
iura. Jn ſexta p̄te ⁊ vlti. redit ad p̄mā p̄tem
titu. adijciendo q̄ſdam q̄ p̄nt heredes inſti
tui de q̄b⁹ dubitabat̄. p̄ma ps p̄tendit̄ vſq
ad illū. §. Hereditas. ibi ſc̄da ⁊ durat vſȝ ad
illū. §. Nō aūt. ibi tercia ⁊ durat vſȝ ad illū
§. Heres. ibi quarta ⁊ durat vſq ad illū. §.
Jmpoſſibilis ↄditio. ibi q̄nta ⁊ durat vſq
ad illū. § Si q̄s. ibi ſexta ⁊ vlti. ⁊ durat vſq
in fi. ti. Pone igit̄ ſic caſū. Jn p̄ma p̄te dn̄e
vos vultis tracta. de here. inſti. dicat̄ igit̄
mihi q̄ p̄nt heredes inſtitui. Ad h̄ rn̄. Ami-
ce heredes inſtitui poſſunt tam liberi homi
nes q̄ ſerui. et tam proprij ſerui q̄ alieni
ſed olim ſ̄m ſn̄ias plurium non licebat p-
prios aliter inſtituere heredes q̄ cū liberta
te expreſſe data. ſȝ hodie ſec⁹ eſt nā auc̄te no
ſtre ↄſtitutōis licet dn̄s nll'a mētione facta

F

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de libertate ꝓprios ſeruos in teſtamēto ſuo heredes inſtituerit. hoc tñ de nouo nō idu
ximus. nā antiq̄tus attilicin⁹ iuriſcōſultus hoc induxerat. paulus etiā in libꝛ ſuis q̄s tam ad maſſuriū ſabiū q̄ȝ ad plauciū ſcpſit refert hoc idē attilicino antiq̄ iuriſcōſulto placuiſſe. vñ qđ antiq̄tus attilicino ⁊ paulo placuit nr̄a ꝯſtitutio in legis neceſſitatē introduxit. ⁊ hec dicunꝭ vſq̄ȝ ad illū. §. Pro prius aūt ſeruus. Adhuc ꝓſequiꝭ ꝑmā ptē inſt. determinādo q̄ pñt hedes inſtitui Vñ po. ſic ca. Dñe vos dixiſtis mihi q̄ ꝓpri⁹ ſeruus pōt heres inſtitui. modo dicatis mihi q̄s dicaꝭ ꝓprius ſeruus. Ad h rñ. Amice ꝓprius ſeru⁹ q̄ ad hoc vt poſſit inſtitui, itelligiꝭ etiā in q̄ ille teſtatoꝛ nudā habet ꝓprietatē licet ali⁹ in eo vſufr. habeat. nā nihilominus ꝓprius ſeru⁹ intelligiꝭ. ⁊ hec dicunꝭ vſꝫ ad illū. §. Eſt aūt. Adhuc ꝓſequiꝭ inſti. primā ptē ⁊ excipit hec ab illo generali qđ ꝑmiſit in ꝑnci. ti. Po. igiꝭ ſic ca. Dñe vos dixiſtis mihi. ſ. q̄ dñs pōt ſeruū ſuū in teſtō heredē inſtituere. nunq̄d eſt hoc generalr̄ verū q̄ lꝫ cuilibet dño ſeruū ſuū hedē inſtituere. Et rñ. q̄ nō. Eſt em̄ caſus in q̄ nō licꝫ domino ſeruū ſuū hedē inſtituere q̄ȝuis libertatē eidē ſeruo ſe dediſſe in teſt. ſuo expſſerit ⁊ ita caueꝭ ꝯſtitu. d̄e diuoꝝ ſeueri ⁊ anthonij. cui⁹ ꝯſtitutōis ꝟba ſūt hec. Rōnis ē ſeruū maculatū. i. accuſatū de adulterio cū domina ſua cōmiſſa nō videri iure manumiſſū añ ſniam ab eadē dña ſua que fuerat rea poſtulata eiuſdē crimis. vñ ſequereꝭ q̄ ex q̄ manumiſſio in teſtō ſuo nō valet. nec cū inſtitutione valere poſſit. Manifeſtū eſt igiꝭ vt inſtitutio hedis in eūdē a dña collata nl̄li⁹ momēti habeaꝭ ⁊ hec vſꝫ ad illū. §. Alienus. In q̄ ſic po. ca. Dñe vos dixiſtis mihi ſ. q̄s intelligiꝭ ꝓpri⁹ ſeru⁹ dicatꝭ mihi q̄s itelligiꝭ ſeru⁹ alien⁹ Ad h rñ. Amice. Alien⁹ ſeruus nō ſolū diciꝭ ille in q̄ teſtatoꝛ nihil iurꝭ habet ſꝫ etiā ille in q̄ teſtatoꝛ hꝫ vſufr. ⁊ hec dicunꝭ vſꝫ ad illū. §. Seru⁹ aūt a dño. Adhuc ꝓſequiꝭ inſt. ꝑmā ptē tituli determinādo de effectu inſtitōis. vñ po. ſic. ca. Dñe iaꝫ video q̄ ꝓpri⁹ ſeru⁹ a dño in teſtē heres inſtitui pōt. ꝓ deo dicatꝭ mō mihi q̄s ſit effectus illi⁹ inſtitutōis. Ad h rñ. Amice inſtitutio ꝓprij ſerui a dño facta gl'ioſū hꝫ effectū. Proprius em̄ ſeru⁹ a dño ſuo heres inſtitutus ſi in eiuſdem dñi dñio vſq̄ȝ ad mortem eius ꝑſeuerauerit. mortuo teſtatore ſit ex teſtamēto liber ⁊ heres. ſꝫ neceſſari⁹. ſꝫ ſi teſtatoꝛ viuus manumiſerit tūc p⁹ mortē teſtatoris adire hedītatē ſuo arbitrio poterit. naꝫ in hoc caſu qñ a viuo teſtatore manumiſſ⁹ fuerit nō cogiꝭ heres neceſſari⁹ eē. q̄ꝛ nō ſeq̄tur hedītatē ⁊ libertatē ex teſtō dñi. Ad hec q̄ cogaꝭ heres neceſſari⁹ eē neceſſe ē cū tā libertatē q̄ȝ hedītatem ex dñi teſtō habuiſſe. ⁊ hec obtinēt qñ dñs viuus ſeruū inſtitutuꝫ manumiſit. Sed po. q̄ dñs ſeruū ꝓpriū inſtituit ⁊ p⁹ inſtitutōeꝫ alienauerit vl' q̄libet alio⁹ in aliū tranſtulerit. certe ī iſto cāu mortuo teſtatore iuſſu noui dñi debet iſte ſeru⁹ adire hedītatē ⁊ eaꝫ ne no dño acq̄rere ⁊ ea rōne ꝑ ei⁹ aditionē iuſſu noui dñi factā nouus dñs heres efficiꝭ. Nā ipſe ſeruus poſt inſtitutionē alienat⁹ nec liber nec heres eē pōt. ſꝫ etiā cū libertate in teſtō expſſa heres fuerit inſtitut⁹. Dñs em̄ p⁹ inſtitutōem euꝫ alienando ꝯa libertatis ꝑatōe videꝭ deſtitiſſe. ⁊ hec dicunꝭ vſq̄ȝ ad illū. §. Alienus q̄ꝫ. Adhuc ꝓſequiꝭ inſt. in. §. pñti ꝑmā ptē hu⁹ ti. determinādo de effectu inſtitutōis qñ alienus ſeru⁹ inſtituiꝭ. vñ po. ſic ca. Dñe nō video q̄s ſit effect⁹ inſtitutōis alieni ſerui Ad h rñ. Amice alien⁹ ſeruus heres inſtitut⁹ ſi durauerit in eadē cauſa dꝫ iuſſu dñi ſui adire hereditatē. ⁊ eidē ꝑ aditionē hedītatē acquirere. Si ꝟo alienat⁹ fuerit a dño ſuo viuente adhuc teſtatore aut etiā p⁹ mortē teſtatoris tñ anteq̄ȝ hedītatē adierit in h caſu iuſſu noui dñi dꝫ adire hedītatē. ⁊ hec ſunt vera qñ iſte ſeru⁹ in ſeruitute remāſerit. ſꝫ ſi a ꝑmo dño vl' a nouo viuēte teſtatore vl' mortuo añ diuiſionē hedītatis manumiſſus fuerit tūc liber factus ſuo arbitrio hedītatem adire ⁊ ſibi ipi acq̄rere poterit. ⁊ hec dicunꝭ vſꝫ ad illū. §. Seru⁹ alien. Adhuc ꝓſequiꝭ inſti. ꝑmā pte ti. deter. q̄ pñt heredes īſtitui vñ po. ſic ca. Dñe iā video q̄ ſeru⁹ alien⁹ viuēte dño poſſit heres īſtitui. nūquid poterit inſtitui p⁹ mortē dñi. Et rñdet q̄ ſic. Seruus em̄ alien⁹ p⁹ mortē dñi heres pōt inſtitui rec. nā ⁊ cū hedītarijs ſeru⁹ ē teſtamenti factio. Nā hedītarij ſerui acq̄rūt hereditati. ⁊ ꝑ ꝯñs hedi futuro. Hereditas eī nōdū adita ſuſtinet vicem ꝑſone defuncte nō heredis futuri. vnde ſicuti ſi defunctus viue

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ret ex teſtamento cape poſſet. ita ⁊ eo mor/
tuo cape poſſet hereditatē cū hereditas q̄r/
tū ad h̄ vicē pſone defuncte repn̄tet. Jtē nō
ſolū ſeruꝰ alicuiꝰ iā nati inſtitui pōt. ſed etiā
ſeruus eius qui in vtero eſt recte heres in/
ſtitui poterit. qꝛ q̄tum ad hoc qui in vtero ē
ꝓ iam nato habet̄ cū in hoc caſu de cōmo/
do eius tractat̄ ⁊ hec dicunt̄ vſq꜂ ad illū. §.
Seruus pluriū. Adhuc pſequit̄ inſt. pri/
mā ptē determinando q̄ pn̄t heredes inſti/
tui. Pone igit̄ ſic caſū. Dn̄e iam video quiſ
ſit effectus inſtitutōnis qn̄ ſeruus vniꝰ aliȷ̄
inſtituit̄. Sed ponamꝰ ꝙ aliquis inſtitu/
at ſeruū pluriū dn̄oꝝ. dicatis mihi q̄s ſit ef
fectus hmōi inſtitutōis. Ad h̄ rn̄. Amice.
Seruus pluriū dn̄oꝝ cū q̄bus teſtamen/
ti factio eſt ab extraneo heres inſtituitꝰ vni
cuiq꜂ dn̄oꝝ cuiꝰ iuſſu adȷ̄t hereditatē acqui
rit ꝓ portōne dn̄ȷ̄ quā in ſeruo habet ⁊ effi
cit̄ heres. Sꝫ po. Dn̄e iam video ꝙ ꝑ iſti/
tutionē ſerui pluriū dn̄oꝝ plures heredes
inſtitui pn̄t. eſt ne hoc veꝝ. Et rn̄. ꝙ ſic. naꝫ
⁊ vnū hoīem ⁊ plures vſq꜂ in infinitū q̄t te/
ſtator voluerit heredes facere pōt. ⁊ hec di
cunt̄ vſꝫ ad illū. §. Hereditas. ⁊ ita plane ex
pedita eſt ṗma ps ṗn. iſtiꝰti. Hic incipit ſe/
cūda ps ṗncipalis in qua ſic po. ca. Dn̄e iā
video q̄ poſſunt heredes inſtitui ⁊ q̄s ſit effe
ctus inſtitutōnis. ꝓ deo dicatis mihi qua/
liter diuidit̄ hereditas. Ad h̄ rn̄. amice. he/
reditas plerūq꜂ diuidit̄ in duodecim vnci/
as q̄ aſſis appellatōne ꝯtinent̄. Habēt autē
he ptes hec noīa ab vncia vſꝫ ad aſſem. vt/
puta hec vncia ⁊c̄. put in lr̄a ꝯtinet̄. ⁊ hec di
cunt̄ in ſcd̄a pte vſq꜂ ad illū. §. Nō aūt. Hic
incipit tercia ps ṗnci. in qua ſic po. ca. Do
mine vos dixiſtis mihi ꝙ hereditas diui/
dit̄ in duodecim vncias ⁊ ꝓpria noīa vncia
rū mihi expreſſiſtis. nūquid generalr̄ opor
tet eſſe duodecim vncias in hereditate. Et
rn̄. ꝙ nō. Semꝑ em̄ duodecim vncias op
tet eſſe in hereditate. naꝫ tot vncie aſſem cō
ſtituunt q̄t teſtator voluerit. Si em̄ teſtator
vnū tm̄ heredē ex ſemiſſe inſtituerit. totus
as in ſemiſſe ꝯtinebit̄. ⁊ h̄ ideo. qꝛ idē ex par
te teſtatus ⁊ ex pte deteſtatus decedere nō
poteſt. ⁊ hoc eſt veꝝ niſi ſit miles q̄ in caſtrē
ſibus teſtari pōt ⁊ in paganicis inteſtatus
decedere. Sola em̄ volūtas militis ī teſtā
do ſpectat̄. Cū igit̄ aliquis in ſemiſſe vnuꝫ

tm̄ iſtituerit ⁊ aliū pꝰea n̄ iſtituerit ⁊ pſumit̄
ī totū aſſē iſtitueret ⁊ ſilr̄ ī caſu ꝯuerſo. qꝛ ſicu
ti ego tibi dixi non ſꝑ eſſe neceſſe duodecim
vncias ꝯtineri in aſſe. ita in quācunq꜂ volu
erit plurimas vncias pōt q̄s hereditatē di
uidere. ⁊ hec dicunt̄ vſꝫ ad illū. §. Si plēs
inſtituant̄. Adhuc in pn̄ti. §. pſequit̄ iuſti.
terciā ptē huiꝰ ti. determinādo q̄lr̄ diuidit̄
hereditas ex volūtate teſtatoris. po. igit̄ ſic
caſū. Dn̄e po. ꝙ aliquis plures inſtituit he
redes. nūquid neceſſe eſt ꝙ teſtator exṗmat
ptes in q̄bꝫ eos inſtituit. Et rn̄. ꝙ nō niſi vo
luerit eos ex diſparibꝫ ptibus heredes eſſe
Si em̄ plures heredes inſtituunt̄ ita ōmū
neceſſaria eſt ptim diſtributio ſi voluerit te
ſtator heredes inſtituēdos ex equalibꝫ ꝓpor
tionibꝫ ſuccedere. Satis em̄ manifeſtū eſt
ꝙ ſi eos ſimplr̄ inſtituat ptibꝫ inſtitutōis n̄
expreſſis oēs inſtitutos ex equalibꝫ portiōi
bus heredes eſſe intelligendū ē. Sꝫ po. ꝙ
teſtator q̄ſdā inſtituit in certis portiōibꝫ pu
ta ticiū in triente ⁊ meuiū in ſextante. ⁊ pꝰea
ſemproniū inſtituerit ſimplr̄ nl̄la portōe in
eiꝰ pſona expſſa. dicatis mihi q̄d iuris erit
in caſu iſto. Ad h̄ rn̄. Amice ſi plēs inſtitu
ant̄ in certis ptibꝫ q̄rundā pſonis expſſit et
aliq̄s poſtea ſine pte inſtitutꝰ fuerit ille q̄ ſi
ne pte inſtitutus ē ſi aliqua ps aſſis deſt ex
ea pte inſtitui intelligit̄. vn̄ in caſu p̄dicto il
le q̄ ſine pte inſtitutꝰ ē in ſemiſſe erit heres.
⁊ idē iuris ē ſi plēs ſine pte inſtituti ſūt. naꝫ
oēs in eam ptē q̄ aſſi deeſt ꝯcurrūt. ⁊ hec ſūt
vera qn̄ aliq̄ ps deeſt aſſi. Sed pone ꝙ to/
tus as completus ſit. qꝛ inſtituit p. in ſemiſ
ſe. ⁊ m. in alio ſemiſſe poſtea vnū vel plures
ſine pte inſtituit q̄d iuris ē in caſu iſto. Ad
h̄ rn̄. Amice. ſi totus as ſit cōpletꝰ oēs inſti
tuti vocant̄ in dimidiā ptē hereditatis. ⁊ il/
le ſolus q̄ ſine pte inſtitutꝰ fuerit vl̄ etiam ſi
plures ſine pte inſtituti fuerint in alterā di
midiā vocabunt̄. nec etiā intereſt in eo ca/
ſu qn̄ aliqui ſūt inſtituti in certa portōne et
poſtea alius ſine portione inſtitutus ē. vtꝝ
ṗmꝰ vl̄ mediꝰ an nouiſſimꝰ ſine pte inſtitutꝰ
fuerit. nā ſꝑ illa ps q̄ vacat intelligit̄ data ei
q̄ ſine certa portōe inſtitutꝰ ē. ⁊ hec dicūtur
vſq꜂ ad illū. §. Videamꝰ ſi. in q̄ ſic po. caſuꝫ
Dn̄e iā video q̄d iurꝭ ē qn̄ aliq̄ ps deeſt aſſi
⁊ aliq̄s inſtituat̄ ſine pte. ſꝫ po. ꝙ aliq̄ ps p̄/
ualet ⁊ tm̄ nemo ſit inſtitutus ſine pte vt in



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tali exemplo teſtatoꝛ inſtituit petrū in q̄drā
te ⁊.m. in alio q̄drante ⁊ ticiū in triente. ⁊ ita
tres inſtituit ex quartis ptibꝫ. modo mani-
feſte liquet ꝙ quarta ps hereditatis vacat
dicatis mihi quid iuris ē in caſu iſto. Ad
h rn̄. amice. Si tres ex quart̄ ptibꝫ hedes
inſtituti ſūt ⁊ hoc caſu ꝯſtat vacantē ptē ſin
gulis tacita voluntate teſtatoris ꝓ heredi-
taria portione accedere ⁊ pinde erit ac ſi ab
initio ſinguli ex certis portōibꝫ fuiſſent iſti-
tuti. idē iuris erit in caſu ꝯuerſo. Naȝ ſi plu
res in portōibꝫ inſtituti fuerint ſingulis ꝓ
hereditarijs portōibus decreſcet. vt puta ſi
iure in certis portōibus inſtituti ſūt. nā te-
ſtatoꝛ petrū inſtituit in triente ⁊ martinū in
alio triente. nam in hoc caſu pinde erit ac ſi
vnꝰquiſqꝫ in quadrāte inſtitutus fuiſſet. et
hec dicunt̄ vſ ad illū. §. Si plures vncie.
In q̄ ſic pone ca. Quidam inſtituit p. in ſe-
miſſem ⁊ m. in beſſem ⁊ ita plures vncie q̄ꝫ
duodecim ſūt diſtribute. ⁊ poſtea inſtituit
ticiū ſine pte. modo quero q̄d iuris ſit in h
caſu. Ad hoc rn̄d. Amice ſi plures vncie q̄ꝫ
duodecim a teſtatore diſtribute ſūt. ⁊ poſt-
ea aliq̄s ſine pte inſtitutus fuerit in h caſu
ad diſpondiū tranſeūdū erit. ⁊ q̄ inſtitutus
eſt ſine pte qđ deeſt diſpōdio habebit. ⁊ ideȝ
iuris ē ſi diſpōdius fuerit cōpletus. nā tūc
tranſeundū ē ad tripondiū. ⁊ ſic deinceps
nec ꝓpter hoc auget̄ hereditas licet in plēs
vncias diſtribuat̄ q꞉ omēs ptes diſtribute
poſtea ad aſſem reuocant̄ q̄uis ſint pluriū
vnciaꝝ. ⁊ hec dicunt̄ vſqꝫ ad illū. §. Heres
⁊ pure. ⁊ ita expedita ē tercia ps p̄n. Et hic
incipit quarta in qua ſic po. ca. Dn̄e quidā
inſtituit heredē ſub ꝯditōe. nunq̄d valet ta
lis inſtitutio. Et rn̄. ꝙ ſic. nā heres pure et
ſub ꝯditione inſtitui pōt. ex certo tn̄ tpe vel
vſqꝫ ad certū tp̄s nō pōt inſtitui. Veluti ſi-
q̄s ita inſtituerit ticiū pꝰ q̄nq̄nniū an̄qꝫ mo
riar heredē inſtituo. In h em̄ caſu nō valet
inſtitutio eo mō q̄ facta ē. Dies em̄ in inſti-
tutōe adiectus ꝓ ſupuacuo ſiue ꝓ nō adie-
cto habebit̄. ⁊ pinde erit ac ſi ticius pure ⁊ ſi
ne diei adiectōe inſtitutus fuiſſet ⁊ hec di-
cunt̄ in q̄rta pte vſ ad illū. §. Impoſſibilis
ꝯditio. Vis vicȝ ꝗbis ticiū heredē inſtituo
ſi celū digito tetigerit q̄ro a vob̄ vtrū valeat
inſtitutio iſta. Et rn̄. ꝙ ſic. nā in h caſu im-
poſſibilis ꝯditio nō viciat ſȝ viciat̄ ⁊ inſtitu

tio ꝓ pura habet̄. Impoſſibilis em̄ ꝯditio i
inſtitutōibus ⁊ legatis ⁊ fideicōmiſſarijs li
bertatibꝫ adiecta ꝓ nō ſcp̄ta habet̄. ⁊ pinde
ē ac ſi nl'la ꝯditio fuiſſet appoſita. Sȝ po. q̄
dam inſtituit heredeȝ ſub pl'ibꝫ ꝯditionibꝫ.
nū quid oportet oēs ꝯditōes adimplere an
teqꝫ poſſit adire. Ad h rn̄. amice. Si plures
inſtitutōi aſcripte ſūt ꝯditōes diſtinguo vtꝝ
p ꝯiunctōeȝ copulatiuā vl' diſiūctiuā ille cō
ditōes ſūt appoſite. nā ſi p ꝯiūctōeȝ copula-
tiuā vt puta ſi illud ⁊ illud factū fuerit ticiū
heredē inſtituo. neceſſe hȝ heres in h caſu
oēs ꝯditōes adimplere. Si ꝗo ſub diſiun
ctiua ꝯiūctōe plēs ꝯditōes appoſite ſūt. vt
puta ſi illud aut illud factū fuerit neceſſari
um ticiū heredē inſtituo. Et in h caſu tm̄ al
teri obtpare ſatis ē. ⁊ hec dicunt̄ in q̄nta pte
vſqꝫ ad illū. §. Qui ḡȝ nunqꝫ. Hic incipit ſe-
xta ⁊ vlti. ps in q̄ redit ad p̄mā ptē determi
nando qui poſſunt inſtitui heredes. vnde
ſic po. ca. Dn̄e quidā inſtituit q̄ſdaȝ ſibi ig-
tes heredes nūquid valet talis iſtitutio. Et
rn̄. ꝙ ſic. Nā hi quos vnqꝫ vidit teſtatoꝛ he
redes inſtitui pn̄t veluti ſi aliq̄s fr̄is ſui fili
os pegrinatos heredes inſtituit. nec iō im
pedit̄ inſtitutio ſi teſtatoꝛ ignorauerit q̄ eſ-
ſent. Ignorātia em̄ teſtatoris inutilē inſti-
tutionē nō facit. ⁊ hec dicunt̄ vſqꝫ in fi. ti.

De vulgari ſubſtitutione.

Ontinuatio iſtiꝰ rub. patet in hūc
modū. Sup̄ determinauit de iſti-
tutōibꝫ p̄mis. ⁊ q꞉ frequēter fiūt ſb
ſtitutōes. iō h intēdit tract. de ſubſtitutōne
vulgari. ſȝ qm̄ vulgaris ſubſtitutio magis
cōis ē inter ceteras ſubſtitōes idcirco d ea
p̄mittit. vn̄ de ea dicturꝰ ſubijcit rub. de vul
ga. ſubſti. dicēs Pōt aūt. In pn̄ti. §. ita ꝓ
cedit inſt. p̄mo oñdit in generali q̄lr fit vul
garis ſuſtitutio. ſcđo ſubijcit caſus ſpecia-
les ad naturā vulgaris ſubſti. declarandā.
Pone igit̄ ſic ca. Dn̄e vos vultis tractare
de ſubſtitutōe vulgari. dicatis mihi q̄lr fit
vul. ſubſti. Ad h rn̄. amice Teſtatoꝛ in teſt.
pōt facere plures gradus heredū. vn̄ h mo
do habet fieri vulg. ſubſti. veluti ſi teſtatoꝛ
p̄mo ita inſtituit. petrū heredē inſtituo. ⁊ ſi
petrus heres nō erit. m. ei ſubſtituo. ⁊ ſi. m.
non erit heres ticiū ei ſbſtituo ⁊ ſic deinceps
inq̄ꝫtum teſtatoꝛ voluerit ſubſtituere pōt ꝑ
negatiua verba gradus ſubſtitutiōis mul-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tiplicando. ꝛ nouiſſimo ſi habet hereditatē
ſuſpectā ſeruū ſuum pōt heredem de neceſſi
tate ſubſtituere. vt ſi forte oēs alij heredita
tē repudiauerint ſaltē ſeruū in ſubſidiū he/
redē habeat. ꝛ nō ſolū vnus in locuȝ vnius
ſubſtitui pōt. ſȝ etiā plures in locū vni⁹ pñt
ſubſtitui. ꝛ vn⁹ in locū pluriū ſubſtitui pōt.
ꝛ etiā ipſi heredes inſtituti inuicē ſubſtitui
pñt. veluti ſi teſtatoꝛ ita dixerit. p. ꝛ. m. here
des inſtituo ꝛ eos ſibijnuicē ſubſtituo. nā
in h̄ caſu tacite vulgariter alter alteri intelli
git̄ ſubſtitut⁹ ꝛ hec dicunt̄ vſȝ ad illuȝ. §. Et
ſi ex diſparib⁹. Hic icipit ponere caſus ſpe
ciales ad naturā vulgaris ſubſtitutōis de/
clarandā. Pone igit̄ ſic caſū. Quidā fecit te
ſtamentū ꝛ in teſtamēto ſuo īſtituit tres he/
redes ex diſparib⁹ partib⁹ puta. p. in ſex vn
cias. m. in. iiij. ꝛ ticiū in duas ꝛ poſtea adie/
cit vos inuicē ſubſtituo. ꝛ nllās ptes in ſb/
ſtitutōne expreſſit. mortuo teſtatore petrus
in ſex vncias inſtitut⁹ anteq̄ȝ adierit deceſſit
portionē ſuā repudiauit. modo q̄ro in quaſ
portōes ſubſtituti petro debeant ſuccedere.
Ad h̄ rñ. amice ſi ex diſparib⁹ ptibus here
des inſtitutos teſtatoꝛ inuicē ſubſtituerit ꝛ
nullā mentionē ptiū in ſubſtitutōe fecit eaſ
dē ptes videt̄ in ſubſtitutōe dediſſe q̄s i in/
ſtitutōe expſſit. ꝛ ita diuus pi⁹ reſcpſit. vñ di
co tibi ꝙ in caſu ꝓpoſito. m. inſtitut⁹ in q̄tu/
oꝛ vncias q̄tuoꝛ vncias ex ſubſtitutōe habe
bit. ꝛ titi⁹ inſtitut⁹ in duab⁹ ex ſubſtitutione
ad duas ſilr̄ vocabit̄. Eodē eñ modo q̄ eoſ
teſtatoꝛ dilexit in inſtitutōe videt̄ eos i ſub
ſtitutōe dilexiſſe. ꝛ hec dicunt̄ vſq̄ȝ ad illū. §
Sed ſi inſtituto. Adhuc pſequit̄ inſt. ma
teriā ſuā exemplificando de vulgari ſubſti
tutōne. Pone igit̄ ſic ca. Quidā fecit teſtm̄
ꝛ in teſtamēto ſuo ticiū ꝛ ſeyum heredes in
ſtituit ꝛ poſtea adiecit ſi ticius heres ñ erit
ſeyū coheredē ſuū ſubſtituo, ꝛ ſi eius heres
nō erit meuiū ſubſtituo mortuo teſtatore ti
cius pmo repudiauit ſeyus ſcdo. mō meui
us qui fuit ſubſtitutus ſeij vult admitti ex ſb
ſtitutōe. modo vertit̄ in q̄ōe vtꝝ debeat ad
mitti meui⁹ ad totā hereditatē vl̄ ad ptē di/
midiā. Et certe rñ. ꝙ ad vtranq̄ȝ ptē admit
tit̄. ꝛ ita diuus ſeuerus ꝛ antho. in h̄ caſu re
quiſiti ſine diſtinctōe reſcripſerūt. ꝛ hec di/
cunt̄ vſȝ ad illū. §. Si ſeruū alienū. Adhuc
pſequit̄ impatoꝛ materiā ſuā ponēdo exem

pla de vulga. ſubſti. Et ſciendū ē ꝙ in pñti
§. tria ptinent̄ rub. in pmo errauit teſtatoꝛ
in ſcdo ꝛ tercio nō errauit. ꝛ duo vlti rubri
ca ponunt̄ ad ꝓbationē ꝛ ꝯfirmatiōem cō/
tatis in pmo rubrico ſtatute. vñ po. ſic ca.
Quidā fecit teſtm̄ ꝛ in teſtō ſuo ſeruū. p. quē
credebat liberꝝ hoīem heredē inſtituit ꝛ p⁹/
ea adiecit ꝛ ſi īſtitutus heres nō erit meuiū
ei ſubſtituo. mortuo teſtatore apparuit ꝙ il
le quē teſtatoꝛ erroꝛe deceptus credebat fu
iſſe liberꝝ ꝛ tanq̄ȝ liberū heredē inſtituit ſer
uus erat petri ꝛ ita iuſſu p. dñi adiuit here/
ditatē q̄ eā dicebat ſibi acq̄ſitaȝ. ex aduerſo
meui⁹ ſubſtitut⁹ virilr̄ ſe petro opponebat ꝛ
allegabat in hūc modū. Ego dñe petre di/
co ꝙ ꝑ aditionē ſerui tui in caſu iſto nō pōt
tibi acq̄ri hereditas. q2 teſtatoꝛ erroꝛe dece/
ptus credebat fuiſſe liberꝝ ſeruū tuū quē ſi/
bi heredē inſtituit. vñ cū in rei veritate non
tenuerit inſtitutio facta. ideo deficiēte inſti
tutione dico me ex ſubſtitutōe ad totā here
ditatē admittendū. ꝛ te oīno repellendū. ſed
in ꝯtrariū. p. videbat̄ ſibi poſſe defēdere he
reditatē in hūc modū allegādo ꝯtra dicēs.
Dñe meuij ego dico ꝙ veritas pferēda ē opi
nioni. vñ cū in veritate ſeru⁹ me⁹ ſit inſtitu/
tus ꝛ ſi heres nō eēt tu ei futurus eras ſub
ſtitutus ꝛ ipe ſeru⁹ iuſſu meo ad hanc here
ditatē mihi ꝑ aditionē totā hereditatē acq̄ſi
uit ꝛ vulgaris ſbſtitutio expirauit. ꝛ ſic ex ꝟ
tute vulga. ſubſti. nihil iuris in hac heredi
tate poteris vēdicare cū ꝑ aditionē ſubſti/
tutio penit⁹ ſit extincta. ꝛ ita magna ꝯtentio
inter. p. dñm ſerui inſtituti ꝛ meuiū ſubſti/
tutū. ꝛ ideo ſupplicaui impatorē dicens. ꝓ
deo dñe ſi placet terminatis iſtā ꝯtentōem ꝛ
dicatis q̄d iuris ē in caſu iſto ꝓpoſito. Ad h̄
rñ. amice. Si q̄s alienū ſeruū patrēfa. arbi
tratus heredē inſtituerit. ꝛ ſi heres nō eſſet
meuiū ſubſtituerit. licet iſte ſeruus ꝑ erroꝛē
inſtitut⁹ iuſſu dñi adierit hereditateȝ. nō tñ
ſubſtitutio vulga. penitus euanuit. imo me
uius vulgariter ſubſtitut⁹ in pte hereditatꝭ
acq̄ſite admittēdus ē. Sed dñe q̄lr̄ rñdebi
tis ad allegatōes hincinde ꝓpoſitas. Ad h̄
rñ. Amice. Allegatio dñi ꝑ ſeruo inſtituto
locū habet in eo ſeruo quē teſtatoꝛ ſciēs eſſe
ſeruū heredē īſtituit. Illa eñ ꝟba q̄ ponunt̄
in vulgari ſȝ ſi heres nō erit in eo quē teſta
toꝛ in rei veritate ſcit eē ſeruū ita intelligunt̄



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſi neqꝫ ipē ſeruus iſtitutus acquirit ſibi he-
reditatē neqꝫ dn̄o pn̄ti neqꝫ futuro qꝛ tunc
demū admittit̄ ſubſtitut⁹ ſi in hoc caſu pri-
mo ig̃rabat ipm eē ſeruū. ⁊ ita nō oīno obti
net allegatio dn̄i. Allegatio ꝓo meū ſub-
ſtituti locū habet i eo ſeruo quē teſtatoꝛ ſci
ens hoīem liberꝝ inſtituit ⁊ ei vulgariter ſb
ſtituit. Illa em̄ ꝟba ſcꝫ ſi heres nō erit i eo
ſeruo quē teſtatoꝛ ſcit eſſe patremfa. hoc ſi-
gnificat ſi neqꝫ ipē ſibi acquirit hereditatē
neqꝫ illi cui⁹ iuri poſtea ſubiectus erit. tunc
em̄ demū ad hereditatē admittit̄ ſubſtitut⁹
ſꝫ certe ſecus erat in caſu ꝓpoſito. nam teſta
toꝛ credebat ipm eſſe liberū. ⁊ in rei veritate
ſeru⁹ fuit. vn̄ nō eſt mirū ſi aliud in p̄mo re
ſponſo q̄ꝫ in ſcd̄o vl' tercio ſtatutū ſit. nec vi
deat̄ alicui nos aliq̄d durū in h̄ caſu ſtatu-
iſſe. Nam ita tiberus ceſar in ꝑſona ꝑthē-
nij ſerui ſui quondam a teſtatore ꝑ erroꝛeꝫ
inſtituti conſtituit.

De pupillari ſubſtitutione.

Continuatio iſti⁹ rub. ptꝫ i hūc mo
dū. Sup̄ deter. impatoꝛ de vulga-
ri ſubſtitutione. ⁊ qꝛ nō ſolū ſubſti-
tuit̄ vulgariter ſꝫ etiā pupillariter. idcirco
de pupillari ſubſti. h̄ tracta. intēdit. vnd̄ de
ea dictur⁹ annectit rub. de pupil. ſubſti. Li
beris ſuis impuberib⁹ Ad euidentiā iſti
us ti. diui. to. ti. in duodecim ptes. ⁊ plan⁹
erit. In quaꝝ p̄ma pte deter. q̄bus heredi
bus inſtitutis ſubſtitui pōt pupillariter. et
ꝑ que ꝟba fit pupillaris ſubſtitutio. ⁊ q̄s ſit
ei⁹ effectus In ſcd̄a pte deter. q̄re fuit intro
ducta pupillaris ſubſtitutio. In tercia pte
deter. de exemplari ſubſtitutiōe q̄ ad exēplū
pupillaris ⁊ eadē rōne introducta. In q̄r-
ta pte ↄcludit ex p̄cedētib⁹. In q̄nta inſtru
it teſtatoꝛē caute facere pupillarē ſub. ne ſb
ſtitutus cauſa captād̄e hereditatis in moꝛ-
tē pupilli poſſit machinari. In ſexta deter.
q̄bus h̄editas ſubſtitui pōt pupillariter et
q̄s ſit effectus talis ſubſtitutōis. In ſepti-
ma pte dicit illa q̄ de ſubſtitutōe impuberꝝ
liberoꝝ vel heredū inſtitutoꝝ vl' exhereda
toꝝ dixit eē de poſtumis intelligēda. In oc
taua pte deter. q̄d ē neceſſe interuenire ex p-
te teſtatoꝝ ad h̄ vt teneat pupillaris ſubſti-
tutio In nona pte deter. q̄l'r pōt ſubſtitutio
pupillariter fieri q̄n pl'es impuberes ſūt ſb
ſtituti. In decia pte aſſignat dr̄ntiā inter ſb
ſtitutionem pupillarē noīatim factā. ⁊ iter
eā q̄ fit general'r. In vndecia pte deter. vſqꝫ
ad q̄t tp̄us durat pup. ſubſti. In duodecia
pte ⁊ vlti. deter. de cōpendioſa fideicō. ſub-
ſtitutōe. ⁊ in q̄b⁹ ꝑſonis locū hꝫ. p̄ma pars
durat vſqꝫ ad illū. §. Iaꝫ moꝛib⁹. ibi ſcd̄a et
durat vſqꝫ ad illū. §. Nā q̄ rōe. ibi tercia ⁊ du
rat vſqꝫ ad illū. §. Igr̄. ibi q̄rta ⁊ durat vſqꝫ
ad illū. §. Si aūt q̄s. ibi q̄nta ⁊ durat vſqꝫ
ad illū. §. Nō ſolū. ibi ſexta ⁊ durat vſqꝫ ad
illū. §. Quecunqꝫ. ibi ſeptima ⁊ durat vſꝫ ad
illū. §. Liberis aūt. ibi octaua ⁊ durat vſqꝫ
ad illū. §. Singl'is aūt. ibi nona ⁊ durat vſ
qꝫ ad illū. §. Subſtituunt̄. ibi decia. ⁊ du-
rat vſꝫ illū. §. Maſculo. ibi. vndecima ⁊ du
rat vſꝫ ad illū. §. Extraneo. ibi. xij. ⁊ durat vſ
qꝫ in fi. ti. Lr̄a toti⁹ ti. planiſſima ē.

Quib⁹ modis teſtamēta infirmant̄.

Continuatio iſti⁹ rub. ptꝫ i hūc mo
dū. Sup̄ deter. q̄l'r fiūt teſtamenta
⁊ q̄l'r ſolēnitate iuris ſeruata firmē
tur. ſꝫ qꝛ ↄtingit t-ſtamēta iure facta varijs
modis infirmari. Quicq̄d em̄ ligat̄ ſolubi
le ē. id̄o de his modis dictur⁹ ſubijcit ru. q̄-
bus modis teſtamēta infirmant̄ di. Teſta
mē. ū iure factū. Ad euidētiā iſti⁹ ti. diui.
eū in q̄tuoꝛ ptes p̄n. In q̄ꝝ p̄ma pte deter.
q̄ꝫtū durat teſtm̄ recte factū. In ſcd̄a pte de
ter. q̄b⁹ modis teſtm̄ recte factū irritat̄. In
tercia pte deter. q̄l'r capitꝫ dimi. illi⁹ q̄ fec̄ te-
ſtamētū teſtā infirmant̄. In q̄rta ⁊ vlti. pte
dicit q̄ꝫ nō ſolū q̄libet volūtas teſtatoꝝ ſuf-
fic̄ ad infirmādū teſtm̄ recte factū. p̄ma ps
breuis ē ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Rumpit̄ aūt
ibi incipit ſcd̄a ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Alio āt
mō. ibi tercia ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Ex eo āt
ſolo. ibi q̄rta ⁊ vlti. ⁊ ptēdit̄ vſꝫ in fi. ti. Po.
igit̄ ſic ca. i p̄ma pte. Dn̄e vos vultꝫ tra. q̄b⁹
modis infirmat̄ teſt. dicatꝫ mihi p̄mo q̄ꝫdiu
valet teſt. rcē factū. Ad h̄ rn̄. aīce. Teſtm̄ iu
re factū ſꝑ valet donec aliq̄ mō rumpat̄ vel
irritū fiat. ⁊ hec i p̄ma pte vſꝫ ad illū. §. Rū-
pit̄. Hic incipit ſcd̄a ps q̄ ſubdiuidit̄ i tres
ptes. In q̄ꝝ p̄ma pte deter. q̄l'r rumpit̄ teſ.
arrogatōe vl' agnatōe ſui h̄edis. In ſcd̄a p-
te deter. q̄l'r rumpit̄ teſt. p̄mū ꝑ ſcd̄ꝫ teſt. facti
oneꝫ. ita q̄ꝫ nll'o iure valeat p̄mū. In tercia
pte deter. q̄l'r rumpit̄ p̄mū teſta. ꝑ ſcd̄m. ita
q̄ꝫ p̄mū nō valeat iure directo valet tn̄ iure
fideicō. Pone igit̄ ſic ca. in p̄ma pte ſcd̄e p̄ts

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cipalis. Dñe iam video qđdiu valȝ teſtm̄. di
catis modo mihi qñ intelligit̃ teſtm̄ rumpi
Ad h̄ rñ. amice. Teſtm̄ ꝓpɩe dicit̃ rūpi qñ
in eodē ſtatu manēte teſtatoɩe ius ipi⁹ teſ. vi
ciat̃ vt pȝ ī tali exēplo Quidā fecit te. ſolen
ne ꝛ p⁹ teſtm̄ arrogauit imꝑiali reſcꝑto quē
dā ſibi in filiū aut forte ꝑ emptorē aliquē ad
optauit ſm̄ tenorē nr̄e ꝯſtitutōis. nā ī caſu
iſto ꝑ arrogatōeȝ vl' ꝑ adoptionē iſti⁹ filij q̄
nec ē exheredatus nec ē inſtitut⁹ rumpit̃ teſ.
ſicuti rumpet̃ ſi p⁹ factū teſtm̄ aliq̄s ſu⁹ he/
res teſtatori naſceret̃. ꝛ hec dicunt̃ ī pma ꝑ
te ſcđe ꝑtis pn. vſȝ ad illū. §. Poſterioɩe q̄ȝ.
Hic incipit ſcđa ꝑticula ſcđe ꝑt; ī q̄ ſic po.
ca. Dñe iā video q̄lr rumpit̃ teſtm̄ arrogati
one ꝛ agnatōe ſui heredis. nūquid plibus
alijs modis rumpi pt. Et rñ. im. q̄ ſic. nam
certe pmū teſtm̄ qđ iure factū ē rumpit̃ ꝑ ſe
cūdū teſtm̄ iure factū. ſȝ in h̄ caſu refert vtrꝝ
q̄s heres extiterit ex ſcđo teſtō an nō. Nā h̄
ſolū ſpectat̃ q̄ntū ad h̄ vt ꝑ ſcđm rumpat̃ pri
mū an alia cauſa ex ſcđo teſt. inſtitut⁹ aut vl'
repudiauerit hereditatē aut viuo teſtatore.
aut p⁹ mortē ei⁹ anteq̄ȝ adierit deceſſerit aut
forte deficiēte ꝯditiōe ſub q̄ fuit heres inſti
tutus eē nō poſſit. In oībus his caſibꝫ p̄fa
mi. intelligit̃ inteſtat⁹ deceſſiſſe. nā pmū teſ.
nō valet q2 ruptū ē ꝑ ſcđm in ſolēnitate ſcm̄
ꝛ ſilr ſcđm nllas vires habet cū ex eo nll'us
heres extiterit. ꝛ ita nec valet pmū nec valet
ſcđm. ꝛ hec dicunt̃ in ſcđa ꝑticula ſcđe ꝑtiſ
pncipalis vſȝ ad illū. §. Sed ſi q̄s. Hic in/
cipit tercia ꝑticula ſcđe ꝑtis pnc. in qua ſic
po. ca. Dñe iā video q̄lr rumpit̃ teſtm̄ pmū
ꝑ ſcđm ſilicȝ ſcđm te. nō habeat effectū. nun/
q̄d plibꝫ alijs modis rūpi pt. Et rñd. q̄ ſic.
nā aliqñ rumpit̃ pmū ꝑ ſcđm ita tñ q̄ vtrū
q̄ȝ valeat. ſi pmū valet iure fideicō. nō tanq̄ȝ
ex pmo ſȝ tanq̄ȝ ex ſcđo vt liquet in tali exē/
plo. Quidā fecit teſtm̄ ſolennitate obſerua
ta poſtea fecit teſt. ſcđm ſimilr debita iuris
ſolennitate ꝛ in ſcđo teſtō inſtituit heredeȝ
in certis rebꝫ ꝛ cū feciſſet ſecundū teſtm̄. ad
iecit volo q̄ illud qđ dixi in pmo teſtō vale
at in caſu iſto dubitat̃ verū pmū teſtm̄ vide
atur ruptū ꝑ ſcđm. diuus ſeuerus ꝛ antho
ninus reſcripſerūt pɩimū teſtamentū ꝑ ſe/
cundū ſublatum eſſe. licet in ſecundo teſta/
mento heres in certis rebꝫ ſit inſtitut⁹ ꝛ ver/
ba ꝯſtitutōnis predictoꝝ principuȝ in hoc

titulo inſeruimus. ꝛ ſunt verba ꝯſtitutiōis
hec. Imperatores ꝛ anthonin⁹ cocceyo cā/
pano ſalutē. dubitari nō oportet teſtamētū
ſecundo loco factum licet in eo in rebꝫ cer/
tis heres ſcriptus ſit iure valere ac ſi certa/
rū rerū mentio in eo facta non eſſet. ſed tan
q̄ȝ heres eſſet ſimpliciter inſtitutus. Verū/
tamen in hoc caſu heres ſcriptus ſi ſcđo te
ſtamento debet eſſe ꝯtentus rebus ſibi ī ſe/
cundo teſtamēto datis ſi ſufficiant ad quar
tam totius vl' ſi non ſufficiant ſuppleta ſibi
quarta ex. l. falcidia tenebat̃ iur. fideicō. he
reditatē heredibꝫ ſcriptis in pɩioɩe teſtamē
to reſtituere. ꝛ hoc ꝓpter hec verba inſerta ī
ſcđo teſtamento quibus teſtatoɩ expreſſit vt
pɩius teſtm̄ valeret ꝛ bis modis ſupɩadictꝭ
videlicet arrogatōne ꝛ ſui heredis agnati
one ꝛ ſcđi teſtamēti cōpoſitōne teſtamētum
iure factū rumpi intelligit̃. ꝛ hec dicunt̃ in
tercia ꝑte ſcđe ꝑtis pɩincipalis. ꝛ ita expedi
ta eſt tota ſcđa pars pɩincipalis vſq̄ȝ ad illū
§. Alio quoq̄ȝ modo. Cetera que requirun
tur in hoc titulo planiſſima ſunt.

De inofficioſo teſtamēto rub.

Continuatio iſti⁹ rub. ad ſuperiora
pȝ in hunc modū. Supɩa deter/
minauit iuſti. qualiter ipſo iure in
firmant̃ teſtamēta. ꝛ q2 ꝯtingit q̄nq̄ȝ ꝑ que/
relam inofficioſi teſt. infirmari. ideo hic de
querela inoffi. te. tract. intēdit. vñ de ea tra/
ctatur⁹ ſubijcit rub de inoffi. teſt. di. Quia
plerūq̄ȝ. Ad euidē. iſti⁹ ti. diui. cū in ſex ꝑ
tes. In quaꝝ pma ꝑte aſſignat cām quare ī
troducta fuit q̄rela inoffi. te. In ſcđa ꝑte d̄
ter. q̄bꝫ cōpetit q̄rela inoffi. teſt. In tercia ꝑ
te deter. qualr̄ q̄s nō excludit̃ a q̄rela inoffi
ci. teſt. In quarta ꝑte ponit duos caſus ſpe
ciales in quibꝫ videbat̃ non poſſe cōpetere
querela inoffi. teſta. cui⁹ contrariū termina
tur in lr̄a. De quinta ꝛ ſexta videbit̃ in lr̄a
pɩima ꝑs durat vſq̄ȝ ad illum. §. Non tan/
tū. ibi incipit ſecunda ꝛ durat vſq̄ȝ ad illū. §
Sed hoc ita. ibi tercia ꝛ durat vſq̄ȝ ad illuȝ
§. Si tutoɩ. ibi quarta ꝛ durat vſq̄ȝ ad illuȝ
§. Igitur. ibi quinta ꝛ durat vſq̄ȝ ad illum
§. Quod autem. ibi ſexta ꝛ vltima ꝛ durat
vſq̄ȝ in finem tituli. Pone igitur ſic caſum:
in pma ꝑte. Dñe vos vultis tractare d̄ que
rela inoffi. teſt. dicatis mihi ſi placet quare
querela inoffici. teſtamen. fuit introducta.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad hoc reſpondet. Amice. Jdeo fuit itro-
ducta quia plerumq; parentes ex linea pa-
terna in teſtamēto inſtituūt extraneos he-
redes. ⁊ liberos ſuos ſine iuſta cauſa exhe-
redant. vel etiā ex linea materna p̄tereunt.
idcirco in ſubſidiū liberoꝝ introducta fuit
q̄rela in offi. teſtamēti vt liberi q̄ ꝯquerunt
ſe a pentibꝫ ſine iuſta cā exheredatos aut i-
ique p̄teritos p querelā inoffi. teſti pentum
ſuoꝝ teſt. in q̄ iniuſte bn̄ficio ſucceſſiōis ex
hedati ſūt. aut ex linea materna p̄teriti pn̄t
expugnare. ⁊ eodē modo hereditatē ſcriptꝭ
heredibꝫ auferre. ⁊ ſub h̄ v̄boꝝ colore q̄relā
ꝓponēt q̄ſi inſane mētis fuiſſent pentes cū
ordinarēt teſtm̄. Nō aūt dicēt pentes fuiſſe
furioſos eo tpe q̄ fecerūt teſtm̄ ſꝫ recte q̄dē
fecerūt teſtm̄. Officiū tn̄ pietatꝭ circa ſāgui
nē ſuū omiſerūt liberos ſuos ſine iuſta cau
ſa exheredādo vl' p̄tereundo ⁊ inſtituendo
extraneos. ⁊ hec dicunt in p̄ma pte vſq; ad
illū. §. Nō tn̄ in liberis. Hic incipit ſc̄da ps
in qua deter. q̄bꝫ cōpetit q̄rela inoff. teſta. et
plana ē illa ps ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Sꝫ hec
ita accipiēda. Hic icipit tercia ps in q̄ ōter.
q̄lr q̄s nō excludit a q̄rela inoffi. teſt. ⁊ hec
tercia ps ſilr plana ē vſꝫ ad illū. §. Si tutor
Hic incipit q̄rta ps ad cuiꝰ euidentiā notā
dū ē q̄ qui ſel' ap̄probat teſtm̄ agnoſcēdo ali
q̄d ex illo teſtō poſtea idē teſtm̄ reprobare n̄
pōt ⁊ ſilr i caſu ꝯtrario q̄ ſcꝫ reprobat teſtm̄
intētando querelā inoffi. teſt. ap̄probare vl'
aliq̄d ex eo petere nō pōt. his breuiter p̄no
tatis pone caſū ſic ponit in apparatu. cete-
raq; dicunt plana ſūt vſꝫ in fi. ti.

De heredū qualitate ⁊ differentia

Cōtinuatio iſtiꝰ rub. ptꝫ i hūc mo
dū. Sup̄ tract. de heredū inſtituti
one. ⁊ q2 heredes diuerſi ſūt ⁊ q̄lita
te dr̄nt. Sūt eīn tres q̄litates heredū. aut
eīn ſūt heredes neceſſarij tm̄. aut ſui ⁊ neceſ
ſarij aut extranei. vt infra eo. in p̄n. ideo de
dr̄ntia ⁊ q̄litate heredū h̄ tract. intēdit. vn̄ ō
ea tractaturꝰ annectit rub. de heredū q̄lita-
te ⁊ dr̄ntia dicēs. Heredes aūt. Et ad vbe-
riorē iuuenū doctrinā diuide totū tit. i tres
ptes p̄n. ⁊ planꝰ erit. Jn q̄ꝝ p̄ma pte deter.
de heredibꝫ nec̄ijs tm̄. Jn ſc̄da pte deter. de
ſuis ⁊ nec̄ijs. Jn tercia pte deter. de extrane
is. Jn p̄ma pte ita p̄cedit. p̄mo dicit, quis
eſt neceſſarius heres tm̄. ſc̄do aſſignat rati

onē quare dicit neceſſarius. tercio aſſignat
cauſam quare talis inſtuit ⁊ cuiuſmodi cō-
modum ꝯſequit ex inſtitutōe. ⁊ durat hec
prima ps vſq; ad illum. §. Serui aūt. Hic
incipit ſc̄da ps in qua ſic p̄cedit. p̄mo enu-
merat ſuos ⁊ neceſſarios heredes. ſc̄do de-
terminat quare dicunt ſui. tercio determi-
nat quare dicunt neceſſarij ⁊ durat hec ps
ſc̄da vſq; ad illū. §. Cetera. Hic incipit ter-
cia que poteſt ſubdiuidi in ſex ptes. Jn q̄ꝝ
prima determinat qui ſūt extranei heredeſ
Jn ſc̄da parte aſſignat differentiā inter ex-
traneos heredes ⁊ ſuos ⁊ neceſſarios tan-
tū determinando quot tpa ꝯſiderari requi
runt vt extraneus heres habeat teſtamen-
ti factionē ad q̄ valeat inſtitutio. Jn tercia
parte determinat quis intelligit habere te-
ſtamenti factionē. Jn quarta pte determi-
nat quid eſt ꝓpriū extranei heredis ⁊ quid
ꝓprium ſui aſſignando quandam conueni-
entiam inter eos. ⁊ quoddā beneficium a
diuo adriano cuidam ſpeciali priuilegio in
dultum ⁊ poſtea a diuo gordiano ad militā
tes tantū porrectum qd̄ tamē p conſtitutio
nem ſuam ad omēs imperio ſuo ſubditos
extendit. Jn quinta pte determinat qualr
extraneus heres acquirit hereditatē. Jn ſe
xta ōterminat q̄s intelligit gerere p herede
Jn ſeptima ⁊ vlt. enumerat quaſdam pſo-
nas que videbant nō poſſe gerere pro here
de nec hereditatem acquirere de quibus ta
men demonſtrat ꝯtrarium. prima pticula
hmōi tercie partis principalis protendit
vſq; ad illū. §. Jn extraneis heredibus. ibi
incipit ſc̄da ⁊ durat vſq; ad illū. §. Teſta-
menti. ibi tercia ⁊ durat vſq; ad illū. §. Ex-
traneis aūt. ibi quarta ⁊ durat vſq; ad illū
§. Jtē extraneꝰ. ibi quinta ⁊ durat vſq; ad
illū. §. Eum qui. Jbi ſexta ⁊ vlt. ⁊ durat vſ-
q; in fi. ti. Nota q̄ qui grauat in vno i alio
eſt alleuiandus. Jtem nota filios viuo pa-
tre dn̄os eſtimari. Jtem nota q̄ ſi q̄s inte-
ſtatus mortuꝰ fuerit p̄ma cauſa ē in ſucceſſi
one liberoꝝ. No. de iure p̄torio licitū ē libe
ris ab hereditate penit' abſtinere. Jtē not.
q̄ extraneꝰ dicit omis ille q̄ nō ē in ptāte de
fūcti. Nota q̄ femine nō habent liberos in
poteſtate ſua. Nota q̄ tribus tpibus debet
eſſe heres capax. ⁊ etiam nota q̄ teſtamenti
factio duobus modis dicit. Nota q̄ licitū

eſt heredibus deliberare. Itē no. minorez
xxv. an. reſtituendū in integrū. No. duobꝰ
modis adiri hereditatē. No. ꝙ heres dicit̄
id ē dn̄s. Not. ꝙ ſolo aīo poteſt hereditas
ropudiari ſicut ſolo aīo adiri. Item not. ꝙ
furioſus nō pōt adire hereditatē.

## De legatis.

Ontinuatio iſtiꝰ rub. ptz in hunc
modū. Sup̄ tract. iuſt. de teſtis q̄
liter inſtituunt̄ ſeu ꝯſtituunt̄. ⁊ q̄a
legata in teſtis relicta ab heredibꝰ ꝓſtant̄
idcirco h̄ tractare intēdit de legat̄. vn̄ d̄ his
dicturus annectit rub. de legatis di. Poſt
hec videamꝰ ⁊c̄. Ad vberiorē iuuenū do-
ctrinā qꝛ ti. plixꝰ ē diuidas totū ti. in ſeptē p
tes ꝑnci. ⁊ planꝰ erit. In q̄ꝝ ꝑma pte ponit
ꝯtinuatōez ⁊ exponit ꝯtra ordinē ꝯtinuati-
onis ⁊ ſoluit in lr̄a. In ſcd̄a pte diffinit le-
gatū. In tercia pte recitat genera legatorū
ſm̄ iura antiq̄ ⁊ p ꝯſtitutōez ſuā ad vnā na
turā ꝯcordat ⁊ reducit. In q̄rta pte exeq̄t le
gata ⁊ fideicō. ⁊ aſſignat rōz q̄re in libro iſto
nō tractat de his Auᵭcum lꝫ ſint exeq̄ta ⁊ ad
vnā naturā redacta. In q̄nta pte deter. que
res legari pn̄t ⁊ q̄ nō. In ſexta pte deter. qbꝰ
pōt legari. In ſeptima ⁊ vlt. pte corrigit an
tiq̄ iura circa legata in tribꝰ vl̄ q̄tuor caſibꝰ.
ꝑma ps durat vſ3 ad illū. §. Legatuꝫ itaq3
ibi incipit ſcd̄a ⁊ durat vſ3 ad illū. §. Sed
olim. ibi incipit tercia ⁊ durat vſ3 ad illū. §.
Sed nō vſ3. ibi īcipit q̄rta ⁊ durat vſ3 ad il
lū. §. Nō ſolū. ibi īcipit q̄nta ⁊ durat vſ3 ad
illū. §. Legatarij aūt. ⁊ hec ps ē mltū ꝓlixa.
⁊ ibi ſexta ⁊ durat vſ3 ad illū. §. An̄ hedis in
ſtitutionē. ibi ſeptīa ⁊ vlt. ⁊ durat vſ3 in fi. ti.
Po. igit̄ ſic ca. In ꝑma pte dicit iuſt. ꝯtinu
ando ꝓceſſū ſuū. pꝰ hec q̄ diximꝰ. s̄. de teſtis
videamꝰ de legat̄ nūc. ſ3 certe hec ps iuris
q̄ circa legata vertit̄ videt̄ ēē extra ꝓpoſitam
materiā. nā locuti ſumꝰ. s̄. de illis ſolis iu-
ribus q̄bꝰ res p vniuerſitatē nobis acq̄rit̄
Igit̄ videt̄ mihi ꝙ materia legatoꝝ h̄ non
debeat tractari. ſ3 lꝫ h̄ ꝑma facie videri poſ
ſit tn̄ cū diligēter de teſtis locuti ſumꝰ ⁊ de
heredibꝰ q̄ in teſtamēto inſtuunt̄ cū legata
relinquant̄ in teſtamentis ⁊ ab heredibus
preſtentur. Ideo poteſt in hoc loco non ſi-
ne ratione cōpetenti materia legatariorum
tractari. ⁊ hec dicunt̄ in prima pte vſq3 ad il
lū. §. Legatum itaq3 eſt ⁊c̄. Hic incipit ſecū
da pars in qua ſic pone caſum. Dn̄e iaꝫ vi
deo ꝙ vultis tractare de legatis. Dicatis
ergo mihi ſi placet quid ē legatum. Ad hoc
reſpondet amice. Legatum ē donatio que
dam a defuncto relicta. ⁊ hec dicunt̄ vſ3 ad
illuꝫ. §. Sed olim. Nota ꝙ acquiſitio alia
vniuerſalis alia ſingularis. Iteꝫ nota q̄d ē
legatū. Nota ſolennitatē ſup̄uacuam abij
ciendā. Itē nota mentem potius q̄ꝫ verba
inſpectari. Nota ꝙ hodie paribꝰ paſſibꝰ am
bulant legata ⁊ fideicōmiſ. Nota hūc libꝝ
cauſa rudium factū. Et ideo ſubtilia vl̄ ob
ſcura hoc libro ponēda nō ſunt. Nota tria
auxilia regulariter competentia legatis vel
fideicō. Sed olim quidem. Hic incipit
tercia pars in qua ſic pone caſum. dicit im
patoꝛ ꝙ olim erant quatuoꝛ genera legato
rum aſſignata p quedā verba p que quidē
verba genus legatoꝝ diſcernebat̄. Si eīm
teſtatoꝛ legabat his verbis puta vendico ti
bi rem illam. tunc dicebat̄ illud genus le-
gati p vendicationē. Si aūt dicebat teſta-
toꝛ heredi ſuo damno te ticium legatario il
lam rem dare. tunc illud legatuꝫ dicebat̄ p
damnationē. ſi dicebat heredi ſinito ticio il
lam rē habere. tunc dicebat̄ p ſinendi mo-
dum. Si ꝟo dicebat alteri heredū illam rē
ꝑcipito. i. ante partē hereditariā capito tūc
dicebat̄ per preceptionē. ⁊ ita ſingula gene-
ra legatoꝝ ex verbis ſingulis quibꝰ teſta-
toꝛ in legando vtebat̄ ꝓprium nomen ſortie
bat̄. ⁊ hoc ita antiquitas obtinebat. Sed
poſtea ex ꝯſtitutionibus diuoꝝ principuꝫ
hmōi verboꝝ ſolēnitas penitus ſublata ē.
Nos ꝟo cupiētes voluntates teſtatoꝝ eſſe
validiores. ⁊ nō verbis teſtatoꝝ ſed volun
tatibꝰ eoꝝ fauētes in ꝯſtitutōne nr̄a quam
cum magna ſua deliberatione fecimus. di
ſpoſuimus vt oībus legatis decetero vna
ſit natura. ⁊ quibuſcūq3 ꝟbis idoneis ali-
quid a teſtatore relictuꝫ ſit liceat legatarijs
id legatū ꝓſequi. nō tantū p ꝑſonales actio
nes ex teſtamēto ſed etiā p rei vendicationē
⁊ p ipothecariam vicꝫ in alijs rebus q̄ erāt
teſtatoris tempore mortis. ⁊ ita triplex re-
medium competit legatario ad legatum ſi
bi relictum proſequendum ⁊ huius noſtre
conſtitutionis per penſum modum pote-
ſtis ex ipſius conſtitutionis tenore perfe-
ctiſſime accipe. ⁊ hec dicunt̄ in tercia parte

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vſq ad illū. §. Sed nō vſq. Incipit hic q̄r
ta ꝑs in qua ſic po. ca. Dn̄e iā video ꝙ feci
ſtis ſatis vtilē ꝯſtitutōem circa materiā le-
gatoꝝ. in qua quidē ꝯſtitutōe ſatis diligen-
ter legatarijs ꝓuiſū ē. vn̄ videt̄ mihi ꝙ illa
ꝯſtitutio poſſit ſufficere. ſꝫ ad h̄ rn̄det. ami-
ce certe minꝰ bn̄ videt̄ ſufficere. Nō em̄ p̄di
cta ꝯſtitutōe ꝯtenti ſumꝰ. Inuenimꝰ em̄ ꝙ
antiquitas ſtricto iure ꝯcludebat legata ⁊ fi
deicōmiſſis pinguiorē naturā indulgebat.
idcirco nos hac differētia ab antiq̄ iure in
troducta moti neceſſariū duximꝰ oīa legata
oīb fideicōmiſſis penitus exequare vt dce
tero inter ea nl'la ſit dr̄ntia. Statuimꝰ eī ea-
dē ꝯſtitutōne vt qđ hactenꝰ legatis defuit h̄
ex natura fideicōmiſſorum impleat̄ ſi quid
amplꝰ etiā fuit in legatꝭ h̄ fideicōmiſſis ac
cedat ⁊ ꝑ h̄ fideicōmiſſa ⁊ legata ꝑ noſtram
ꝯſtitutōem exequata ſūt. vn̄ dixi. q̄re igit̄ cō
iunctim nō tractatꝭ de legatis ⁊ fideicōmiſ-
ſis. Ad h̄ rn̄. Amice Ad h̄ optima rō nos ī
duxit vt diuiſim de illis tractare debeamꝰ.
Nē em̄ in his p̄mis legū cunabulis ꝯiun-
ctim de legatis ⁊ fideicōmiſſis tractādo ad
oleſcentib ſtudioſis difficultatē introdu-
camꝰ. vtile nob̄ viſū ē ſeꝑatim primo đ lega
tis ⁊ poſt ea de fidecō. aīos informare. vt ita
natura vtriuſq iuris ꝑ ſe cognita facile poſ
ſent iuuenes de vtriuſq natura erudiri ⁊ ꝑ
mixtionē eorundē ſubtilioribꝫ auribꝫ intel-
ligere. ⁊ hec dicunt̄ in quarta ꝑte vſq ad il-
lū. §. Nō ſolū. Hic incipit ſexta ꝑs p̄nci. iſti
us ti. in q̄ deter. iuſt. q̄ res legari pn̄t. ⁊ iſtaꝫ
materiā ꝓſequit̄ vſꝫ ad illū. §. Legatarij. ⁊
ml'tos ⁊ diuerſos caſus ad declarationē iſti
us materie ſubijcit. Po. igit̄ ſic ca. Dn̄e iaꝫ
video q̄d eſt legatū ⁊ quot erāt olim genera
legatoꝝ ⁊ qual'r auct. nr̄e ꝯſtitutōis natura
legatoꝝ ⁊ fideicō. exequata ē. ⁊ q̄ rō vos in-
duxit ad ſeꝑatim tractādū. p̄mo đ legatis et
poſtea de fideicō. ꝓ deo dicatis modo mihi
ſi placet q̄ res legari pn̄t Ad h̄ rn̄. amice nō
ſolū res teſtatoris vl' heredis legari poteſt.
ſed etiā aliena. ſed in hoc caſu qn̄ teſtator rē
alienā legat. heres eiꝰ cōpellit̄ rem legataꝫ a
dn̄o rei emere ſi pōt. Si em̄ nl'lo modo vel
ꝓ nō certo p̄cio redimere pōt ad eius eſti-
mationē tenet̄. ⁊ hoc verū eſt ſi talis eſt res
cuiꝰ cōmertiū haberi poſſit. Si em̄ res le-
gata ſit talis ꝙ ſuꝑ ea ꝯtrahere nō lꝫ. tunc
nec ipſa res nec eiꝰ eſtimatio debet̄ veluti ſi
teſtator alicui legauerit campū marcianuꝫ
vl' baſilicas vl' templa vel ea q̄ ſūt publico
vſui deſtinata. Nam in his caſibꝫ legatum
nulliꝰ momēti eſt. ſed qđ diximus general'r
alienā rē legari poſſe. hoc ita intelligēdū ē.
ſcꝫ ſi teſtator qui legauit ſciebat rem alienaꝫ
eſſe nō aūt ſi ignorabat alienā eſſe. q2 tūc for
ſitan ſi ſciuiſſet eā alienā eſſe nō legaſſꝫ. ⁊ ita
hec oīa diuuꝰ reſcꝑſit. Sed po. Quidā le-
gauit petro rē alienaꝫ. vn̄ mortuo teſtatore
Pe. illud legatū petebat ab herede. Heres
aūt ex aduerſo ad ſui defenſionē allegabat
teſtatorē ignoraſſe illā rem eſſe alienā ⁊ id-
circo dicebat ſe nō teneri ad huiꝰ legati pre
ſtationē. Legatariꝰ v̄o in ꝯtrariū aſſerebat
teſtatorē ſciuiſſe rem alienā ⁊ ita dicebat le-
gatū valere. vn̄ magna fuit diſcordia inter
heredem ⁊ legatarium ſuꝑ iſto legato. pro
deo dn̄e dicatis mihi quid iuris eſt in caſu
iſto. vicꝫ vtrum legatarius debeat ꝓbare te
ſtatorem ſciuiſſe rem alienam eſſe vel heres
debeat probare teſtatorē ignoraſſe. Ad hoc
reſpondet. Amice. In hoc caſu verius eſt
ipſum legatarium oportere ꝓbare ſcientiaꝫ
teſtatoris. Non aūt oportet heredē proba-
re ipſius ignorantiā. ⁊ hoc ꝓpter illam regu
lam generalem qua cauet̄ ꝙ ſꝑ neceſſitas ꝓ
bandi illi incumbit qui agit. Igit̄ cū lega-
tarius ī hoc caſu agat ad legatū ſibi relictū
p̄ſtandū merito onꝰ ꝓbādi ei dꝫ incūbere. ⁊
nō ſolū in caſu iſto p̄dicto locū hꝫ diſtictio
ſed etiam in alio caſu veluti ſi teſtator lega-
uit rem creditori ſuo obligatam. nā in h̄ ca
ſu idē placet qđ in ſuꝑiori fit vt vicꝫ ita de-
mū neceſſe habeat heres eam a creditore lu
ere ſi teſtator ſciebat rem eſſe obligataꝫ ⁊ ita
diuus ſeuerus ⁊ anthoninus reſcripſerūt.
⁊ hoc eſt verum niſi appareat de contraria
voluntate teſtatoris. nam ſi teſtator volue-
rit legatarium luere ⁊ hoc in teſtamento et
codicillis expreſſit q̄uis teſtator ſciebat rē
obligatam. Heres tn̄ in hoc caſu eaꝫ luere
non debet. ⁊ hec dicunt̄ vſq ad illuꝫ. §. Si
res aliena. Adhuc proſequit̄ iuſtinia. ma-
teriam ſuam ſubijciendo aliū caſum ſpecia
lem circa rem alienam alicui legatā. Pone
g̃ ſic ca. in h̄. §. Dn̄e quidaꝫ legauit. pe. rem
alienā ⁊. p. viuente adhuc teſtatore ꝯſecutꝰ
fuit dominiū illius rei. mō q̄ro vtrū mor-

uiuo teſtatore.p. ratõne illius legati cuius dñium habuit ante mortẽ teſtatoris aliq̃d ↄſequi ab eius hede poſſit. Ad h rñ. Amice ſi res aliena legata fuerit ꝛ eiuſdẽ rei dñium legatari⁹ viuo teſtatore ↄſecutus fuerit diſtinguendũ ẽ ex q̄ cauſa legatarius ↄſecut⁹ fuerit dñium rei legate. nã ſi ex cauſa emptionis vł alia cauſa oneroſa dñium ↄſecut⁹ fuerit nihilomin⁹ actione ex teſta. eſtimationẽ eiuſdẽ rei ab herede teſtatoris ↄſeq̃ poterit. ſi ỽo ex cauſa donatõnis vł ex alia cauſa lucratiua puta ex cauſa legati ĩ alio teſta. ſibi relicti factus fuerit dñs rei illi⁹ tunc de cetero ab herede nihil petere poterit. ꝛ hoc ꝓpter regulã iuris generalẽ q̄ cauet duas lucratiuas cauſas in eũdẽ hominẽ ꝛ in eãdẽ rẽ nõ poſſe directe ↄcurrere. ꝛ eadẽ rõe ſi ex duoꝝ teſtamẽtis eadẽ res alicui legatario debeat multũ refert vtꝝ legatari⁹ rẽ aut eſtimationẽ ex teſtõ min⁹ ↄſecutus ſit. nã ſi ipſaꝫ rẽ habeat aduerſus hedẽ alteri⁹ agere nõ poterit cũ ex cã lucratiua iã ipam rẽ habeat ſi ỽo eſtimationẽ illius rei ↄſecutus prius fuerit nihilomin⁹ ab hede alteri⁹ ipam reꝫ ↄſeq̃ poterit. ꝛ hec dicunt vſꝫ ad illũ. §. Ea qꝫ res. Adhuc ꝓſeq̃t iuſti. in h. §. materiaꝫ ſuã determinãdo q̄ res legari pñt. Po. igit ſic ca. Dñe pone ꝙ aliq̃s legauit rẽ q̄ tpe cõditi teſti in rerũ natura non erat futura tñ ſperabat nunq̃d valet legatũ. Et rñ. ꝙ ſic. ea eñi res q̄ in reꝝ natura non ẽ ſi tñ futura ſperet recte legari põt veluti ſi teſtator legauerit fructus q̄ in fundo ſemproniano nati erũt vł ſi legauerit qđ ab ancilla natũ erit nã in vtroq̃ caſu valet legatũ. ꝛ hec dicunt vſꝫ ad illũ. §. Si eadẽ res duob⁹. Pone igitur ſic ca. in pñti. §. Dñe quidã legauit eandẽ rẽ duob⁹. p. ꝛ. m. ego q̄ro q̄d iuris ſit ĩ iſto caſu. Ad hoc rẽſpondet Amice. ſi duob⁹ eadẽ res legata ſit ſi diuiſim vł ↄiunctim legetur ſi ambo ꝑuenerint ad legatũ diuidit inter eos legatũ. Si aũt alter eoꝝ ꝑ modum repudiandi deficiat vt q: legatũ ꝑuenit in caſũ caduci vtputa q: legatarius deceſſerit viuo teſtatore vł ſi q̄libet alio modo deficiat veluti ꝑ mortẽ ciuilẽ tũc oĩbus his caſibus totũ legatũ ad collegatariũ iur. accreſcẽdi ꝑtinebit. Sꝫ dñe iã video q̄d iuris ẽ qñ eadẽ res legat duobus ſiue coniũctim ſiue diſiunctim. ꝓ deo dicatis mihi qñ quis

cenſet legare ↄiunctim ꝛ qñ diſiũctim. Ad hoc reſpondet ꝙ coniunctim videt quis legare in hũc modũ. veluti ſi quis dicat ticio ꝛ ſeyo hominẽ ſtichum do lego. ſꝫ diſiuncti videtur quis ita legare veluti ſi dicat Ticio ſtichum do lego. ſeyo ſtichum do lego naꝫ in h caſu etiam ſi expreſſerit eundeꝫ hoĩnem ſcilicet dicendo ſic ſtichum do lego nihilominus eam diſiunctim legare intelligitur. ꝛ hec vſq̃ ad illum. §. Si cui fundus. In preſenti. §. ita pone caſum. Dñe quidã legauit. p. fundum alienum. poſtea legatarius. p. ſ. proprietatẽ eiuſdẽ fundi emit vel ex alia cauſa oneroſa deducto vſufructu acquiſiuit. Procedente tempore vſufructus eiuſdem fundi ꝑuenit ad. p. per mortem vł ꝑ capitis diminutionẽ vſufructuarij vł ex alia cauſa lucratiua vſufructu. finito ꝛ ad ꝓprietatẽ reuerſo. ꝛ ita. p. legatarius funduꝫ in plena ꝓprietate habuit modo. p. nihilominus agit ex teſtamento contra heredem ꝛ petit totum fundum in plena ꝓprietate ab herede teſtatoris. modo quero vtrum. p. legatarius recte agere videat. Et reſpondet ꝙ ſic. Nam ſicut fundus alienus legatus fuit ꝛ poſtea legatarius emerit ꝓprietatẽ ei⁹dem fundi deducto vſufructu lꝫ poſtea vſufructus ad legatariũ ex cauſa lucratiua ꝑuenerit tñ ad fundũ petendũ nihilominus act. ex teſtõ recte agere poterit. ꝛ ita iul. ait. ↄtrariũ tñ videbat. naꝫ ſi legatarius petat fundũ in plena ꝓprietate q̄ ꝓprietas ↄſtat ex duob⁹ viꝫ ex nuda ꝓprietate ꝛ vſufructu. Si legatarius ex cauſa lucratiua habuit vſufructuꝫ videt ꝙ fundũ in plena ꝓprietate petere nõ poteſt. Ad iſtã tacitã obiectionẽ q̄ fieri poſſet. Rñdet iuſti. in lr̃a dicens. ꝙ hec obiectio non obſtat q: vſufructus in petitione tali videlicet q̄ fit ꝑ actionẽ ex teſtamẽto non obtinet partẽ dominij ſꝫ vicẽ ſeruitutis. ꝛ ideo petendo fundum in plena ꝓprietate non videt petere illam partẽ rei que ſibi obuenerat ex cauſa lucratiua. ſ. vſufruc. ꝛ hoc ẽ verum de rigore iuris ſꝫ d̃ equitate ait iul. officio iudicis conueniri vt eſtimatione vſufru. deducto heredẽ ad eſtimationem nude ꝓprietatis debeat condemnare. ꝛ hec dicunt vſq̃ ad illum. §. Sed ꝛ ſi rem legatarij ꝛc. Adhuc proſequit materiam ſuam determinando que res legari poſſunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vnde pone ſic caſū. Dñe quidā legauit.p.fū
dū ipſius.p.modo quero a vobis vtꝝ vale
at legatū.ꝛ rñdet ꝙ nõ. Nam lꝫ ſupꝰ dictuꝫ
ſit alienā rem legare poſſe.ſi tñ aliquis rem
ꝓpriam ipſiꝰ legatarij ei legauerit inutile ē le-
gatū.ꝛ h̄ ideo q2 illud qꝺ ꝓpriū ē ipſius lega-
tarij amplius eiꝰ fieri nõ pōt.ꝛ in hoc caſu
itez inutile eſt legatū ꝛ nulliꝰ eſt momēti.q2
nec ipſa res nec ipſa eſtimatio debeť. Sꝫ po.
Quidā teſtatoꝛ rem ſuā ꝓpriā credēs eē ali
enā eam q̄ſi alienā legauit.p.ego quero vtꝝ
valeat. Rñdet iuſt.ꝙ ſic.dicēs ita. Si quiſ
rē ſuā q̄ſi alienā legauit in h̄ caſu bñ valꝫ le
gatū.nā plus valet qꝺ eſt in veritate q̄ꝫ qꝺ ē
in opinione. Sed dñe põamꝰ ꝙ teſtatoꝛ pu
tās rem ſuā eſſe legatarij legauit.nunq̄d va
let tale legatū. Rñ.ꝙ ſic. In h̄ em̄ caſu lega
tū valere ꝯſtat.q2 volūtas teſtatoris voleñ
hmōi rem acquiri legatario exitū hr̄e pōt.
ꝛ hec dicunť vſꝫ.§. Si rem ſuā. In p̄ñti.§
ita pone caſū. Quidā legauit.p.fundū pꝰ-
ea idē teſtatoꝛ eundē fundū vendidit.m.q̄-
ro vtꝝ valeat legatū.an videať ademptū ꝑ
alienatõem factā a teſtatoꝛe. Rñ.iuſt.ꝙ i h̄
caſu ſnīa celſi tenenda eſt. Celſus em̄ i h̄ ca
ſu exiſtimat ꝙ ſi teſtatoꝛ nõ adimēdi aīo fū
dum legatū vendidit nihilominꝰ etiā pꝰ ali
enatõem deberi legatū.ꝛ hoc idē diuꝰ ſeue-
rus ꝛ anthoninꝰ reſcripſerūt ꝛ q̄dā princi-
pes in q̄dā alio caſu idē ius ſtatuerūt vicꝫ i
tali caſu. Quidā fecit teſtm̄ ꝛ in teſtō ſuo q̄
dam predia legauit.p.ꝛ poſtea eadem p̄dia
pe.legata pignoꝛi obligauit. Nam recte in
hoc caſu reſcpſerūt teſtatoꝛē obligādo pre-
dia legata legatū nõ videri ademiſſe ꝛ ideo
legatariꝰ cū herede expiri poterit actione ex
teſtō vt predia a creditoꝛe luatꝰ ꝛ qꝺ dixit.ē.
qñ teſtatoꝛ totā rem legatā alienauit.idē iu
ris eſt ꝛ ſi ꝑtē rei legate alienauerit.nā in ꝑ-
te nõ alienata ita demū valet legatū ſi teſta-
toꝛ nõ adimēdi aīo eam alienauit ꝛ hec di-
cunť vſꝫ ad illū.§. Si q̄s debitori ſuo. In
p̄ñti.§.ita pone caſū. Quidā habuit debito
rē in.c.ꝛ in teſtō ſuo legauit debitori ſuo li-
beratõez.modo quero vtꝝ valeat hmōi le-
gatū. Et rñ.iuſti.ꝙ ſic.naꝫ ſi quis debitori
ſuo liberatõem ſiue quittationē legauit i h̄
caſu vtile eſt legatū.ꝛ neqꝫ ab ipſo debitoꝛe.
neqꝫ ab herede debitoris vl' a quocūqꝫ alio
eiꝰ ſucceſſoꝛe heres teſtatoris aliq̄d ꝯſeq̄ po
terit.ſed etiā debitoꝛ cui liberatio legata eſt
cū herede teſtatoris agere poterit vt eū libe
ret. Et nõ ſolū in caſu p̄dicto valet legatum
vicꝫ qñ liberatio legata eſt ſꝫ etiaꝫ ſi dilatio
debita legata ſit valet legatū vicꝫ qñ dilatio
debiti legata eſt. Pōt em̄ teſtatoꝛ iubere ne
heres ſuus vſꝫ ad aliqꝺ certū tp̄s a debito-
re petat ſꝫ licet dixerim tibi valere legatū li-
beratõis.ſecus tñ eſt in caſu ꝯuerſo. Nam
ſi debitoꝛ qꝺ debet pure creditori ſuo eideꝫ
legauerit inutile eſt legatū.ꝛ h̄ eſt verū ſi ni-
hil plus eſt in legato q̄ꝫ in debito.q2 in h̄ ca
ſu legatariꝰ nullā vtilitatem ex hmōi legato
habiturus eſt.ꝛ hoc verū eſt qñ pure debi-
tū legauit.ſed ſi debitoꝛ qꝺ in diē vel ſub cō
ditõne debet creditori ſuo pure legauit ei-
dem.in h̄ caſu vtile eſt legatū.vicꝫ ꝓpter mo
dū repñtatõis.q2 illud qꝺ p̄mo erat in dieꝫ
vel ſub ꝯditõne debitū ꝑ legatū moꝛtuo te-
ſtatoꝛe purificatū eſt.ſed q̄d ſi viuo teſtato-
re dies venerit vel ꝯditio extiterit nunquid
euaneſcit legatū.ꝛ certe videbať ꝙ ſic.cum
debitū ꝑ aduentū diei vel ꝯditionis iaꝫ ſit
effectū purū.ꝛ ita nihil ampliꝰ eſt in legato
q̄ꝫ in debito. Pap.tñ in h̄ caſu ſcpſit nihil-
ominꝰ valere legatū.ꝛ h̄ ideo q2 ab initio te-
nuit ꝛ certe ſnīa papi.eſt vera. Non em̄ pla
cuit nob̄ ſnīa quoꝛūdā exiſtimantiū in hoc
caſu extinctū eſſe legatū q2 in eam cauſaꝫ ꝑ-
uenit a q̄ incipe ñ pōt.ꝛ hec dicunť vſqꝫ ad il
lū.§. Sed ꝛ ſi vxoꝛi. Caſus q̄ ſequunť pla-
niſſimi ſūt vſqꝫ ad illū.§. Si peculiū. In p̄
ſenti.§.ita po.ca. Quidā in teſtō ſuo lega-
uit peculiū ꝛ viuo teſtatoꝛe augmentatū eſt
vel forte diminutū eſt. Modo quero cuiꝰ
lucro vl' ꝑiculo hmōi augmentatio ꝛ dimi-
nutio peculij eſt. Ad h̄ rñ.iuſt.general'r ꝙ
ſi peculiū legatū fuerit q̄cquid viuēte teſta
toꝛe peculio acceſſerit vel diſceſſerit ſine du
bio legatarij damno vl' lucro cedit.ꝛ in hoc
caſu ſi augeť vl' diminuiť peculiū viuēte te-
ſtatoꝛe nõ refert vtrū legeť ſeruo ꝓprio cū li
bertate an alicui extraneo.ſecꝰ tñ eſt ſi auge
atur peculiū poſt moꝛtē teſtatoris ante adi
tā hereditatē.nam ſi ſeruꝰ hereditariꝰ aliq̄d
acquiſiuit.vl' alio modo peculiū legatū au-
gmentū ſuſcepit iul'.ait ꝙ ſi ipſo ſeruo ma-
numiſſo peculiū legatū fuerit q̄cquid ante
aditā hereditatē peculio acceſſerit ipſi ſeruo
legatario cedit.ſed ſecus eſt ſi peculiū extra

neo fuerit legatū. In ꝑſona em̄ extranei di-
es legati a morte teſtatoris in peculio lega-
to cedit. ꝛ h̄ eſt verū niſi ex reb⁹ peculiarib⁹
auctū fuerit peculiū. In hoc em̄ caſu aug-
mentū ex reb⁹ peculiarib⁹ ꝓcedēs legato ce
dere debet. ꝛ hec dicunt̄ vſʒ ad illū. §. Pecu
liū aūt. In pn̄ti. §. ita po. ca. Quidā ꝯdidit
teſtamētū. ꝛ in teſtō ſuo ſticho q̄ valde pin-
gue habuit peculiū legauit libertatē nulla
mentione facta de peculio. mō q̄ro vtrū le
gando libertatē videat̄ legaſſe peculiū. Et
rn̄det ꝙ nō. Nā peculiū niſi expreſſe fuerit
legatū ſeruo manumiſſo nō debet̄. ꝛ h̄ verū
eſt in vltima volūtate. Secus tn̄ ē inter vi-
uos. q2 ſi manumiſerit videt̄ ei donaſſe pe-
culiū. niſi illud exp̄ſſe ademerit. ꝛ ita diuus
ſeuerus ꝛ anthonin⁹ reſcripſerūt. Sed po.
Quidā legauit ſeruo ſuo peculiū iſte ſeru⁹
idēq legatari⁹ m̄lta de peculio impēdit i rō
nes dn̄i ꝛ ita dn̄s factus ē debitor peculiarꝭ
Modo q̄ro vtꝝ. ſeru⁹ mortuo teſtatore ab
herede dn̄i petere poſſit illud qd̄ in rōnibus
dn̄i impēderat. Rn̄det ꝙ nō. nā ijdē prin-
ceps ſcʒ ſeuerus ꝛ anthonin⁹. in hoc caſu
reſcripſerūt peculio legato nō videri id reli
ctū ſeruo vt petitionē habeat pecunie quā i
rōnes dn̄icas impēdit. ꝛ hec dicunt̄ vſʒ ad
illū. §. Idē reſcripſerunt peculio. Po. igit̄
ſic caſū. Quidā legauit ſeruo ſuo libertatē
his v̄bis. Volo ꝙ ſeru⁹ me⁹ redditꝭ rōnib⁹
liber ſit ꝛ de peculio reliq̄ ſoluant̄. i. ea in q̄-
bus apparuerit eū mihi teneri. mō q̄ro vtꝝ
teſtator his v̄bis videat̄ legaſſe peculiū Et
rn̄det ꝙ ſic. nā p̄dicti duo p̄ncipes reſcp̄ſe-
rūt peculiū videri legatū cū rōibus redditꝭ
ſeru⁹ liber eſſe viſus ē. ꝛ ex ip̄o peculio reliq̄
inferre. ꝛ hec dicunt̄ vſʒ ad illū. §. Iam aūt
corꝑales res. Ceteri caſus q̄ ſequunt̄ in ꝑ-
te iſta planiſſimi ſūt vſq ad. §. illū. Legari
aūt. Caue tibi tn̄ in. §. Optionis legatū. q2
iuſt. recitat q̄ndā antiquitatē circa legatum
optionis quā ꝑ ſuā ꝯſtitutiōem correxit. vt
ibidē dixit. Ratn̄ eiuſdē. §. in ſe planiſſima
ē. Expedita q̄nta ꝑte p̄ncipali iſti⁹ ti. in q̄ de
terminauit iuſt. q̄ res legari pn̄t. Hic acce-
dit ad ſextā ꝑtē ꝛ deter. q̄bus pōt legari vn-
de po. ſic ca. Dn̄e iam video que res legari
pn̄t. dicatis mihi ſi placet q̄b⁹ legari pn̄t. Et
ip̄e rn̄det ꝙ illis cū q̄b⁹ teſti factio ē. i. ad q̄ꝝ
vtilitatē teſtamētū fieri pōt. ſʒ ſm̄ antiq̄ iu-
ra multe erant ꝑſone q̄b⁹ legari nō poterat.
Incertis em̄ ꝑſonis neq legata neq fidei
cōmiſſa relinqui olim ꝯceſſū erat. ꝛ hoc in-
tantū ſm̄ iura antiq̄ obtinuit. vt nec etiam
miles incerte ꝑſone legare potuerit. ꝛ ita di
uus adrian⁹ reſcripſit. Sed po. dn̄e iā vi-
deo ꝙ olim incertis ꝑſonis legari nō pote
rat. ꝓ deo ſi placet dicatꝭ que ꝑſona cēſebat̄
incerta. Ad h̄ rn̄. amice incerta ꝑſona vide
bat̄ quā teſtator in opinione incerta in aīo
ſuo ſubijciebat. Veluti ſi q̄s dicat in hunc
modū q̄cunq filiā ſuā filio meo in matrio-
nio copulauerit heres me⁹ illi fundū ſemꝓ
nianū dato. nā in h̄ caſu hm̄ōi legatū incer
te ꝑſone videbat̄ relictū. ꝛ ſilr̄ in h̄ caſu ve-
luti ſi q̄s ita dicat. vl̄ qui p⁹ teſtm̄ ſcp̄tū pri
mi ꝯſules deſignati erūt heres me⁹. c. dato.
Nā in hoc caſu incerte ꝑſone ſicuti in ſupi
ori caſu legari videbat̄. ꝛ multe alie ſpēs re-
ꝑiri pn̄t in q̄b⁹ incerte ꝑſone legari videba
tur. incerte ꝑſone dari veluti ſi q̄s ita dicat
illū ſeruū qui primū aſcēderit capitoliū libe
rū eſſe volo. Olim em̄ libertas h̄ modo da
ta inutilis erat. ꝛ h̄ ideo q2 placebat ſeruos
noīatim liberos fieri. Sʒ licet dixerim tibi
incertis ꝑſonis legari antiquit⁹ non poſſe.
ſub certa tn̄ demonſtratione. i. ex certis ꝑſo
nis incerte ꝑſone etiā olim recte legabat̄.
veluti ſi q̄s ita dicat. ex cognatꝭ tuis q̄ nunc
ſūt q̄cunq filiā meā in vxorē duxerit heres
me⁹ illi fundū ſemꝓnianū dato. Nā i ca-
ſu iſto lʒ incerte ꝑſone videbat̄ relictū rōe
tn̄ demonſtratōis etiā olim valebat. ſʒ licet
dixerim tibi legata vl̄ fideicōmiſſa incertis
relicta olim nō valere. cautū tn̄ erat ſacris
ꝯſtitutōibus talia legata vl̄ fideicō. ꝑ erro-
rē ſoluta repeti nō poſſe. ꝛ hec dicunt̄ vſʒ ad
illū. §. Poſtumo q̄ʒ alieno ꝛc̄. Adhuc ꝓſeq̄-
tur iuſti. in. §. pn̄ti materiā ſuā determinā-
do q̄b⁹ legari nō pōt. vnde pone ſic ca. Dn̄e
iā video plures ꝑſonas q̄b⁹ olim legari nō
poterat. nūquid ſūt adhuc plēs ꝑſone q̄b⁹
olim legari nō poterat. Et rn̄. ꝙ ſic. naʒ po-
ſtumo alieno olim inutilr̄ legabat̄. ſed dixi.
Dn̄e ſi placet dicatis mihi q̄s cenſet̄ poſtu
mus alien⁹ Ad h̄ rn̄d. amice. Alien⁹ poſtu-
mus eſt q̄ inter heredes ſuos heres teſtato
ris futurus nō ē ſicuti nepos ex filio emā-
cipato ꝯceptus extrane⁹ poſtum⁹ erat auo.
ꝛ hec oīa ſupdicta ſm̄ iura antiq̄ obtinebāt



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed nõ ſolũmodo oĩa ſupradicta ab eo. §. In certis. ſ; etiã ſpeciẽ circa poſtumũ alie/nũ correrim⁹. Nã in ca. nr̃o q̃daꝫ ꝯſtitutio poſ ta ẽ ꝑ quã q̃dẽ ꝯſtitutõꝫ etiã huic pti re/mediũ adhibuim⁹. nõ ſolũ in hereditatibꝫ. vt alicui⁹ poſtum⁹ heres ĩſtitui poſſit. ſ; eti/aꝫ in legatis ꝛ fideic. ꝛ h̃ euidẽter ex ipi⁹ ꝯſti/tutõis lectõe careſcit. Sed q̃ꝫ dixerim ti/bi incert̃ ꝑſonis aucte nr̃e ꝯſtitutõnis ho/die legari poſſe. Tutor em̃ incert⁹ nõ ſoluꝫ ſ̃m antiq̃ iura. ſ; etiã ꝑ noſtrã ꝯſtitutõꝫ da/ri nõ debet ꝛ hoc ideo q꞉ certo iudicio debꝫ q̃ſqꝫ ꝑ tutela ſue poſteritati ꝓſpicere. ꝛ licet ſ̃. dixerim alieno poſtumo ſ̃m iura antiq̃ le/gari nõ poſſe. Alien⁹ tñ poſtum⁹ ꝛ olim de iure p̃to. ꝛ hodie põt heres ĩſtitui de iure ci/ui. ꝛ h̃ ẽ verũ niſi ſit in vtero illi⁹ ml̃ierꝭ q̃ de iure nr̃a vxor eẽ nõ põt. ꝛ hec dicunt̃ vſ; ad illũ. §. Si q̃s in noĩe. Po. igit̃ ſic ca. in illo §. Quidam fecit teſtm̃. ꝛ in teſtõ legauit cu/idã. c. ſed tñ errauit in noĩe legatarij. nã cuꝫ deberet dicere. Dño lego ticio dicebat lego ſempronio. vñ cõſtabat de ꝑſona legatarij. mõ quero vtꝝ hmõi error viciet legatũ. Et rñ. ꝙ nõ. Si q̃s em̃ in noĩe cognoĩe vl̃ ag/mine vel p̃noĩe legatarij errauerit ſi tñ de ꝑ/ſona ꝯſtat nihilomin⁹ valet legatũ. ꝛ idem ſeruat̃ in heredibꝫ inſtituẽdis. vt ſi q̃s erra/uit in noĩe cognoĩe p̃noĩe ipi⁹ heredis inſti/tuti. nihilomin⁹ valet inſtitutio ſi de ꝑſona heredis ꝯſtat. ꝛ certe in vtroqꝫ caſu h̃ optia rõne ſtatutũ fuit. Noĩa em̃ ſignificandoruꝫ hoĩm gr̃a inuẽta ſũt. Igit̃ ſi ꝑ q̃ocunqꝫ ali/ud iudiciũ intelligãt̃ nihil refert. vñ argu/mento hui⁹ regule cauet̃ falſa noĩatõe lega/tũ nõ ꝑimi. Eſt em̃ q̃dã alia iurꝭ regl̃a q̃ cau/tũ ẽ falſa dmõſtratõe legatũ nõ viciari. velu/ti ſi q̃s ita legauerit ſtichũ ſeruũ ṽnaꝫ ticio do lego. Licet em̃ ſtich⁹ nõ verna ſ; empt⁹ ſit ſi tñ de ꝑſona ꝯſtat. nõ obſtãte hmõi fal/ſa demõſtratõe valet legatũ. ꝛ ſil̃r ſi ita dmõ/ſtrauerit teſtator. ſtichũ ſeruũ meuꝫ quẽ a ſe/yo emi ticio do lego. Licꝫ em̃ ab alio empt⁹ ſit nihilomin⁹ valet legatũ ſi de ꝑſona ſerui ꝯſtat. ꝛ ſic dixi tibi ſcire debes ꝙ lõge magꝭ adiecta cauſa legato legatũ nõ viciat. veluti ſi q̃s ita dixerit. ticio q̃ abſente me negotia mea viriliter curauit vl̃ geſſit ſtichũ do le/go. vl̃ ſi ita dixerit ticio. q꞉ ꝓcinio ei⁹ a ca/pitali crimĩe liberat⁹ ſuꝫ ſtichũ do lego naꝫ ſi ita dixerit valet legatũ. Licet em̃ tici⁹ lega/tari⁹ negocia teſtatoris nunq̃ꝫ geſſerit. neqꝫ teſtator ꝓcinio ticij legatarij a capitali cri/mine liberat⁹ ſit. In vtroqꝫ tñ caſu legatuꝫ valet. ſ; aliud ius ſtatutũ ẽ ſi hmõi cã con/ditionaliter enunciata ſit. Veluti ſi quis dixerit hoc modo ſi negotia mea curauerit fundũ do lego. nã in h̃ caſu ita demũ valet h̃ legatũ ſi ꝯditio extiterit. ꝛ hec dicunt̃ vſ; ad illũ. §. In ſeruo heredis. Adhuc ꝓſeq̃t̃ iuſti. materiã ſuã deter. q̃bꝫ legari põt. vnde po. ſic ca. in h̃. §. Dñe q̃dã fec teſtm̃ ꝛ in teſt. ſuo ticiũ inſtituit heredẽ ꝛ ſticho ſeruo ipi⁹ heredis inſtituti legauit fundũ. mõ quero vtꝝ hmõi legatũ valeat. Ad h̃ rñ. iuſt. diſti/guẽdo vtꝝ ſeruo heredis inſtituti pure vel ſub ꝯditõe leget̃. nã ſi pure leget̃ inutile ẽ le/gatũ nec q̃cq̃ꝫ ꝓficit etiã ſi viuente teſtatore ſeru⁹ legatari⁹ ď ptãte heredis exiterit. illď em̃ q̃ď inutile foret ſi ſtatim p⁹ teſt. factũ te/ſtator ďceſſiſſ; nõ debet iõ valere. q꞉ teſtator diuti⁹ vixit. ſub ꝯditõe tñ ſeruo heredis re/cte legari põt. nã in h̃ caſu ſi tpe extñtis ꝯdi/tiõis in ptãte h̃edis nõ ſit legatũ valet. ſ; q̃ꝫ q̃ꝫ dixerim tibi ſeruo h̃edis inſtituto dño ipi/us ſine ꝯditõe legari poſſe nõ dubitat̃. Ve/luti ſi q̃s ita dixerit ſtichũ ſeruũ ſempronij h̃edẽ inſtituo. ꝛ poſtea adiecerit ſempronio dño ſtichi h̃edis inſtituti fundũ do lego. nã in h̃ caſu q̃uis ſtatim p⁹ factũ teſtm̃ teſtator deceſſerit. nõ tñ apud eũ q̃ heres ſit dies le/gati cedere intelligit̃. Per ſuũ em̃ inſtitu/tũ ſi anteq̃ꝫ iuſſu dñi adierit h̃editatẽ in alte/ri⁹ ptãte trãſlatus fuerit alij h̃editas acqui/ri poterit. vel ſi forte ipe ſeru⁹ añ aditionẽ a dño ſuo fuerit manumiſſus. Tunc em̃ ipe heres efficit̃ ꝛ placet legatũ vtile eẽ. ſ; ſi ille ſeru⁹ in eadẽ cã ꝑmãſerit ꝛ viuẽte dño eodẽ qꝫ legatario h̃editatẽ adierit euaneſcit lega/tũ. ꝛ hec dicunt̃ vſqꝫ ad illũ. §. Añ h̃edis in/ſtitutõeꝫ. Expedita ſexta pte iſti⁹ ti. h̃ accedit iuſt. ad ſep. ꝛ vlt. ꝑte in q̃ corrigit antiq̃ iura circa legata in tribꝫ vl̃ q̃tuor caſibꝫ. ꝛ caſ⁹ pla/niſſimi ſũt ꝛ lr̃a leuiſſima vſ; in fi. ti. ¶ No/ta regl̃aꝫ canonicã. ſcꝫ q꞉ inutil̃r ꝛc. Notaqꝫ idẽ nõ põt eſſe heres ꝛ legatari⁹. No. militũ volũtates fauorabiles. Nota oĩa legata va/lere niſi ſint impoſſibilia vl̃ legibꝫ interdctã vel aliter improboſa. ¶ Sequit̃ alia rub.

## ¶ De ademptõe ꝛ trãſlatõe legatoꝝ.

Continuatio iſtius rub. ad ſupiora
ptꝫ in hūc modū. Sup̄ trac. iuſti.
de legatis. ⁊ q꞉ qn̄qꝫ ꝯtingit hmōi le
gata i totū adimi. ⁊ qn̄qꝫ ꝺ vno legatario in
aliū trāfferri. idcirco pꝰ materiā legatoꝝ de
adēptōne ⁊ trāſlatōe legatoꝝ tract. intendit
vn̄ de his tractaturꝰ ſubijcit rū. de adēptio
ne ⁊ trāſla. ⁊c. di. Adēptio legatoꝝ ⁊c. Ad
euidē. iſtiꝰ ti. diui. eū in duas ptes ⁊ planus
erit. In q̄ꝝ. pma pte tract. de pma pte rub.
ſcꝫ de adēptōe legatoꝝ. In ſcd̄a pte deter. ꝺ
ſcd̄a pte rub. ſcꝫ de trāſlatōe legatoꝝ. prima
ps durat vſꝫ ad illū. §. Trāfferri q̄ꝫ. ibi inci
pit ſcd̄a ⁊ durat vſqꝫ in finē ti. caſus planiſſi
mi ſūt ⁊ lr̄a planiſſima p totū ti.

De lege falcidia

Continuatio iſtiꝰ ru. ad ſupiora ptꝫ
in hūc modū. Sup̄ deter. iuſti. de
adēptōe ⁊ trāſ. legatoꝝ. ⁊ q̄lr̄ admit
tanꝫ legata. ⁊ q꞉ qn̄qꝫ ꝯtingit legata bn̄ficio
l. falci. diminui. idcirco de hac diminutōne
ſubijcit rub. de lege falci. di. ſupeſt ⁊c. In
h ti. ita pcedit iuſti. pmo ponit ꝯtinuatiōeꝫ
ſui pceſſus. ſcd̄o aſſigt rōem q̄re lex falc. fu
it inuēta ⁊ q̄s ſit effectꝰ eius. tercio ꝺter. q̄n
dā q̄ōeꝫ dubitabilē incidētē circa effectū. l.
fal. q̄rto ꝺter. q̄ tpe inſpicitꝫ vtꝝ hēat locū rō
l. fal. vl' nō. ⁊ ad h declarandū caſus ſubijcit
ſpeāles. q̄nto ⁊ vlt. ꝺter. q̄lr̄ ⁊ in q̄bꝫ hē rō. l.
fal. ⁊ ad h plene declarandū tres caſꝰ diuer
ſos ſubijcit. Igitꝫ ſm h ad uberiorē iuuenū
doctrinā diui. ti. i q̄nqꝫ ptes q̄ꝝ pma durat
vſꝫ ad illū. §. Cū em̄ lege. ibi incipit ſcd̄a ⁊
durat vſꝫ ad illū. §. Et cū q̄ſitū eēt. ibi tercia
⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Quātitas aūt. ibi q̄rta
⁊ durat vſqꝫ ad illū. §. Cū aūt rō. ibi q̄nta ⁊
vlti. ⁊ durat vſꝫ in fi. ti. Po. igitꝫ ſic ca. in p
ma pte. Dn̄e mlt̄a dixiſtꝫ nob circa materiā
legatoꝝ ⁊ de adēpt. ⁊ trāſ. eozūdē. vn̄ videtꝫ
ꝙ ad aliquā aliā materiā decetero poteritiſ
tranſire. Satis em̄ videtꝫ ꝙ ea q̄ iam dicta
ſūt circa materiā legatoꝝ pn̄t ſufficere. Ad
h rn̄. iuſt. Amice nō bn̄ tibi videtꝫ imo circa
materiā legatoꝝ etiā iſiſtendū ē adhuc. nā
ex q̄ de adēptōe ⁊ trāſlatōe legatoꝝ vidimꝰ
ſupeſt vt de lege fal. p quā modꝰ legatis no
uiſſime impoſitꝰ ē diſpiciamꝰ ⁊ hec in pma
Sꝫ po. in ſcd̄a. Dn̄e iam video ꝙ vos vul
tis tracta. de. l. falci. dicatis mihi ſi placet q̄
re fuit introducta. l. falc. ⁊ q̄s ſit eiꝰ effectus.

Ad h rn̄det. amice. Lex falc. optima rōe fu
it introducta ⁊ eiꝰ effectꝰ fructuoſus ē. Cum
em̄ olim. l. xij. ta. libera erat ligādi ptās in
tantū vt liceret teſtatoribꝫ totū patrimoniū
ſuū p legata erogare. ⁊ nihil penitꝰ apud he
redes ſcriptos relinquere. Nā. l. xij. tab. ita
cautū erat ꝙ ſicuti q̄ſqꝫ legaſſet rē ſuā ita iuſ
eſſꝫ. idcirco vtile erat viſū legū latoribꝫ hmōi
liberā lniam legādi coartare. q꞉ ppter hmōi
plerūqꝫ moriebanꝫ hoīes inteſtati. nā lꝫ he
des eēnt inſtituti. ſcripti tn̄ hedes p nllo he
ditatis lucro eā volebāt adire. ⁊ q̄uis etiaꝫ
ſuū hmōi lnīa legandi coartāda taꝫ lex fu
ria q̄ꝫ aconia late ſūt. neutra eaꝝ ad rei ꝯſū
matōem ſufficere videbatꝫ. vn̄ nouiſſimo la
ta eſt lex falci. q̄ cauetꝫ ne liceat teſtatoribus
plus legare q̄ꝫ dodrantē totoꝝ bonoꝝ vt ſi
ue vnꝰ heres ſit inſtitutꝰ ſiue plēs apud euꝫ
qn̄ vnꝰ eſſet inſtitutꝰ vl' apud eos qn̄ plures
eēnt inſtituti. q̄rta ps totiꝰ patrimonij ipſiꝰ
teſtatoris integra remanet. ⁊ hec dicunꝫ in
ſcd̄a pte vſꝫ ad illū. §. Et cū queſitū. Hic in
cipit tercia ps in q̄ iuſti. deter. q̄ndam dubi
tabilem queſtionem inſurgentē ex pmiſſis.
vn̄ po. ſic ca. Dn̄e iā video ꝙ effectꝰ. l. falci.
talis ē ꝙ teſtator nō pōt legare vltra dodrā
tē totoꝝ bonoꝝ vicꝫ vt quarta ps patrimo
nij ipiꝰ teſtatoris remaneat apud hedes ſi
ue ſit vnꝰ heres ſcriptꝰ ſiue plures. dicatis
igitꝫ mihi q̄d iuris ē in tali caſu. Quidā fec
teſtm̄ ⁊ in teſtō ſuo inſtituit duos heredes
p equis portiōibꝫ. puta ticiū ⁊ ſeyū ⁊ ptē ti
cij auttotā exhauſit legatis q̄ noīatim reli
quit a ticio preſtāda ꝙ nihil penitꝰ apud ti
ciū remāſit. aut ſi aliq̄d remāſit ſup̄ moduꝫ
tn̄ p̄ ptē ticij onerauit. A ſeyo ꝟo aut penitus
vlla legata reliquit. aut ſi q̄ ab eo reliquit p
tē tn̄ dimidiā portionē eandē integrā penes
ipm ſeyum dimiſit. ⁊ ita q̄rta ps totiꝰ here
ditatis apud ſeyū heredē ſcriptū ſine aliq̄
diminutōne ſiue onere remāſit. vn̄ in h ca
ſu multū fuit dubitatū ⁊ queſitū vtrū liceretꝫ
ticio vltra quartā ptē ſue portiōis grauato
aliq̄d ex legatis ab eo noīatim relictis reti
nere. vt ita bn̄ficio. l. falc. quartā ptē ſue por
tionis ſaluā habeat. Ad hoc rn̄. iuſti. Ami
ce. Certe in queſtione ppoſita placuit vt lice
at ticio vti bn̄ficio. l. fal. ⁊ hoc ſingulis lega
tis ab eo relictis intantū retrahere vt quar
tam partē ſue portōis ſaluā habeat. nō ob

ſtante ꝙ quarta ps totius heditatis apud
ſeyũ coheredẽ ſuũ integra remanet. Nã in
ſingulis hedibꝫ rõ.l.fal. habẽda ẽ. vt quili-
bet q̃rtã ſue portõis ſaluã habeat. ⁊ hec di-
cunt̃ in tercia pte vſ3 ad illũ.§. Quantitas
aũt. Hic incipit quarta ps in q̃ ſic po. caſũ
Dñe iam video ꝙ bñficio.l.fal. ſingul' here
dibꝫ puiſũ eſt. ſ3 dicatis mihi ſi placet q̃ tpe
inſpicit̃ vtꝝ.l.falc. locũ habeat. Ad h̃ rñd.
Amice. Quãtitas pꝛimonij a teſtatore reli
cta ad quã rõ.l.fal. reducit̃ tpe morꝭ ipi⁹ te-
ſtatoris inſpicit̃ ſic manifeſte liquet i tali ex
emplo. Quidã habebat.c.aureos i bonis
ipe laborans in extremis ɔdidit teſtm̃ ⁊ in
teſtõ inſtituit hedẽ ⁊.c.aureos legauit ⁊ ita
totũ pꝛimoniũ ſuũ exhauſit legaꝭ vñ mor-
tuo teſtatore bñficiũ.l.fal. locũ ſibi vẽdica-
bat. S3 q̃d ſi anteq̃3 heres adierit heditatẽ
bona heditaria p ſuos heditarios vl' ex fe-
tu pecoꝝ vl' ex ptu ancillaꝝ intantũ ſunt au
cta ꝙ oibꝫ legatis inſolidũ ſolutꝭ heres q̃r-
tã ptẽ toti⁹ heditatꝭ vl' etiã ampli⁹ ſaluã hẽ
poſſit. Et rñdet ꝙ certe hui⁹ augmẽtũ poſt
mortẽ teſtatoris añ aditionẽ hereditatꝭ ad-
ueniẽs legatarijs nõ pderit. ſ3 nihilomin⁹
heres bñficio.l.falc. q̃ tpe mortis ipi⁹ teſta-
toris cõpetit vtet̃ ⁊ q̃rtã ptẽ a ſingulis le-
gatꝭ detrahet. Et idẽ iurꝭ in caſu ɔuerſo ob
ſeruat̃. Nã ſicut augmentũ reꝝ heditariaꝝ
añ aditã heditatẽ nõ põt pdeſſe legatarijs.
ita diminutio reꝝ heditariaꝝ eis nõ nocet
ꝫ bigra. ponam⁹ retẽto pmo themate ꝙ ille
q̃ habebat.c. in bonis legauit.lxxv. ⁊ ita reli
quit quartã ptẽ heditatꝭ vñ mortuo teſtatore
rõ.l.falc. locũ ſibi vẽdicare nõ poterit. ſ3 ta-
mẽ añ aditionẽ heditatis bona heditaria i
tantũ decreuerũt incẽdijs forte aut naufra
gijs aut forte p mortẽ ſeruoꝝ aut pecoꝝ. vt
lxxv tpe aditõis in heditate vix inueniebãt
certe in h̃ caſu hmõi diminutio legatarijs
nõ nocet. imo nihilomin⁹ heres ad pſtatio-
nẽ legatoꝝ inſolidũ tenet̃. S3 forte obijce-
ret aliq̃s ſic. Hoc videt̃ iniquũ vic3 cõpelli
adire hedẽ hmõi dãnoſã heditatẽ ⁊ nihil lu
crari. ad iſtã tacitã obiectõ3 rñ. iuſt. i lr̃a ac
ſi facta eẽt ſibi di. amice. Hoc nll'aten⁹ dam
noſũ ẽ hedi. nã liberꝝ habet arbitriũ nõ adi
re heditatẽ ⁊ ita hmõi piculũ euitare. vñ õ in
hoc caſu neceẽ ipis legatarijs cũ herede de
certa portõne legatoꝝ recipiẽda paciſci ne

heres deſerat teſtm̃. ⁊ ita deficiẽte teſtõ lega
ta in eo relicta nõ debeant̃. Hec dicunt̃ in
quarta pte vſq3 ad illum.§. Cũ aũt rõ. Po-
ne igit̃ ſic ca. in hac pte. Dñe video q̃re.l.fal
ci. fuit introducta ⁊ q̃s ei⁹ effect⁹ ſit ⁊ q̃ tẽpe
ſpectat̃. vt.l.falc. locũ ſibi vẽdicet. p deo di-
catis mihi ſi placet in q̃bꝫ rebꝫ locũ ſibi ven
dicet.l.falc. Ad h̃ rñ. amice. Cũ rõ.l.falc. pe
tit pmo deducit̃ omẽ es alienũ.i. q̃cq̃d teſta
toꝛ tpe mortis alijs debebat. Itẽ3 impenſe
circa fun⁹ teſtatoris facte. ⁊ etiã pcia ſeruo-
rũ manumiſſoꝝ ſil'r deducũt̃. ⁊ facta tali de
ductõe tũc deinde in reſiduo habet locũ rõ
l.fal. vt ex eo q̃rta ps integra apud heredes
remaneat ⁊ tres ptes reſidue inter legata-
tarios p rata portõne ei⁹ qð cuiq3 legatari-
oꝝ relictũ fuerit diſtribuant̃. Ponam⁹ igit̃
ꝙ aliq̃s habens pꝛimoniũ.cccc. aureoꝝ q̃-
dringẽtos aureos legauerit. certe in h̃ caſu
quarta ps ſinguloꝝ legatarioꝝ de ſingl'is
legatis detrahi debet. vt p hmõi detractio-
nẽ quartã ptẽ.c. heres ſcriptus.l.falc. bñfi
cio habeat. ⁊ ẽ veꝝ hoc qñ tm̃ erat legatũ q̃3
tũ erat in pꝛimonio. S3 po. retento primo
themate ſc3 ꝙ ille q̃ habebat in pꝛimonio q̃
dringẽtos aureos legauit.ccc.l. ⁊ ita.viij.ps
q̃dringentoꝝ apud hedẽ remaneat. in h̃ ca-
ſu heres nõ quartã ſed tm̃ octauã ptẽ d ſin
gulis legatꝭ detrahet retẽta pte octaua quã
ſaluã habuit hac ſc3 octaua a ſingulis lega
tis detracta quartam toti⁹ patrimonij inte
grã habeat. Sed po. retẽto pmo themate
ꝙ teſtatoꝛ habens quadringẽtos aureos i
bonis legauerit q̃ngẽtos. ⁊ ita plus legaue
rit q̃3 erat in pꝛimonio. in h̃ caſu pmo.c. in
quibꝫ exceſſit patrimoniũ detrahẽda ſunt.
.i. pinde habenda ac ſi nõ eſſent relicta. ⁊ p⁹
ea q̃rtam ĩtẽ ſingulis legatarijs dtrahit he
res. Et ſic pmo detrahendũ ẽ qð vltra pa-
trimoniũ teſtatoris relictũ ẽ. ⁊ poſtea illud
qð ex bõis teſtatoꝛꝭ ſupeſt apð hedẽ rema-
nere opoꝛtet. ⁊ hec dicunt̃ in ſexta ⁊ vlti. pte
vſq3 in finẽ tituli.

## De fideicõmiſſarijs hereditatibus

Continuatio iſti⁹ ru. ad ſupioꝛa pꝫ
in hũc modũ. Dictũ ẽ.ſ. de legatis
⁊ d adẽpt. ⁊ trãſla lega. ⁊ q̃l'r legata
q̃uq3 p.l.falc. minuunt̃. ſ3 q2 iuſt. pmiſit ſe d
fideicõ. tractatuꝝ poſt materiã legatoꝝ vt
ſ. de lega. in.§. Sed nõ vſ3. In illo pſi. ſ3 ne

in primis. idcirco qđ ꝓmiſit hic ſoluere in/
tendit. ſ3 q: fideicõmiſſoꝝ quedã generalia
quedã ſpecialia. ideo h̃ de generalibꝰ tanq̃ ꝺ
dignioribꝰ ꝓmo tracta. intẽdit. vñ de his di
cturꝰ annectit rub. de fideicõ. hereditatibꝰ
dicẽs. Nũc trãſeamꝰ ⁊c. ¶ Nam titulus iſte
aliq̃tulũ ꝓlixus ẽ. Ad vberiorẽ iuuenũ do/
ctrinã diuidas ti. in q̃nq̃ ptes ꝓnc. In q̃rũ
ꝓma pte poĩt iuſti ꝯtinuationẽ ꝓceſſus ſui
In ſcđa pte tractat de fideicõ. in teſta. reli/
ctis ſm iura antiq̃. In tercia det. de fideic.
relictꝭ in teſtõ ſm iura noua. In quarta de/
ter. q̃lr fideicõ. relinquit̃ ab ĩteſtato. In q̃n
ta ⁊ vlti. pte poĩt quoddã ſpeciale bñficiu3
qđ ipe iuſti. in fauorẽ vltimarũ volũtatum
⁊ ad pleniorẽ ꝓuiſionẽ fideicõ. introduxit.
ꝓma ps durat vſq̃ ad illũ. §. Sciendũ. ibi
incipit ſcđa ⁊ durat vſq̃ ad illũ. §. Sed q̃a
ſtipulatões. ibi tercia ⁊ durat vſ3 ad illũ. §.
Preterea inteſtatꝰ. ibi quarta ⁊ durat vſq̃
ad illũ. §. Et q: ibi q̃nta ⁊ vlt. ⁊ durat vſ3 in
fi. ti. Po. igit̃ ſic ca. in ꝓma pte. Dñe multa
iã dixiſtis nob circa materiã legatoꝝ. ꝓ deo
dicatis mihi q̃d ꝓponitꝭ in hac materia fa/
cere. Ad h̃ rñ. amice. Certe ex q̃ expedita eſt
materia legatoꝝ. nũc ad fideicõ. ti. tranſeũ/
dũ eſt. ⁊ ꝓmo de fideicõ. hereditatibꝰ breui/
ter videamꝰ. ⁊ hec dicunt̃ in ꝓma pte vſ3 ad
illũ. §. Sciendũ eſt. ¶ In hac ſcđa pte ſic
ꝓcedit. ꝓmo deter. quõ olim relinquebant̃
fideic. in teſtõ ⁊ q̃re appellata ſũt fideicom.
⁊ ꝑ quẽ ⁊ q̃ rõne ad iuris nc̃tatẽ ꝓmo fuerũt
ĩtroducta. ⁊ l3 ſe ꝓmiſit dicturꝰ tm̃ ꝺ fideic.
hereditatibꝰ. tñ quedã ponit cõia tã in gene
ralibꝰ q̃3 ſpecialibꝰ fideicõ. ſcđo deter. q̃d exi
gat̃ ad h̃ q aliq̃s poſſit fideicõ. generale ĩ te
ſta. relinquere. tercio det. q̃d iuris erat olim
qñ reſtituebat̃ fideicõ. hereditas ex ſenatꝰ⁊
cõſul. tre. qđ ꝓmo eratꝭ introductũ circa fi/
deicõ. q̃rto deter. q̃d iuris erat qñ reſtitue/
bat̃ fideicõ. hered. ſenatuſcõſul. pegaſiano
⁊ rõnẽ ꝓmittit q̃re pega. ſenatuſc. fuit intro
ductũ. Et ad declaratõe3 nature ſenatuſcõ.
caſus ſubijcit ſpeciales deter. in q̃bꝰ caſibuſ
vẽdicabat ſibi locũ tre. ſenatuſcõ. ⁊ in q̃buſ
pega ſia. ⁊ in q̃ illa duo ſenatuſcõſul. differe
rebant ⁊ ꝯueniebãt. ⁊ ſm h̃ ſubdiuidas ſe/
cũdã ptẽ ꝓnci. in q̃tuor ptes. q̃ꝝ ꝓma dur.
vſ3 ad illũ. §. In primis igit̃. ſcđa ibi incipit
⁊ durat vſq̃ ad illũ. §. Sed q: heres ſcrip.

ibi tercia ⁊ durat vſq̃ ad illũ. §. Reſtituta.
ibi q̃rta ⁊ durat vſq̃ ad terciã ptẽ prin. iſtiꝰ
ti. vic3 vſ3 ad illũ. §. S3 q: ſtipulatões. His
igit̃ ad maiorem euidẽtiam materie ſub cõ
pendio ꝓnotatis ita po. ca. Dñe iã video q
vultis tractare de fideicõ. hered. dicatꝭ mi/
hi mõ ſi placet q̃lr erãt introducta fideicõ.
⁊ quare ſic appellabant̃. Ad h̃ rñ. amice ſcire
debes q olim oĩa fideic. tã generalia q̃3 ſpe
cialia ꝓmitiuis tꝑibus infirma erãt. q: ne/
mo inuitus hmõi fideic. de q̃bus erat a te/
ſtatore rogatus ſoluere cogebat̃. ⁊ pro filijs
ſpurijs ⁊ ceteris nõ capacibꝰ q̃bꝰ teſtatores
nõ poterãt hereditates ⁊ legata in teſtõ ſuo
relinquere fuerũt fideic. introducta. vñ ſub
hac cautela relinq̃bant. nã fideicõ. q̃ cape/
re poterãt ex teſtõ cõmittebant. ⁊ ideo fidei
cõ. appellata ſũt q: nll'o vinculo iuris ĩnoda
ta erant. ſ3 tm̃ pudori coꝝ cõmittebãt teſta/
tores hmõi fideicõ. ſoluere ſ3 nõ cogebant̃
⁊ ita hec vſq̃ ad t'ps diui auguſti obtinebãt
poſtea ꝟo piꝰ diuꝰ auguſtꝰ gr̃a ꝑſonaꝝ capa
ciũ q: fideicõ. defraudabant̃ motꝰ fideicõ.
hmõi iuris ad nc̃citatẽ induxit. vñ q: aliq̃ñ
ꝑ fidẽ ſuã vl' ꝑ ipiꝰ ꝓncipis ſalutẽ aliq̃s ro/
gatus nõ ſoluebat fideic. ideo ꝓpter magnã
q̃rundã ꝑfidiã q̃ fidẽ implere recuſabant ꝓ
cepit ꝯſulibꝰ. vt ipi auto. ſuã imponerẽt. vt
illi q̃ rogati eẽnt fideic. ſoluere ad eoꝝ ꝓſta/
tiõ3 cogerent̃. ⁊ q: h̃ iuſtũ videbat̃ ⁊ ꝓploſ ex
pediebat paulatim ꝯuerſũ ẽ in aſſiduã iuriſ
ditionẽ. ⁊ ꝑ ꝓceſſum tꝑis fauor fideicõ. in/
tantũ augebat̃ vt etiã ꝓpriꝰ ꝓtor circa hmõi
fideic. crearet̃. quẽ fideicõmiſſariũ ꝓtorẽ ap
pel'abãt. ⁊ hec dicunt̃ in ꝓma pticula ſcđe ꝑ
tis ꝓn. vſq̃ ad illũ. §. In ꝓmis. ¶ Hic inci/
pit ſcđa pticula ſcđe ptis ꝓn. in q̃ ſic po. ca
ſum. Dñe iam video q̃lr fideicom. que oli3
erãt infirma. poſtea ꝑ diuũ auguſtũ ad ne/
ceſſitatẽ iuris ſũt ĩtroducta. ꝓ deo di. mihi
modo qualr teſtator in teſtõ ſuo rogat ali/
quẽ ſoluere hmõi fideicõ. S3 anteq̃3 iuſti.
ſoluat hãc q̃ōem ꝓmittit quoddã aliud ⁊ di
cit. amice. In ꝓmis ſciendu3 eſt q nc̃cẽ ẽ q
aliq̃s heres inſtituat̃ in teſtõ. ⁊ poſtea fidei
heredis inſtituti cõmittat̃ vt illã hereditatẽ
alicui alij reſtituat. Si ei ſecus fieret teſtm̃
inutile eſſet in q̃ nullus heres eſſet inſtitu/
tus. ⁊ ꝑ ꝯſequens ea q̃ in illo teſtõ relinque
rent̃ nullꝰ eſſent momẽti. Cũ igit̃ aliq̃s in

teſtamento ſibi aſcripſit heredē puta ꝑ ta-
lia ꝟba luci⁹ titius heres meus cū primuȝ
poſſis hereditatē adire. eam gaio ſeyo red-
das ⁊ reſtituas. ⁊ nō ſolū ꝺ hereditate reſti-
tuenda pōt teſtatoꝛ rogare heredē ſuū ſȝ eti
am de ꝑte hereditatꝭ alicui reſtituēda eū ro
gare pōt. ⁊ liberū eſt ipſi teſtatori vl̓ pure vl̓
ſub ꝯditōne. vl̓ ex die certo fideic. tā genera
le q̄ȝ ſpeāle relinquere. ⁊ hec dicunt̄ in ſcđa
ꝑticula ſcđe ꝑtis ꝑnc. vſȝ ad illū. §. Reſtitu
ta. Hic incipit tercia ꝑticula ſcđe ꝑtꝭ ꝑn
ci. in qua ſic po. ca. Nūc iam video q̄lr̄ teſta
toꝛ pōt rogare heredē inſtitutū vt ipe alicui
reſtituat totā hereditatē vl̓ ei⁹ ꝑtē. Sȝ pone
Quidā inſtituit p. heredē ⁊ rogabat eū ꝑ fi
deicō. vt totā hereditatē reſtitueret: m. mo-
do quero a voƀ vtrū facta reſtitutōne ſerui
volūtatē teſtatoris p. nihilomin⁹ debeat he
res cēſeri. Et rn̄. inſt. ꝙ ſic. nā reſtituta he-
reditate ille heres inſtitut⁹ q̄ nihilomin⁹ p⁹
reſtitutōem ꝑmanet heres. Fideicō. ꝟo cui
hereditas reſtituit̄ q̄nq̄ȝ loco heredis q̄nq̄ȝ
loco legatarij habebat̄. ſed neronis tꝑibus
maximo eneo ſeuero exn̄tibꝫ ꝯſulibꝫ factuȝ
fuit ſenatuſcon. tre. in q̄ q̄dem ſenatuſconſ.
cautū eſt vt ſi heditas ex fideicō; alicui r̄ſti
tuta ſit. oēs actōnes q̄ de iure ciui. ipi here-
di vl̓ aduerſus heredē cōpeterēt fideicō. et
aduerſus ipm p⁹ reſtitutionē hereditatis ei
factā darent̄. ⁊ p⁹ illud ſenatuſc. ꝓtoꝛ vtiles
actōnes ipi fideic. ⁊ aduerſus ipſū q̄ſi here
di; in eadē dare cepit. ⁊ ita manifeſte liquet
ꝙ ſm̄ ſenatuſc. tre. ille cui ex fideicō. reſtitu-
ta erat hereditas q̄ȝtū ad emolumentum et
onus loco heredis habebat̄. ⁊ hec dicunt̄ i
tercia ꝑte ſcđe ꝑtis ꝑn. vſq̄ȝ ad illū. §. Sed
q: heredes ſcꝑti. Hic incipit quarta ꝑs
ſcđe ꝑtis ꝑn. in qua ſic po. ca. Nūc iaȝ vidō
ꝙ ſm̄ ſenatuſc. tre. reſtituebat̄ hereditas q̄
ad onus ⁊ emolumentū loco heredis habe
bat̄ heditas q̄ ad onus. ſȝ vos dixiſtꝭ mihi
ſ. ꝙ q̄nq̄ȝ habebat̄. Ad h̄ rn̄. iuſt. q: ſ. dixi
mus ꝙ hedes ſcripti in teſtō toti⁹ hereditā-
tis poterāt grauari nec ꝑ ſenatuſc. tre. ali-
qđ remediū habebāt. ⁊ idcirco hereditateȝ
ob nullū vl̓ minimū lucrū adire plerūq̄ȝ re-
cuſabant. cū vl̓ totam heredi. vel fere totaȝ
ꝑ fideic. reſtituere cogebant̄. vn̄ teſtō ab he
redibꝫ ſcꝑtꝭ ꝯſerto fideic. in teſt. relicta peit⁹
extinguebant̄. ideo poſtea tꝑibus vaſp. au
guſti pega. ⁊ puſione exn̄tibꝫ ꝯſulibꝫ factuȝ
erat ſenatuſc. pega. in quo q̄dē ſenatuſc. ſta-
tutū fuit vt liceret heredi ſcripto qui roga-
tus eſſet ꝑ fideicō. hereditatē reſtituere q̄r-
tā toti⁹ hereditatis retinere ſicuti bn̄ficio. l.
fal. ex ſingulis legatis q̄rtā retinere ꝯcedit̄
⁊ nō ſolū hmōi bn̄ficiū retentionis quarte
in vniuerſitate erat heredibꝫ ꝯceſſum ſȝ eti
am in ſingulis q̄ȝ rebus ꝑ fideic. relictis ea
dē retentio quarte ex pega. ſenatuſc. pe. he-
res ſcriptus occaſione illi⁹ q̄rte quā aucto.
pega. retinebat. Ille ꝟo q̄ ex fideic. tres ꝑteſ
heditatis recepit loco legatarij ꝑtiarij ha-
bebat̄. i. illi⁹ legatarij cui ꝑs bonoꝝ legaba
tur. nā hmōi ſpēs legati vocabat̄ ꝑtitio. ⁊ h̄
ideo q: talis legatari⁹ cū hede ꝑtiebat̄ hedi
tatē ⁊ in h̄ caſu ꝑs heredi. ⁊ fideicō. ⁊ heredē
ſcriptū q̄ ei reſtituebat heditatē interpone-
bant̄. i. cū lucrū ⁊ damnū hereditariū ꝓ ra-
ta portōne inter eos cōe eēt. vn̄ tūc demū ha
bebat locū ſenatuſc. tre. q̄n nō totā heditatē
vl̓ vltra dodrantē hereditatis reſtituere nō
rogabat̄ heres. ⁊ in h̄ caſu ex ſenatuſcō. tre.
fiebat reſtitutio. ⁊ ſine interpoſitōe ſtipula-
tionis actiones hereditarie in vtrūq̄ȝ viceȝ
heredē ſcriptū ⁊ fideicō. q̄ loco heredis ha-
bent̄ ꝓ rata portione diuidebant̄. Si vero
pluſq̄ȝ dodrantē vl̓ totā heredi. fideicō. reſti
tuere rogabat̄. tūc ex ſenatucō. pega. fiebat
reſtitutio. ⁊ heres q̄ ſel̓ adibat heredi. ſi ſua
volūtate ⁊ ſi cōpulſus h̄ faciebat ſiue bn̄fi-
cio pega. vſus q̄rtā ſibi retinebat ſiue q̄rtaȝ
ſibi retinere volebat niſi ꝑ interpoſitioneȝ
ſup̄dicte ſtipulatōis ſibi ꝓſpexiſſet vniuer-
ſa onera hereditaria ꝑ ſenatuſc. pega. ſuſti-
nebat. q̄rtā tn̄ ab hede retēta etiā ad euitati
onē onerū heditarioꝝ q̄ſi ꝑtꝭ ꝓ ꝑte ſtipu-
latōes interponebant̄ q̄ ſolebāt interponi i
ter partiariū legatariū ⁊ heredē. Alter eniȝ
ab altero ſtipulabat̄ vt vterq̄ȝ eoꝝ onera he
reditaria ſic emolumētū ꝓ rata portōe ſuſti
neret. ſi ꝟo heres ſcriptus totā hereditateȝ
fidec. reſtituebat. in h̄ caſu empte vl̓ vendi-
te hereditatis ſtipulatōes inter ipm hedem
⁊ fideic. interponebant̄. ⁊ hec dicunt̄ vſȝ ad
illū. §. Sȝ ſi recuſat. Adhuc ꝓſequit̄ iu-
ſti. in h̄. §. q̄rtā ꝑtē ſcđe ꝑtis ꝑnc. aſſignādo
quandā ꝯuenientiā inter ſenatuſc. tre. ⁊ pe
ga. vn̄ po. ſic ca. Nūc iaȝ video in q̄ caſu ha
bebat locū ſenatuſc. tre. olim ⁊ in q̄ caſu

cum habebat pega. ⁊ que fuit ratio ſue inuē-
tionis pegaſiani. ⁊ in q̇bꝫ dr̄nt illa duo ſe-
natuſcō. ꝑ deo dicatis mihi ſi placet ſi ī ali-
q̇ caſu habeāt ꝯuenientiā illa duo ſenatuſcō.
Ad h̄ rñ. iuſti. ꝗ ſic. Dictū eſt eñ ſup̄ q̇d iu-
ris eſt qñ heres ſcp̄tꝰ ſua ſpōte adibat ⁊ r̄ſti-
tuebat hēditatē. ſꝫ certe ſi ſcp̄tus heres r̄cu-
ſauerit hēditatē adire. q̄ꝛ diceret eā ſibi ſuſpe-
ctā eſſe q̄ſi damnoſam in h̄ caſu cauebat̄ ſe-
natuſcō. pega. vt deſiderāte fideic. ſibi reſti-
tui hereditatē iubēte p̄tore ſcriptꝰ heres he-
reditatē adire ⁊ reſtituere fideic. cōpellebāt̄
⁊ tūc oēs actōes hēditarie ipi fideicō. ⁊ ad-
uerſus eū auto. pega ſenat. facta fuiſſet r̄ſti-
tutio ⁊ ī h̄ caſu qñ heres coactꝰ hēditatē in-
ſtituit ſtipulatōes a pega. dſcēdētes nō erāt
neceſſarie. q̄ꝛ ſine interpoſitōe cuiuſlibet ſti-
pulatōis ſiſt̄ hēdi ſcripto q̇ coactꝰ hēditatem
r̄ſtituebat plena dabat̄ ſecuritas. ⁊ oēs acti-
ones hereditarie ipi fideic. ⁊ in eū tráſſere-
bant̄. In h̄ eñ caſu vtrūqꝫ ſenatuſcō. q̇ ad
mentē ꝯcurrebat. ⁊ hec dicunt̄ vſꝫ ad illū. §
Sꝫ q̄ꝛ ſtipulatōes. ⁊ ita expedita ē ſcđa ps
p̄n. iſtiꝰ ti. Hic accedit iuſti. ad terciā p̄tē
p̄n. in qua corrigit antiquitatē circa fideic.
generalia. ⁊ in hac p̄te ſic ꝓcedit. p̄mo aſſi-
gnat cauſā q̄re ⁊ q̇d de ſtatutis ſenatuſcon.
pega. penitus amputauit ⁊ q̇d ex eis ſtatu-
tis ſenatuſ. tre. tráſtulit. ⁊ q̇d iuris ē hodie
ſi ꝑ fideic. reſtituta fuit hereditas ex ſenatꝰ
cō. tre. ſiue heres totā hēditatē reſtituerit ſi-
ue q̄rtā ſiue minꝰ quartā ſiue aliqꝫ q̇tā p̄tē
hēditatis reſtituerit. ſcđo deter. q̇d iuris eſt
qñ reſtituit̄ hēditas fidec. ex ſenatꝰcō. tre.
aliq̄ certa re vl̄ q̄ꝫtitate penes hēdē retēta. ⁊
ſm̄ h̄ hec tercia ps p̄n. pōt ſubdiuidi in du-
as p̄tes. q̄꜔ p̄ma durat vſꝫ ad illū. §. Si q̇ſ
vna aliq̄ re. ibi īcipit ſcđa ⁊ durat vſꝫ ad q̄r-
tā p̄tē p̄n. vicꝫ vſꝫ ad illū. §. Preterea iteſta-
tus. Po. igit̄ ſic ca. Dñe iā video q̇bꝫ ſenatꝰ
cō. tre. ⁊ ſenatuſcō. pega. differebāt ⁊ in q̇bꝫ
ꝯueniebant. nūquid remanet adhuc hodie
vtrūqꝫ in ſuo vigore. Ad h̄ rñ. ꝗ nō. Cū eiꝫ
ſtipulatōes ex pega. ſenatuſc. dſcēdētes nō
ſolū modernis ſꝫ etiā ipi antiq̇tati diſplicu-
erit ⁊ papi. hō excelſi ingenij eaſdē ſtipulati-
ones in q̇buſdā caſibꝫ captioſas appellat. ⁊
nobis magis ſimplicitas q̄ꝫ difficultas in
legibꝫ placet. ideo relatis nobis oibꝫ tam ſi-
militudinibꝫ q̄ꝫ differētijs vtriuſqꝫ ſenatuſ-
cōſul. cōplacuit abrogatio ſenatuſc. pega.
quod poſtea circa fideicō. hereditates īuē-
tū erat. oēm eiꝰ autoritatē ſenatuſcō. tre. attri-
buere vt hodie ex ſenat. con. tre. fideicōmiſ-
ſarie hēditates reſtituant̄. ſiue heres ex vo-
lūtate teſtatoris q̄rtam p̄tē ſiue plꝰ ſiue mi-
nus ſiue penitꝰ nihil retinuerit. ⁊ in eo caſu
qñ ex volūtate teſtatoris vl̄ nihil vl̄ minus
quarta habet liceat ipi heredi vl̄ quartam
qñ nihil penitꝰ hꝫ vel q̇d deeſt q̄rte qñ aliq̇d
habet. minus tñ q̄rta ex nr̄a auctoritate re-
tinere. vl̄ ſi forte totā hereditatē ꝑ ignoran-
tiā facti reſtituerit liceat ei q̄rtā repetere. ⁊ ī
h̄ caſu ſtatuimꝰ ex ſenatuſcō. tre. actiōes he-
reditarias tā in hēdē qui reſtituit heredita-
tē q̄ꝫ fideic. cui reſtituit̄ ꝑ rata portione vtri-
uſqꝫ cōpetere. ⁊ hec locū habēt qñ heres q̄r-
tam ſibi retinet. Si ꝟo heres totam here-
ditatē fideicō. ſponte reſtituerit. in hoc caſu
oēs actiones hēditarie fideicō. ⁊ aduerſus
ipm dabunt̄. ⁊ nō ſolū ſi qua dicta tranſtu-
limus in ſenatuſcō. tre. ſꝫ etiam illud quod
p̄cipuum fuerat in ſenatuſcon. pega. vt ſcꝫ
quando heres ſcriptus recuſabat adire au-
ctoritate pega. cōpellebat̄ ⁊ totā hēditatē fi-
deicō. reſtituere. ⁊ oēs actōes ad fideic. ⁊ ad-
uerſꝰ eū ꝯferre. ⁊ h̄ etiā ad ſenatuſc. tre. tráſ-
tulimꝰ. volētes vt ex eo ſolo heres cōpellat̄
adire ⁊ fideic. dſiderāti hēditatē r̄ſtituere. ī
h̄ caſu nllꝰ dāno vl̄ cōmodo apꝰ hēditatē
adire ⁊ reſtituere coactū remanēte nihil ī h̄
caſu ītereſt vtrū aliq̇s heres inſtitutꝰ ex aſſe
totā hēditatē aut ꝑ p̄te reſtituere rogatꝰ fue-
rit an ex p̄te heres īſtitutꝰ ſit an totā p̄tē aut
p̄tē illꝰ p̄tꝫ r̄ſtituere ſit rogatꝰ. nā ⁊ in h̄ caſu
eadē iuſſimꝰ obſeruari q̇ in reſtitutōe totius
hēditatꝫ. ſ. diximꝰ ⁊ hec dicunt̄ in p̄ma p̄ti-
cula tercie p̄tꝫ p̄ncip. vſꝫ ad illū. §. Si quis
vna aliq̄ re ⁊c. Hic incipit ſcđa ps tercie
p̄tis p̄n. in qua dterminat q̇d iurꝫ ē qñ he-
res rogatus ē r̄ſtituere hēditatē retēta ſibi
aliq̄ re certa ſiue q̄ꝫtitate ⁊ in hac p̄te ita ꝓce-
dit. p̄mo aſſignat dr̄ntiā inter hūc caſū ⁊ ca-
ſū ꝓxi. ꝓce. naꝫ in vtroqꝫ caſu fit reſtitutio
ex ſenatꝰ c. tre. ſcđo aſſignat dr̄ntiā inter ca-
ſum p̄cedentē ⁊ caſum iſtum. nā in caſu p̄e-
cedenti videlicet quando heres reſtituit
hereditatem retenta quarta actiones here-
ditarie inter heredem ⁊ fideicō. ꝑ rata por-
tione diuidunt̄. ſꝫ etiā in caſu vicꝫ quando

heres rogaꝛ reſtituere hereditatē retenta ſi
bi aliqua re ſinglari. hmõi res apud heredē
ſine oī onere remanet tanq̄ iure legata ſibi
acq̄ſita. ⁊ oīa onera hereditaria tranſeūt in
fideicõ. ⁊ ad h̄ declarandū caſus diuerſos
ſubiicit. ⁊ ſic lr̄a plana ē vſq̄ ad illū. §. Pre
terea. ¶ Hic incipit q̄rta ps p̄n. iſti⁹ ti. in q̄
deter. qualr̄ fideic. ab inteſtato relinq̄ poſſit
vn̄ po. ſic ca. Dn̄e vos dixiſtis mihi qualr̄
heredes onerant ad p̄ſtationē fideicõ. ſʒ nū
q̄d poterūt ſucceſſores ab inteſtato fideicõ.
ſilr̄ grauari. Rn̄. iuſt. q̄ ſic. nam p̄ter ſup̄di
ctos modos q̄b in teſta. grauaꝛ heres ad
reſtitutõem fideic. pōt etiā q̄s ſi forte eſſet ī
teſtatus moritur⁹ p fideicõ. rogare eū queʒ
intelligit ſibi de iure ciuili vl' de iure p̄torio
ab inteſtato ſucceſſurū vt hereditatē ſuam
totaʒ vl' p̄tē ei⁹ aut rem aliquā ſingularē ve
luti fundū hoīeʒ vl' pecuniam alicui reſtitu
at. ſʒ lʒ hoc ſit verū in fideicõ. ſecus tn̄ ē in
legatis. Legata eīn olim nō niſi ex teſtō va
lebant. ⁊ nō ſolū ſucceſſoreʒ in vniuerſitate
ab inteſtato pōt q̄s grauare. ſed etiaʒ eū cui
aliq̄d reſtituiꝛ p fideicõ. pōt rogare vt illud
rurſus aliȷ̄ totū aut p p̄te reſtituat aut etiaʒ
aliq̄d aliud q̄d tantundē valeat. ⁊ hec dicū
tur in quarta p̄te vſʒ ad illū. §. Et q̄ prima.
¶ Hic incipit q̄nta ps iſti⁹ ti. in qua ſic po.
ca. Dn̄e iaʒ video q̄d erat olim circa fideic.
⁊ q̄d hodie obtinem⁹. Vn̄ cū ſatis manife
ſtū eſt q̄d de antiq̄tate tollaꝛ. ⁊ in q̄b p vr̄aʒ
ꝯſtitutõem circa fideic. inſiſtere debeamus
Tranſeatis igiꝛ ſi placet ad aliquā aliā ma
teriam. Ad h̄ rn̄. Amice Adhuc nō ē ad ali
quā aliam materiā tranſeundum. p̄mo ad
huc circa materiā fideic. inſiſtendū ē. nāq̄
p̄ma fideicõ. cunabula a fide heredūʒ pen
debant. ⁊ tam nomē q̄ ſbam acceperūt. ⁊ iō
p̄mo diu⁹ auguſt⁹ vt ſup̄ dictū eſt fideic. ad
legis nc̄citatē deduxit ⁊ laqueis iurꝭ inoda
uit. Igiꝛ nos eundē principē circa figmen
ta fideic. nup ſupare ꝯtendētes ex quodam
facto p tribunianū iuris excelſū ſacri pala
ciȷ̄ queſtorē nob̄ relato quandā fecim⁹ ꝯſti
tutionē p quā ſtatuim⁹ vt ſi q̄s teſtator here
dē ſuū p fideic. rogauit vt vl' hereditatē vel
aliq̄d ſpeciale fideic. alicui reſtituat ⁊ hmõi
volūtas teſtatoris neq̄ ex aliqua ſolēni ſcri
ptura neq̄ p q̄nq̄ teſtes q̄ in codicillis ſuf
ficiūt p̄bari poſſit q̄ fidē heredis ſui elegit
in h̄ ca. ſi heres pfidia ductus fidē adimple
re recuſauerit negādo tale on⁹ a teſtatore ſi
bi fuiſſe impoſitū ſi fideicõmiſſari⁹ iuſiurā
dū ei detulerit ſacro de calū. a fideicõ. prius
p̄ſtito neceſſe habebit heres vl' iuſiurandū
ſubire vl' fideic. ſiue generale ſiue ſpēale ab
eo relictū fideicõmiſſario ſoluere. ⁊ ita p no
ſtrā ꝯſtitutõeʒ induxim⁹ ne vltima volūtas
teſtatoris fidei heredis ſui cõmiſſa depeat
Sʒ po. q̄ ille a q̄ fideic. petiꝛ poſtq̄ p ſacr̄m
aut p teſtes ꝯuict⁹ fuerit ꝯfiteaꝛ fideicõ. a ſe
relictū ad legis tn̄ ſubtilitatē decurrat vicʒ
allegādo ex min⁹ ſolēni volūtate h̄ fuiſſe re
lictū. Certe in h̄ caſu in penā incidit mēda
ciȷ̄ ⁊ nō obſtante hmõi defenſiõe ad hmõi fi
deicõ. p̄ſtatõnē oīno cogēdus ē. ⁊ hec dicūꝛ
in q̄nta ⁊ vlti. p̄te vſʒ in fi. ti.

¶ De ſingulis reb p fideicõ. relictis.

Continuatio iſti⁹ ru. ad ſup̄iora p̄ʒ
in hūc modū. Sup̄ tract. iuſti. de
fideic. generalr̄. vn̄ p⁹ fideic. genera
lia intēdit tractare de fideic. ſpēalib. ⁊ ideo
de his dictur⁹ annectit rub. ꝺ ſingulis reb
p fideicõ. relictꝭ dicēs. Pōt aūt ⁊c̄. In h̄ ti.
ita p̄cedit iuſti. p̄mo det. in generali q̄lr ſin
gule res p fideic. relinq̄ pn̄t. ſcd̄o ſpēalr̄ de
ter. q̄ res p fideic. ſpeciale r̄linq̄ pn̄t. ⁊ a q̄b
fideic. relinq̄ pōt. ⁊ inq̄tū q̄s p fideic. relin
quere pōt ⁊ inq̄tū p̄t ḡuari. tercio deter. q̄d
iuris ē qn̄ aliena res p fideicom. relinquiꝛ.
quarto determinat quid iurꝭ ē qn̄ libertas
relinq̄ꝛ p fideicõ. ſiue relinquaꝛ p̄prio ſeruo
teſtatorꝭ ſiue ſeruo heredis ſiue ſeruo lega
tariȷ̄ vel fideicõ. quinto aſſignat differentiā
inter eū qui ex cauſa fideicom. manumittiꝛ
ſexto deter. qn̄ intelligiꝛ libtas directo da
ri in teſt. ſeptio det. q̄b pōt directo libertas
in teſt. dari. octauo ⁊ vlti. deter. q̄bus verb
vtiꝛ quis relinquēdo fideic. vnde f̄m h̄ di
uidas ti. in octo p̄tes ⁊ plan⁹ erit. q̄ꝝ prima
pars durat vſq̄ ad illū. §. Poteſt aūt. ibi ſe
cūda ⁊ durat vſq̄ ad illū. §. Cum aūt alie
na res. ibi tercia ⁊ durat vſq̄ ad illū. §. Li
bertas q̄ʒ. ibi quarta ⁊ durat vſq̄ ad illū. §.
Qui aūt ex cā. ibi q̄nta ⁊ durat vſʒ ad illū. §
Nec alius vll⁹. ibi ſexta ⁊ durat vſʒ ad illuʒ
§. Directa aūt liber. ibi ſeptima ⁊ durat vſʒ
ad illū. §. Verba aūt. ibi octaua ⁊ vlti. ⁊ du
rat vſq̄ in finē titu. ⁊ ſic litera plana eſt ⁊ ca
ſus planiſſimi ſunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De codicillis Rubrica.

Ontinuatio istiꝰ ut ab. ad supiora pꝫ in hūc modū. Sup tract. insti. de fideicō. tā generalibꝫ q̄z spēalibꝫ. sed qꝛ fideicō. primo in codicillis relinquebantur. idcirco pꝰ materiā fideicō. ꝺ codicillis tractare intēdit. vñ de his dicturus subnc rub de codic. Vel pōt alio mō ꝯtinuari pꝛ ut in apparatu cōi ꝯtinet. Dicit ḡ aū augu/sti. tpa in h ti. ita ꝑcedit. Primo det. q̄n pri/mo ius codicil. in vsu ēē cepit. ⁊ q̄s ꝑmo co dicil. introduxit ⁊ q̄lr auto. codicil. fuit da/ta. scḋo det. q̄s pōt facere codicil. tercio de ter. ꝺ pr̄tate ⁊ effectu codicil. assignādo drñ/tiam inter testm̄ ⁊ codicil. ⁊ fm h diui. ti. in tres ptes ⁊ planꝰ erit. quaꝝ ꝑma ps durat vsqꝫ ad illū. §. Non tm̄ aūt. ibi incipit scḋa ⁊ durat vsqꝫ ad illū. §. Codicillis aūt hedi/tas. ibi tercia ⁊ vlt. ⁊ durat vsꝫ in fi. tit. Po. igit sic ca. in ꝑma pte. Dñe iam video ꝙ vul tis tract. ꝺ codicil. dicatis igit mihi si placꝫ q̄n ꝑmo ius codicilloꝝ in vsu esse cepit. ⁊ q̄s ꝑmo introduxit codicillos. Ad h rñ. amice Jus codicil. tpibꝫ diui augusti ꝑmo in vsu ēē cepit. Nam certū ē an augusti tpa ius co dicilloꝝ in vsu nō fuisse. sꝫ primo luciꝰ lentu lus ex cuiꝰ ꝑsona etiā fideicō. sūpserūt ori/ginē codicillos introduxit. Nā cū ꝑdictus luciꝰ lētulus in affricā diē extremā claude ret q̄sdā scripsit codicillos in testō suo ꝯfir matos q̄bꝫ rogauit augustū ꝑ fideicō. vt ali q̄d faceret. ⁊ cū diuus augustꝰ volūtatē suā in codicil. ꝺctā impleuisset. postea ceteri au cto. ꝑncipis secuti fideicō. ꝑstabānt. filia eiꝰ dē lentuli legata in codill's patris sui ꝯten ta soluit. ad q̄ꝝ ꝑstationē diuus augustus iurisprudentes ꝯuocauit inter q̄s erat tre/batius cuiꝰ tūc auctas maxima habebatur. et ab ijsdē iuriscon. quesiuit an vsus codicil/loꝝ recipe posset. ⁊ an dissoni eēnt codicilli iuri nō rōni. ⁊ dicit trebaciꝰ rñdisse augu/sto vtilissimū ⁊ necessarīū fore vsū codicillo rū ⁊ maxīe ꝑpter longas ⁊ magnas pegrina tōes q̄ apud veteres fuissent vt si q̄s test. so lēne ꝑpter impotentiā facti facere nō posset. facere: saltē codicillos q̄bꝫ vltimā volunta/tē declararet. vñ pꝰ illa tpa cū etiā labeo iu/riscō. codicillos fecisset iam nemini dubiū erat q̄n codicilli iure optio admitterentur. et hec dicunt in ꝑma pte vsꝫ ad. §. Nō tm̄ aūt

Hic incipit scḋa ps in qua sic pon. ca. Dñe vidimꝰ ꝙ ꝑmo luciꝰ lentulus fecit codicill. testō suo ꝯfirmatos. nunq̄d igit req̄rit ꝺ ne cessitate ꝙ fiat test. ad h ꝙ possint valere co dicilli. Et rñ. ꝙ nō. nā nō tm̄ facto testō pōt q̄s codicillos facere sꝫ etiā intestatꝰ ꝺcedēs codicillos facere pōt. ⁊ in eis fideicō. relin/quere. Pap. tñ ait. Codicillos aū testm̄ fa/ctos non aliter iur. nccitatē hr̄e. nisi postea speāli volūtate testatoris ⁊ in testō ꝯfirment. sꝫ diuꝰ seuerꝰ ⁊ anthoninꝰ rescpserūt. ex co/dicillis aū testm̄ factis postea cū effectu fidei cō. peti. licet in testō sbsecuto nō fuerint ex/pssē ꝯfirmati. si tñ appareat testatorē q̄ post factos codicillos facit testm̄ a volūtate i co dicil. expssa nō recessisse. ⁊ ita nō ē nccia spe cialis ꝯfirmatio sꝫ sufficit, si nō appareat ꝺ ꝯtraria volūtate testatoris. ⁊ hec dicunt in scḋa pte vsꝫ ad illū. §. Codicillis aūt heredi tas. Hic incipit tercia pticula in q̄ sic pone ca. Dñe iaꝫ video ꝙ codicilli aū testm̄ ⁊ pꝰ testm̄ fieri pñt ⁊ ab intestato. sꝫ nūquid eān dē pr̄tatē hn̄t codicilli q̄z ⁊ testm̄. Ad h rñ. ꝙ nō. mo codicilli in mlt̄is dr̄nt a testō. Here reditas em̄ in codicillis nec directo dari nc adimi pōt. ⁊ h iō statutū ē ne ius testōꝝ ⁊ co dicilloꝝ ꝯfundatur. vñ nec exhedatio directo in codicil. scribi pōt. sꝫ oīa supdicta in testō fieri pñt. sꝫ lꝫ in codic. heditas directo dari nō possit. in illis tñ fideic. iure relinqui pōt Itē ne ꝯditio heredi īstituto i codicill' adij ci pōt. nec etiā substitutio directo fieri. ⁊ nō solū in ꝑdictis dr̄nt codicilli a testō sed etiam in alijs. nā plures codicillos q̄s facere pōt ita vt oēs valeāt ⁊ nullā solēnitatē ordinati onis ꝑboꝝ desiderānt. lꝫ secus sit in testō. et hec dicunt in tercia ⁊ vlti. pte vsꝫ in fi ti.

Explicit liber scḋs

Incipit liber terciꝰ Rubrica.

De hereditatibꝫ q̄ ab intestato ꝺferunt.

Ontinuatio isti us rub. pꝫ in hūc modū Vidi mus ꝙ heditas q̄nqꝫ acquirit nob ex testō q̄nqꝫ ab intestato sed dictū ē. s. qualr nobis acq̄runt heredi/tates ex testō. vñ hic intendit tractare quali ter nob deferant heditates ab intestato. et ideo de hoc dicturus annectit rubricam ꝺ hereditatibꝫ ⁊c. dicens. Intestatꝰ ⁊c. Ad

maioꝛē euidentiā iſti⁹ ti. diui. to. titu. pmo ꝛ
pncipalr̄ in duas ptes pn. In q̄ꝝ pma p-
te deter. iuſt. q̄lr liberi tpe mortꝭ i ptāte pen
tū exn̄tes ad ſucceſſionē pentū p. l. xij. ta. vo
cant̄. In ſcd̄a pte deter. q̄lr liberi emācipa
ti q iuri ciuili penit⁹ erāt incogniti ꝛ a bn̄fi-
cio ſucceſſiōis excluſi de iure ptorio ad ſuc-
ceſſionē pentū ab inteſtato admittunt̄. pri-
ma ps durat vſ3 ad illū. §. Emancipati āt
liberi. ibi icipit ſcd̄a ꝛ durat vſ3 i fi. ti. In p-
ma pte ita pcedit. pmo det. q̄s intelligit̄ de-
cedere inteſtat⁹. ſcd̄o det. ad q̄s ptinet hedi-
tas īteſtatoꝝ. tercio det. q ſūt ſui hedes ꝛ q̄
liter ſuccedūt ſui hedes. ꝛ ad h̄ declarādu3
diuerſos caſus ſubijcit. q̄rto poīt duos ca-
ſus ſpeciales circa ſuos hedes q q̄de3 duo
caſus penit⁹ vident̄ ꝯtra regl'a3 ſupi⁹ poſi-
tā tradita3 ſuis hedibꝫ. q̄nto det. q̄r ſui he-
redes in g̃du diſpari pariter tn̄ ad ſucceſſio
nē pentū ab inteſtato vocant̄. ſexto ꝛ vlt. de
ter. q tpe q̄rit̄ an aliq̄s exiſtat ſu9 heres. ꝛ ſm
h̄ diuidas pmā ptē pncipalē in ſex pticl'as
q̄ꝝ pma durat vſ3 ad illū. §. Inteſtatoꝛum
ibi icipit ſcd̄a ꝛ durat vſq3 ad illū. §. Sui āt
heredes. ibi tercia ꝛ durat vſ3 ad illū. §. Cū
interdū aūt. ibi q̄rta ꝛ durat vſ3 ad illum. §.
Fili⁹ filia ue. ibi q̄nta ꝛ durat vſ3 ad illū §.
Cū aūt querit̄. ibi ſexta ꝛ vlti. ꝛ durat vſ3 ad
ſcd̄a3 ptē pnci. vic3 vſ3 ad illu3. §. Emanci-
pati. Po. igit̄ ſic caſū. in pma pte. Dn̄e iam
video q vos vultꝭ tracta. de hedītatibꝫ q̄ d̄
ferunt̄ ab inteſtato. p deo ſi placet vob dica
tꝭ mihi q̄s intelligit̄ decedere inteſtat⁹ Ad
h̄ rn̄. Inteſtatus decedere intelligit̄ ille q
aut nll'o mō fecit teſtm̄ aut de facto q̄de3 fec
teſtm̄ nō tn̄ de iure. vtpote q2 iurꝭ ſolēnitate
caruit vl' teſti factionē nō habuit. aut teſtm̄
qd̄ iure fecerat arrogatōe ruptū fuit. vl' ca-
pitis dimi. irritū factū ē. aut ſi ex teſtō ſolen
niter facto nll's heres extiterit. Q ibus eni3
his modis intelligit inteſtat⁹ d̄cedere. ꝛ hec
dicunt̄ in pma pticula pme ptis pn. vſ3 ad
illū. §. Inteſtatoꝝ. Hic incipit ſcd̄a pti-
cula in qua ſic pone ca. Dn̄e iam video q̄s
intelligit̄ decedere inteſtatus. dicatꝭ modo
mihi ſi placet ad quos īteſtatoꝝ hereditas
ptinet. Ad h̄ reſpondet. Amice Hereditas
inteſtatoꝝ ex. l. xij. tab. pmo ptinet ad ſuos
heredes. ꝛ hec dicunt̄ in ſcd̄a pte vſ3 ad illū

§ Sui aūt heredes. Hic incipit tercia pti
cula in qua ſic po. ca. Dn̄e vos dixiſtꝭ mihi
q hereditas inteſtatoꝝ ptinet ad ſuos he-
redes. dicatꝭ mihi ſi placet qui intelligunt̄
ſui heredes. Ad h̄ rn̄o. Amice ſui heredes
intelligunt̄ qui in ptāte moriētis ſūt. de cui⁹
hereditate tractat̄ veluti fili⁹ filia. nepos et
neptis. ꝛ deſcēdentes ex filio pnepos ꝛ pne
ptis. ꝛ p maſculinā lineā directo deſcēden-
tes. nec intereſt quo ad h̄ vt ſui heredes cē-
ſeant̄ vtrū ſint naturales liberi an adopti-
ui. nam adoptiui liberi tpe mortis in ptāte
patris exiſtētes ſui heredes intelligunt̄. ꝛ n̄
ſolū ſupradicti ex binis matrimonijs exn̄-
tes pcreati dicunt̄ ſui heredes ſed etia3 ne-
ceſſe eſt eos inter ſuos heredes ꝯnumera-
ri qui ab inteſtato nō erant in ptāte pentu3
vtpote naturales qui non ſūt ex legittimo
matrimonio geniti. poſtea tn̄ a pentibꝫ na-
turalibꝫ curijs dati ſūt ꝛ ita ptāti pr̄is reda
cti. Hi eni beneficio diualiū ꝯſtitutionū q̄
ſemp filijs naturalibus poſite ſūt iura ſuo
rū heredum nanciſcunt̄. nec ſolū ſupradi-
cti inter ſuos heredes ꝯſtituunt̄ ſed etiā il-
li q̄s noſtra ꝯſtitutōne ſtatuim⁹. vt ſi q̄s ali
quā mulierē in ſuo ꝯtubernio copulauerit
nō tn̄ ab initio affectōne marita ī eā habu-
it. erat tn̄ talis cū qua poterat hr̄e legittimū
ꝯiugiū ſi ex ea plem pcreauerit ꝛ poſtea ma
ritali affectōe interueniēte cū eadē muliere
inſtrumēta dotalia ꝯfecerit ꝛ filios ꝛ filias
ex eadem habuerit ſtatuimus. dico nō ſolū
poſterioꝛes liberos ſc3 p⁹ matrimoniū con
tractū editos legittimos ꝛ in ptāte patris
cē. ſ3 etiā p̄oꝛes vic3 añ mr̄imoniū editos. ꝛ
hoc merito ſtatuim⁹. nā iſti liberi añ matri
moniū nati occaſionē legittimi nōis etiam
alijs poſt matrimoniū natꝭ pſtiterūt. rōe ei
affectōis quā pr̄ ad plē pmo pcreatā habu-
it ꝛ q2 matrē eoꝝ habuit i ple fecūdā. iō ea3
ſibi maritali affectōe copulauit: ꝛ h̄ obtīere
cēſuim⁹. nō ſi p⁹ dotalia īſtrumēta ꝯfecta li-
beri nati fuerit ꝛ extiterint. ſ3 etiā ſi nll'i poſt
mr̄imoniū fuerit nati vl' etiā ſi aliq̄ fuerant
nati ſ3 p⁹ea mortui. In oī ei euētu cēſui⁹ li
beros añ mr̄io. natos maritali affectōe ſm
tenoꝛē nr̄e ꝯſtitutōis p⁹ea ſubſecuta legitīos
eē ꝛ iura ſuoꝝ hedū i oībꝫ hr̄e. ꝛ hec dicunt̄
vſ3 ad illū. §. Ita demū. Adhuc pſeq̄t̄ iuſt.

ſn pñti.§.terciã pticulã pme ptis pn.vnde
ſic po.ca. Dñe vos iã dixiſti mihi ſup ꝙ ne/
pos ⁊ neptis ⁊ pnepos ⁊ pnepti in numero
ſuoꝝ hedũ cõputant ſi pſona directo prece
dẽs dſierit in ptãte pentis eẽ ſiue h ꝯtingat
morte ſiue capiti.dimi. Si eñi eo tpe q̃ quiſ
morit filiũ habuit in ptãte nepos ex eodẽ fi
lio pcreat⁹ ſu⁹heres auo eẽ nõ põt.q: pr̃ ei⁹
gradu pcedẽs eũ a iure ſui hedis excludit.
⁊ idẽ eſt in pnepote intelligẽdũ ⁊ in certi li/
beroꝝ pſonis. Si eñi aliq̃s ex filio nepotẽ
tpe mortis in ptãte habuerit.et eodẽ nepo/
te pnepos nõ poterit ſu⁹heres exiſtere. Ne
pos eñ.i.pater pnepotis ipm pnepotẽ tã/
q̃ in remotiori gradu ꝯſtitutũ a iure ſui he
redis excludit.⁊ hec dicunt vſq; ad illũ.§.
Poſtumi q̃z. In pñti.§.pſequit iuſti.mate
riã ſuã deter.qui ſũt hedes.vñ po.ſic caſuz
Dñe iã vos plẽs enumeraſtis mihi q̃ inter
ſuos hedes ꝯnumerari pñt.nunq̃d ſũt aliq̃
aliꝫ q̃ a pdictis debeãt inter ſuos hedes cõ
numerari Rñ.ꝙ ſic. Nõ eñi ſolũ iã nati ſed
etiã poſtumi inter ſuos hedes ꝯnumerant
⁊ h eſt veꝝ ſi tales ſũt poſtumi q̃ ſi ſuo legit
timo viuo pente naſcerent ſui ⁊ in ptãte ei⁹
eẽnt futuri. Scire eñi debes ꝙ ſiue hedes
ſiue etiã iã nati ſiue poſtumi etiã ignorãtes
hedes ſũt.⁊ lz furioſi ſint nihilomin⁹ here/
des exiſtere pñt.⁊ h idõ q: ex q̃b⁹ cauſis nob
ignorãtib⁹ acq̃rit ⁊ eiſdẽ cauſis etiã furioſo
acq̃ri poterit.⁊ ſtatim p⁹ mortẽ pentis q̃i cõ
tinuat dñium inter ſuũ hedẽ ⁊ defunctũ.et
ideo pupillis hedib⁹ ſuis nõ ẽ neceſſaria tu
toris auctas ad h vt acquirat eis heditas
cũ ſuis hedib⁹ etiã ignorantib⁹ hedib⁹ vt ſu
pradictũ ẽ heditas nec etiã furioſo ſuo he/
di ꝯſenſu curatoris ſui acq̃rit heditas ſed
ipo iure.⁊ hec dicunt vſ; ad illũ.§. Inter/
dũ aũt. Hic incipit q̃rta pticula pme ptis
pn.in qua ſic po.ca. Dñe vos dixiſtis.ſ.mi
hi ꝙ illi q̃ cẽſent ſui hedes q̃ erãt in ptãte p
entũ tpe morti eoꝝ.nunq̃d ẽ illud generalr
verũ ꝙ exñtes in ptãte tpe mortis fiunt ſui
hedes ⁊ nlli aliꝫ. Ad h rñ.ꝙ nõ. Nñq; ei cõ
tingit vt lz aliq̃s in ptãte pentis tẽpe mor/
tis fuerit.nihilominus tamẽ ſuus heres p/
enti efficiat.ſicuti ꝯtingit in filiofa. ab ho/
ſtibus capto. Nam ſi poſt mortẽ patri in ci
uitatẽ reuerſus fuerit ſuus heres patri effi
ciat. Ius eñi poſtliminij ſpẽ fingit eum in ci/
uitate fuiſſe.⁊ ſic p ꝯſequens in ptãte pr̃is
tempe mortis extitiſſe.⁊ ita poſtliminiũ eũ
patri ſuũ heredẽ facit.⁊ nõ ſolũ in hoc caſu
recipit pdicta regula inſtantiã. ſed etiaz in
caſu ꝯtrario. Contingit eñi q̃nq; vt lz q̃s in
ptãte defuncti tpe mortis fuerit tñ heres ſu
us exiſtere nõ poterit. veluti ſi pr̃ ei⁹ p⁹ mor
tẽ ſuã iudicatus fuerit reus p duellionis vt
p hoc memoria ei⁹ dãnata ſit.naz in h caſu
licz fili⁹ in ptãte patris tpe morti extiterit ſu
us heres pr̃i eẽ nõ poterit. Pater eñi cuius
memoria p ſniam dãnata ẽ ſuũ hedez habe
re nõ põt cũ fili⁹ ei⁹ ſuccedat.⁊ hec ſunt vera
de iuſticia pmitiua.ſ; hodie dici põt ipo iu/
re filiũ ſuũ eẽ hedẽ.lz poſtea ſnia data ꝯtra
memoriã pr̃is dſinat eẽ ſu⁹ heres.⁊ hec dicũ
tur in q̃rta pte vſq; ad illũ.§. Cũ aũt fili⁹ fi/
liaue. Hic icipit q̃nta ps pme ptis iſti⁹ ti.in
q̃ ſic po.ca. Quidã dceſſit q̃ tpe morti habe
bat filiũ in ptãte ⁊ ex altero filio pmortuo ne
potes.mõ quero vtꝝ iſte q̃ gradu pcedit ne
potes ex fr̃e ſuo a ſucceſſiõe inteſtati pentis
illos nepotes dbeat excludere. Ad h rñ.ꝙ nõ
Cũ eñi fili⁹ filiaue ⁊ ex altero filio pmortuo
nepos vl' nepti extiterit oẽs ſil' ad heditatez
vocant. nec ille q̃ g̃du primiorẽ in vlteriore
gradu ꝯſtitutos a ſucceſſiõe excludit. Equũ
eñi ẽ viſũ eẽ nepotes ⁊ neptes in locũ patri
ſui pmortui ſuccedere. Igit pari rõe ſi q̃s i
teſtatus dcedẽs hũerit neptẽ ex filio pmor/
tuo pnepotẽ vl' pneptẽ oẽs pariter ad ſucceſ
ſionẽ vocant in teſtõ pr̃is.⁊ q: in h caſu pla
cuit nepotes ⁊ neptes ⁊ pnepotes ⁊ pnep/
tes i locũ pr̃is ſui pmortui ſuccedere ꝯueni
ens eẽ viſũ ẽ i ſtirpe ⁊ nõ i capite eos hedes
eẽ.ita vicz vt fili⁹ ex vna pte ex ẽo pte dimi/
diã heditati hẽat ⁊ nepotes ex altero filio ſi/
ue ſint duo ſiue ſint plẽs alterã dimidiã ꝯſe
q̃nt.vt ſicuti pr̃ ſi viueret vna cũ fr̃e ſuo in
vna dimidia toti⁹ iteſtato pr̃i ſuccederet.ita
nepotes ex eo i locũ ei⁹ ſuccedẽtes ad porti/
onẽ ei⁹ tãtũmodo admittant.⁊ idẽ ẽ ſi ex du
obus filijs pmortuis nepotes vl' ẽt neptes
exiſtãt ⁊ ex altero forte vn⁹ vl' duoꝝ ex altero
filio pmortuo tres vl' q̃tuoꝝ.nã i h caſu ſicu
ti in ſupiori ad vnũ vl' ad duos ex altero fi/
lio natoſ dimidia ps heditati aui iteſtati p
tinet ita ⁊ ad tres vl' q̃tuoꝝ vl' plẽs ex altero
filio natos. altera dimidia ptinebit. ⁊ hec
dicunt quinta pticula prime partis princi/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

palis vſq ad illū. §. Cū aūt. Hic incipit ſe-
xta pticula pme ptis pn. in qua iuſti. deter.
q̄ tpe querit̄ an aliq̄s exiſtat ſuus heres. ꝛ i
telligas iſtū. §. loq̄ qn̄ factū ē teſtm̄. ꝛ poſt-
ea cauſa teſti redacta ē ad cauſā inteſtati. et
ita nō obſtabit. ſ. c. in. §. Ita demū. Nā ille
§. loquit̄ qn̄ nullū oīno factū ē teſtm̄. His
igit̄. ¶ Ad euidentiā iſti⁹. §. breuiter pliba
tis ita po. ca. Nūc iā video q̄ ſūt ſui heredeſ
ꝛ q̄lr ſui heredes ſuccedūt ſiue ſint in eodē
gradu ſiue in diuerſis gradib⁹ ꝯſtituti. di-
cat̄ g̃ mihi. qn̄ q̄rendū ē an aliq̄s ſu⁹ heres
eſſe poſſit. Ad h̄ rn̄. amice. Cū querit̄ an ali-
q̄s ſu⁹ heres exiſtere poſſit eo tpe q̄rēdū eſt
q̄ certū eſſe cepit eū inteſtatū ꝺceſſiſſe. ꝛ h̄ cō
tingere pōt etiā teſtō facto. qḋ pꝫ in tali exē
plo. Quidā q̄ habebat filiū in ptāte ꝛ ex fi-
lio nepotē ꝯdidit teſtm̄: ꝛ in teſtō ſuo quen-
dā extraneū inſtituit heredē ꝛ filiū ꝓpriū ex
hedauit. mortuo teſtatore añ aditā heredi-
tatē deceſſit fili⁹ exheredat⁹. mortuo filio ex
trane⁹ heres ſcptus deſeruit teſtm̄. vel forte
qꝛ noluit adire hereditatē vl̄ morte vel alia
cauſa impedit⁹ heres eē nō potuit in h̄ caſu
cū certū eſſe poterit heredē inſtitutū ex teſta
mento nō fieri heredē nepos ex filio p̄mor
tuo ſu⁹ heres auo ab inteſtato exiſtit. qꝛ qn̄
certū ē p̄mīſſa. inteſtatū deceſſiſſe ꝛ ita cā te
ſtamēti redacta ē ad cauſā inteſtati ſol⁹ ne-
pos ſu⁹ heres a uo inuenit̄. ꝛ hec obtinent
nō ſolū ſi iſte nepos viuēte auo nat⁹ ſit ſed
etiā licet p⁹ mortē aui ſit natus viuo tn̄ auo
ꝯcept⁹. ſecus eñ eēt ſi p⁹ mortē aui ꝯceptus
fuerit ꝛ natus. nā certe in h̄ caſu ſu⁹ heres
auo exiſtere nō poteſt. ꝛ hoc iō qꝛ nullo iu-
re cognatōis p̄rēꝫ ſui p̄ris. i. auū ſuū tetigit.
Auo eñ viuēte nōdū aīal fuit. ꝛ ſic ipſe ne-
pos p⁹ morteꝫ aui ꝯcept⁹ ꝛ natus ſu⁹ heres
auo eſſe nō pōt. ita nec ille inter liberos cō
numerat̄ quē fili⁹ emācipat⁹ p⁹ emācipatōꝫ
adoptauerit. vñ cū hi vicꝫ nepotes nati p⁹
mortē aui ꝛ a filio emācipato p⁹ emacipatōꝫ
adoptati nō ſint ſui liberi q̄ntū ad heredita
tē de iure ciuili neq bo. poſ. ꝺ iure p̄torio pe
tere pn̄t q̄i primi cognati. ꝛ hec de ſuis he-
redib⁹ dicta ſufficiāt. ꝛ hec dicunt̄ in ſexta ꝛ
vlti. pticula pme ptis pn. vſꝫ ad ſcḋaꝫ pteꝫ
pn. vicꝫ vſꝫ ad illū. §. Emancipati aūt. Hic
incipit ſcḋa ps pn. i q̄ iuſt. ſic ꝓcedit. pmo
deter. q̄lr liberi emācipati a bn̄ficio ſucceſ-
ſionis de iure ci. excluſi. de iure tn̄ p̄tor. ad-
mittunt̄: ſiue ſint ſoli ſiue cū ſuis heredib⁹
ꝯcurrāt. ꝛ intellgas totā hāc lr̄aꝫ vſꝫ ad. §.
Eadē hec obſeruant̄ loq̄ in ſucceſſiōe ab i-
teſtato qn̄ nullū oīno factū ē teſtm̄. ſcḋo de
ter. iuſt. de filijs emācipat̄ a p̄re naturali ꝛ i
adoptōem dat̄ q̄ neq de iure ci. neq de iu-
re p̄to. ad ſucceſſiōeꝫ pent̄ inteſtati de iure
antiq̄ admittebant̄ ſi tpe mortis p̄ris natu
ralis fuerit in familia p̄ris adoptiui. tercio
oīa q̄ dicta ſūt de liber̄ emācipat̄ ſiue i ado
ptionē dat̄ ſiue nō qn̄ nullū penit⁹ factum
erat teſtm̄ dicit eē obſeruāda in bo. poſ. ꝯ ta
bu q̄ liber̄ p̄terit̄ dat̄. q̄rto corrigit antiq̄-
tatē circa liberos pmū gḋ⁹ vlti. corrigit anti
q̄tatē vlterior̄ grad⁹ ꝛ ſm̄ h̄ ſbdiuid. iſtā ſe-
cūdā ptē pn. in q̄nq pticulas. q̄ꝝ pma du-
rat vſꝫ ad illū. §. At hi. ibi ſcḋa ꝛ durat vſq
ad illū. §. Eadē hec ob. ibi tercia ꝛ durat vſꝫ
ad illū. §. Admonēdi. ibi q̄rta ꝛ durat vſꝫ ad
illū. §. Itē vetuſtas. ibi q̄nta ꝛ dur. vſꝫ i fi. ti
tu. ꝛ ſic plana ē lr̄a ꝛ ca. planiſſimi ſūt. Sed
tn̄ nota q̄ rn̄ſio general̄ ē ad oēs. Rn̄. q̄ ſe-
quunt̄ vſꝫ ad ti. ꝺ bo. poſ. vñ in iſto ti. ſm̄ q̄
pōt cōprehēdere oēs Rn̄. ſequētes vſꝫ ad p̄
dictū locū deter. de oib⁹ illis q̄ pn̄t ſuccede-
re ab inteſtato ſeu ſint liberi ſeu pentes ſeu
alij ꝛ ſic ꝯueniēter cōprehēdunt̄ in illo oēs
Rn̄. vſꝫ ad p̄dictū locū ſequētes ꝛ ſolus iſte
titu. poſſet ſufficere p oib⁹ ꝛ ſm̄ h̄ poſſet di-
uidi i q̄tuor ptes. In q̄ꝝ prima deter. ꝺ ſuc
ceſſiōe ſuoꝝ heredū ꝛ eoꝝ q̄s p̄tor ꝛ ꝯſtitu-
tiōes inter ſuos hedes ꝯnumerāt cuiuſcū-
q gradus ſint. in ſcḋa deter. de ſucceſſiōe le
gittimoꝝ hedū ꝛ eoꝝ q̄s p̄tor ꝛ ꝯſtitutōes ꝛ
ſe. cō. inter legittimos hedes ꝯnumerāt. in
tercia pte deter. de ſucceſſiōe prioꝝ cogtoꝝ.
In q̄rta deter. de ſucceſſiōe ſeruoꝝ liberta-
tē adeptoꝝ q̄ vocant̄ ad ſucceſſionē rōe cog-
tōis in ſtatu ſeruili ꝯtracte. Pria iſtaꝝ q̄tu
or ptiū incipit. Inteſtat⁹ ꝛc. durat vſꝫ ad il
lū locuꝫ. Si nemo. ibi incipit ſcḋa ꝛ durat
vſꝫ ad illū locū P⁹ ſuos hedes. ibi. iij. ꝛ du.
vſꝫ ad illū locū. Illud certū ē. ibi q̄rta ꝛ vl-
ti. ꝛ durat vſꝫ ad ti. de bo. poſſeſſio. q̄ꝫuis de
alijs interſerat̄ ibidē. ꝛ ſic plana erit tota li
tera iſti⁹ ti. generalis. ſꝫ qꝛ plures alie rubri
celle ꝯtinent̄ ſub iſto generali ti. ideo eas ſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

velis legere ꝑ ſe ⁊ ꝯtinuare poteris in hunc modū. ⁊ primo primā ſic.

De legittima agnatoꝝ ſucceſſione.

Dictū eſt ſuꝑ de ſucceſſione ſuoꝝ heredū ⁊ eoꝝ q̇ inter ſuos numerant̄ cuiuſcūqꝫ gradus ſint. ſꝫ q̄ꝛ deficiē tibꝫ illis vocant̄ ad ſucceſſionē defūcti here des legittimi vt ſūt cognati ideo hic eſt d̄ le gittima agnatoꝝ ſucceſſiōe videnduꝫ. dicit ḡ imꝑator. Si nemo ſuus heres ⁊c. Ad maiorē euidentiā iſti⁹ ti. diuidas eū. in. xij. ꝑ tes ⁊ planus erit. In quaꝝ ṗma deter. quā agnati vocent̄ ab inteſtato ad ſucceſſioneꝫ defuncti. In ſc̄da deter. q̇ ſūt agnati exēpli ficando de ipſis. In tercia ꝑte dicit q̄ nō oi bus agnatis ſꝫ primis tm̄ dat̄ ab inteſtato hereditas. In quarta deter. qualr̄ ꝑ adoptio nē ius agnatōis ꝯſiſtit. In q̇nta qualr̄ ma ſculis agnatōis iure antiq̄tus ab inteſtato dabat̄ hereditas ⁊ ſi eſſent in longiſſimo gra du nō feminis dabat̄ niſi eſſent ſorores d̄fū cti. In ſexta ꝑte deter. qualr̄ poſtmodū pre tores ꝑſpiciēdo feminis iniq̄tatē iuris an tiqui tamē minus plene emendauerūt. In ſeptima deter. qualr̄ imꝑator ꝑ ſuam ꝯſtitu tionē h̄ pleniſſime emēdauit. ⁊ qualr̄ trāſtu lit vnū gradū a iure cognatōis in ius agna tiōis. In octaua ꝑte deter. q̇d iurꝫ ſit ſi ſint plr̄es gradus agnatoꝝ. In nona ꝑte deter. q̇d tpˢ ꝯſiderat̄ cū querit̄ an aliquis ſit ꝓxi mus. In decima ꝑte dicit̄ q̄ agnati ꝓximi nō ſuccedebāt agnatis defunctꝫ q̇d ſilr̄ pre tores nō plene correxerūt. In vndeci. ꝑte d̄ ter. quō ꝑ ſuaꝫ ꝯſtitutionē hoc correxit. In duodecima ⁊ vlti. ꝑte deter. qualr̄ parēs vo cat̄ ad legitimā filij ſui defuncti ſucceſſiōeꝫ ṗma ꝑs ꝓprendit̄ vſqꝫ ad illū locū. Sūt aūt agnat. ibi incipit ſc̄da ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Nō tm̄. ibi tercia ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Per adoptionē q̄ꝫ. ibi quarta ⁊ durat vſqꝫ ad illū §. Ceterū. ibi quinta ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Sed q̄ꝛ ſane. ibi ſexta durat vſqꝫ ad illuꝫ. §. Nos ꝟo. ibi ſeptima ⁊ durat vſqꝫ ad illū. §. Si plures. ibi octaua ⁊ durat vſqꝫ ad illū. §. Proximus aūt. ibi nona ⁊ durat vſqꝫ ad illū. §. Placebat aūt. ibi decima ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Sꝫ nos in. ibi vndecima ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Ad legittimā. ibi duodecīa et vlti. ⁊ durat vſꝫ in fi. ti. ⁊ ſic lr̄a tota plana ē.

De ſenatuſconſulto terculiano.

Dictū eſt ſupra de ſucceſſione legitti moꝝ heredū vicꝫ agnatoꝝ. ſꝫ q̄ꝛ in ter legittimos heredes mater ꝑ ſena conſul. terculianū numerat̄. ideo poſt ti. de ſucceſſione terminoꝝ heredū de ſenatuſcon ſulto tercul. ꝑ q̇d mater vt heres legittima fi lio ſuccedit videndū occurrit. dicit igit̄ im ꝑator. Lex. xij. ta. Iſte ti. vt euidētior ha beat̄ pōt diuidi in ſex ꝑtes ⁊ plan⁹ erit. in q̄ rum prima recitat imꝑator q̄lr̄ lex. xij. ta. re pellebat feminarū ꝓgeniē ⁊ admittebat. ⁊ q̄ liter ꝓtor ꝑſonas ꝑ femininū ſexū deſcēdē tes bn̄ficio bonoꝝ poſſeſſionis vnde cogti iuuabat. In ſc̄da deter. q̄liter ſubuētū fuit ṗmo matri ꝑ diuū claudiū ⁊ poſtmodū ꝑ ſe natuſcō. terculia. ſed nō plene. In tercia ꝑ te det. que ꝑſone matri ꝓferunt̄ in ſucceſſio ne liberoꝝ mortuoꝝ. In quarta oñdit qua liter plen⁹ mr̄i ꝑ ſuā ꝯſtitutōeꝫ in ſucceſſio ne ſuccurrit. In q̇nta hortādo matres eſſe ſollicitas ꝑ filijs oñdit q̄lr̄ ꝑ negligētiā ſu am pn̄t a ſucceſſione liberoꝝ ſuoꝝ excludi. In ſexta ⁊ vlti. dicit q̄ ex ſenatuſcō. tercul. mater ſuccedit filio filieue. lꝫ ſint vulgo q̄ſi ti. ṗma ꝑs durat vſqꝫ ad illū. §. Sed he ma tris anguſtie. ibi incipit ſc̄da ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Preferunt̄ aūt mr̄i. ibi tercia ⁊ durat vſqꝫ ad illū. §. Sꝫ nos ꝯſtitutōe. ibi q̄rta ⁊ durat vſqꝫ ad illū. §. Sed quēadmodū. ibi q̇nta ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Licet aūt vulgo ibi ſexta ⁊ vlt. que durat vſꝫ in fi. ti. ⁊ ſic pla na eſt tota litera.

De ſenatuſcōſulto orficiano.

Dictū eſt ſuꝑ de ſenatuſcō. terculia no ꝑ q̇d mater ab iteſtato ſuccedit filio. ſꝫ q̄ꝛ ecōuerſo mater ſuccedit fi lio ab inteſtato ſenatuſculti bn̄ficio. ideo h̄ nobis ēvidēdū de ipō. dicit ḡ imꝑator. Per ꝯtrariū aūt ⁊c. In ti. iſto ita dn̄s imꝑat. ꝓcedit. ṗmo oñdit q̄lr̄ ſicut ꝑ ſenat⁹cō. ter cul' ſuccurrit̄ mr̄ibꝫ ad ſucceſſionē liberorū ita ſuccurrit̄ liberis ꝑ ſenatuſc. orficianum ad ſuceſſionē matrū. ſc̄do oſtēdit q̄lr̄ q̄uis ꝑ ſenatuſcō. orfici. nō iuuarent̄ nepotes vl̄ neptes ad auie ſucceſſionē. eis tn̄ ꝑncipali bus ꝯſtitutōibꝫ eſt ſubuentū. tercio dicit q̄ hmōi ſucceſſiōes que deferūt̄ a ꝑdictis do obus ſenatuſcō. vicꝫ tercul. ⁊ orficiano ca pitis dimin. ſcꝫ minima nō intereunt. ꝓpter quandā regulā cui⁹ intellect⁹ recitat̄ in īfra.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quarto dicit ꝙ hoc ſenatuſcō. ſcꝫ orficianū
vulgo queſitos admittit ad ſucceſſionē ma
trū ſicut ſenatuſc. tercullianū matres voca-
bat ad ſucceſſiones illoꝝ. q̇nto ⁊ vlti. deter.
q̇d iuris ſit ſi ex plurimis heredibꝰ legitīs
quidā aliqua cauſa amiſerit hereditatē ad
quos ſcꝫ deuoluet̄ portio coꝝ ⁊ ſm h̄ ad ma
iorē ipius euidētiā diuidas tit. in q̇nꝫ pti-
culas. quaꝝ p̄ma dur. vſqꝫ ad illū. §. Sed
cū ex ſenatuſc. ibi incipit ſcd̄a ⁊ durat vſꝫ ad
illū. §. Sciēdū tn̄ ē. ibi tercia ⁊ durat vſꝫ ad
illū. §. Nouiſſime. ibi quarta ⁊ durat vſꝫ ad
illū. §. Sꝫ ſi ex pluribꝰ. ibi q̇nta ⁊ vlti. ⁊ du-
rat vſꝫ in fi. ti. ⁊ ſic plana ē lr̄a.

De ſucceſſione cognatorum.

Poſtq̄ ictū ē ſupra de ſucceſſiōe legitimo
rū heredū. ſꝫ q: pꝰ legitīos hedes
vocant̄ ad ſucceſſionē cognati. idō
hic ꝯ̄ñter de ſucceſſiōe cognatoꝝ impator
ſubiūgit dicēs. Poſt ſuos hedes ⁊c̄. Iſte
ti. ad maiorē euidentiā pōt diuidi in ſex ptes
⁊ planus erit. In q̄ꝝ p̄ma oſtēdit qn̄ pri-
mi cognati ad ſucceſſionē ab inteſtato vocē
tur a p̄tore naturalis tm̄ cognatōis rōe i h̄
inſpecta. In ſcd̄a ſumit rōnē ex p̄miſſis p-
pter quā agnati capite diminuti ſil'r a p̄tore
in ordine cognatoꝝ ſucceſſionē ab inteſta-
to vocent̄ exceptis tātūmodo fratre ⁊ ſoro-
re emācipatis. In tercia oſtēdit q̇ gradu co
gnati q̇ p femini ſexus pſonas deſcendunt
ad ſucceſſionē vocent̄. In quarta oñdit rō
nē quare vulgo queſitꝭ dat̄ bonoꝝ poſſeſſio
ex ea pte ſuccedendi q̇ primitatis noīe cog
ti vocant̄ ad ſucceſſionē. In q̇nta oñdit vſ
qꝫ ad quē gradū ſuccedūt agnati. In ſexta
⁊ vlti. det. vſqꝫ ad quē gradū cognatōis pro
mittit p̄tor bono poſ. noīe primitatꝭ ⁊ eis q̇
nati ſunt a ſobrino vl' a ſobrina. p̄ma ps p-
tendit vſꝫ ad illū. §. Naꝫ agnati. ibi incipit
ſcd̄a ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Hos etiam q̇. ibi
tercia ⁊ durat vſqꝫ ad illū. §. Vulgo queſi-
tos. ibi quarta ⁊ durat vſꝫ ad illum. §. Hoc
loco. ibi quinta ⁊ durat vſꝫ ad illū. §. Proxi
mitas ꝓ. ibi ſexta ⁊ vltima ⁊ durat vſꝫ in fi.
ti. ⁊ ſic eſt plana tota litera.

De gradibꝰ cognationis.

Poſtq̄ ictū ē ſup̄ de ſucceſſionibꝰ ab inte
ſtato tā hedū q̄ꝫ ceteroꝝ q̇bꝰ q̄cū-
qꝫ modo ius ab inteſtato cōpetit ſucceden-
di. ſꝫ q: ſucceſſio fit p gradus. ideo h̄ primo
tractat̄ de ſucceſſionibꝰ ⁊ ꝯſequenter viden
dū ē de ḡdibꝰ cognatōnis. dicit ḡ. Neceſ
ſariū eſt ⁊c̄. Et in tit. iſto ita pcedit. p̄mo dic̄
ſe quadā neceſſitate cōpulſuꝫ hoc loco de ḡ
dibus cognatōis tractare. ſcd̄o ſūpta rōne
ex p̄miſſis aſſignat triplicē cognatōnis ſpe-
ciē. tercio de q̄libet ſpecie exemplificat. q̄rto
ipaꝝ originē demōſtrat. q̇nto gradus cogti
onis numerat. ⁊ de pſonis cuiuſlibet cogti
onis q̇ ⁊ quoto gradu ſint exēpla occulta aſ
ſignat. ſexto qualr̄ inueniant̄ gradus vlte-
riores declarat. ſeptīo ⁊ vlti. dicit ꝙ quēad
modū gradꝰ cognatōis numerant̄ ⁊ inueni
unt̄. ita gradꝰ agnatōis numerari pn̄t ⁊ iue
niri. ⁊ ſm h̄ poteſt diuidi ti. iſte in ſeptē ptes
⁊ planꝰ erit. q̄ꝝ prima durat vſꝫ ad illum. §.
Querit̄ in p̄mis. ibi incipit ſcd̄a ⁊ dura vſꝫ
ad illū. §. Supior. ibi tercia ⁊ durat vſꝫ ad
illū. §. Et ſupior quidē. ibi quarta ⁊ durat
vſqꝫ ad illū. §. Primo gradu. ibi q̇nta ⁊ du-
rat vſqꝫ ad illū. §. Hactenꝰ. ibi ſexta ⁊ durat
vſqꝫ ad illū. §. Agnatōis q̄ꝫ. ibi ſepti. ⁊ vlti.
⁊ du. vſꝫ in fi. ti. ⁊ ſic planū ē totū.

De ſucceſſiōe tā liberoꝝ q̄ꝫ ſeruoꝝ.

Quidā nō habent hic rub. ⁊ ſm eos
q̇ nō hn̄t rub. dices ꝙ ē q̄rta ps tit.
p̄cedentis ſcꝫ de hereditatibꝰ q̄ ab
inteſtato deferunt̄ ſm ꝙ generalr̄ ſumit̄ p-
ut dictū fuit ſup̄ ꝙ diuidebat̄ in q̄tuor pti-
culas. ⁊ retenta p̄ma diuiſione dicas ꝙ tra
ctat in hac q̄rta pte de ſeruili cognatōe. ſed
magis placet ꝙ ſit hic rub ⁊ ſm h̄ ita ꝯtinu
abis rub. iſtā ad p̄cedētia. Sup̄ tractauit
iuſt. de ſucceſſio. cogna. in q̄ ſpectat̄ tm̄ na-
turalis cognatio. ſꝫ q: naturalis cognatio
nō ſolum inter liberos ſed etiā inter ſeruos
ꝯſiſtit. idcirco hic de naturali cognatōne in
ſtatu ſeruili ꝯtracta tractare intēdit. ideo de
hoc dicturus ſubijcit rub. de ſeruili cogna
tione dicēs. Illud certū eſt ⁊c̄. Ad euidē
tiā iſtiꝰ tituli diuidas totū ti. in tres ptes ⁊
planus erit. In q̄ꝝ p̄ma pte det. q̄lr̄ ſerui p
ueniētes ad libertatē poſt libertatē adeptā
ſuccedūt ſibijnuicē inſpecta naturali cogna
tione in ſtatu ſeruili ꝯtracta. In ſcd̄a parte
ponit quēdā. §. cōmunē ad oēs ti. huiꝰ ter-
cij libri aſſignando inſtantiā ad quādam re
gulam q̄ cauet̄ pares in gradu pariter vo-
cari ad ſucceſſionē. ⁊ in gradu priorē potio
rē eē in ſucceſſiōe. In tercia ⁊ vlti. pte con-

dit ex pmiſſis qn̄ predicta regula infallibili
ter habet locū. pma ps durat vſ3 ad illū. §.
Repetitis itaq3. ibi incipit ſcd̄a ⁊ durat vſ3
ad illū. §. Totiens. ibi tercia ⁊ vlti. ⁊ durat
vſq3 in finē ti. Po. igit̃ ſic ca. Dn̄e iā video
q̄ vos vultis tractare de ſeruili cognatōne
⁊ ſpecialē tractatū facere. nā vos ↄ̄ſcripſiſtis mi
hi ſup̄ tercio ti. de ſuc. cognat. circa q̄s ī bo.
poſ. vnde cogna. quā p̄toꝝ p̄rimis agnatis
pollicet̃ ſola naturalis cā ſpectat̃. nunquid
igit̃ cognati in ſtatu ſeruili ↄcepti ⁊ nati et
poſtea manumiſſi p bo. poſ. vn̄ co. in tercio
ordine cauſa naturali inſpecta ſibijuicē po
terūt ſuccedere. Ad h̄ rn̄. iuſti. q̄ nō. Illud
eīn certū eſt eandē p̄tē edicti p̄toris qua bo.
poſ. iur. coga. pmittit̃ ad ſeruiles cognatio
nes antq̄tus nō ptinere. niſi eīn aliq̄ alia. l.
antiqua tal'co. q̄ ad onus tutele vel ad cete
ra onera ci. cōputabat̃. vn̄ viſuz erat hm̄oi
cog. ſeruilis q̄ ad emolumentū ſucceſſ. non
cōputari nec ad onera cōputabat̃. ⁊ hec vſ3
ad nr̄a tp̄a ita obtinebāt. ſ3 nos p ↄſtitutōe3
noſtrā quā p iur. patronatus fecim⁹ qd̄ q̄/
dē ius patronat⁹ vſ3 ad tp̄s noſtrū ſat; ob/
ſcurū atq3 nube plenū ⁊ vndiq3 ↄfuſum fue
rat ⁊ h̄ ſuggerēte humanitate ſtatuim⁹ vt ſi
q̄s in ↄſortio ſeruili ↄſtitut⁹ ex libera vel ſe/
xus ſeruilis ↄditōis muliebre liberū vel li/
beros habuit vl' ecōuerſo mlier ſerua ex libe
ro vel ſeruo liberos cuiuſq3 habuit. ⁊ tandē
pentib⁹ ⁊ liberis ex ſeruili vētre nat; ad li/
bertatē puenientibus vel dū forte ipe mulie/
res libere erāt ⁊ ita liberi ab illis nati inge/
nui ⁊ poſtea p̄res q̄ hm̄oi liberos in ſeruili
ſtatu pcreauerint ad libertatē puenerit ſta
tuim⁹ dico in oīb⁹ his caſib⁹ vt oēs hi liberi
ad ſucceſſionē patris vl' matris ab inteſta/
to admittant̃ iur. p̄onatus in hac p̄te peni
tus ſopito. nā hos liberos nō ſolū in pen/
tū ſuoꝝ ſucceſſionē ſ3 etiā pentes in libero/
rū mutuā ſucceſſionē aucte p̄dicte ↄſtitutio
nis nr̄e ſpēalr̄ vocam⁹. ⁊ h̄ obtinere ſtatui/
mus ſiue hm̄oi liberi ex ſeruili matre nati
poſtea manumiſſi ſoli fuerint ſiue cu3 alijs
q̄ p⁹ libertatē pentum ↄcepti ⁊ nati ad ſucceſ
onē vocent̃ ſiue ex eodē p̄re vl' eadē matre ſi
ue ex alijs nuptijs pcreati fuerint. ⁊ h̄ ſtatu
imus ad ſilitudinē eoꝝ qui ex iuſtis nupti/
is pcreant̃ ⁊ hec dicunt̃ vſq3 ad illū. §. Re/
petitis itaq3. Cetera plana ſūt vſq3 in fi. tit.
q2 nō p̄t caſ⁹ poni niſi ſm q̄ lr̄a iacet.

De ſucceſſione libertoꝝ.

Continuatio iſti⁹ ru. ad ſup̄iora p̄t3
in hūc modū. Sup̄ tractauit iuſt.
p̄ncipalr̄ de bonis ingenuoꝝ vic3 a
p̄ncipio tercij libri vſq3 huc ⁊ qualr̄ ſucce/
dit̃ ingenuis iure ſanguīs ⁊ iure ci. cogna/
tionis. ſed q2 qn̄q3 alio iure ſuccedit̃ libert;
⁊ quedā ſpecialia in ſucceſſiōe libertoꝝ ob
ſeruant̃. idcirco de hac ſucceſſiōe vic3 liber
toꝝ hic tractare intēdit. vn̄ de hac ſucceſſi/
one dicturus ſubijcit rub. de ſucceſſione li/
bertoꝝ dicens. Nūc de libertoꝝ bonis.
Ad euidentiā iſti⁹ ti. diuidas ti. in ſex p̄tes
⁊ plan⁹ erit. in quaꝝ p̄ma deter. iuſt. q̄d iur;
habebat patron⁹ in bonis libertoꝝ ſm pri/
mitiuū tp̄s. l. xij. tab. In ſcd̄a p̄te deter. q̄lr̄
ius pretoriū imp̄fecte correxit. l. xij. ta. circa
ius patronoꝝ in bonis libertoꝝ. In tercia
p̄te det. qualiter iura patronoꝝ poſtea ad/
aucta fuerūt p. l. pap. ſm numerū liberoꝝ
liberti defuncti. In q̄rta p̄te deter. q̄d iuris
hodie obtineat in bonis libertoꝝ ſm ↄſti/
tutionē ipſi⁹ iuſti. ⁊ in quib⁹ caſib⁹ ⁊ in quo
ta p̄te admittit̃. In q̄nta p̄te ponit queda3
ſpecialia que circa hm̄oi ſucceſſionē obſer/
uant̃. In ſexta ⁊ vlt. p̄te deter. in q̄ genere li
bertoꝝ hec ↄſtitutio vendicat ſibi locū ſub
quodā cōpendio recitādo qualiter latinos
⁊ dedititios ⁊ oīm obſeruantiam que fue/
rat circa eos deleuit. ⁊ oēs liberos p ſuā
ↄſtitutionē ad vnū ſtatū reduxit. prima ps
durat vſq3 ad illū. §. Qua de cauſa. ibi inci/
pit ſcd̄a ⁊ durat vſq3 ad illū. §. Sed noſtra
ibi quarta ⁊ durat vſ3 ad illū. §. Mult; ali/
is caſib⁹. ibi q̄nta ⁊ durat vſ3 ad illū. §. S3
nr̄a ↄſtitutione. ibi ſexta ⁊ vlti. ⁊ durat vſq3
in finem tituli.

De aſſignatione libertoꝝ.

Continuatio iſti⁹ ru. ad ſup̄iora pa
tet in hūc modū. Supra tractauit
iuſti. q̄liter patroni ⁊ eoꝝ liberi ſuc
cedūt libertis. ſed q2 qn̄q3 ↄtingit q̄ patro/
nus vni ex liberis ſuis libertū aſſignat vt il
le ſol⁹ poſt mortē ei⁹ habeat̃ patron⁹ licet nō
interueniēte aſſignatōe ille libert⁹ p⁹ morte3
patroni oīb⁹ filijs eiuſdē patroni cōmunis
eſſet futurus. iō de hm̄oi aſſig̃tōe hic tracta
re intendit vnde de ea dicturus ſubijcit ru.
de aſſignatione libertoꝝ dicens. In ſūma

⁊c. Ad euidentiaꝫ iſtius ti. diuidas titu. in
tres ꝑtes ⁊ planus erit. In quaꝝ ꝓma par
te deter. vnde introducta fuit aſſignatio li-
bertoꝝ ⁊ quis ſit eius effectus. In ſcđa ꝑ-
te deter. cui dat̃ ptãs aſſignãdi. ⁊ in quo ca-
ſu vendicat ſibi locuꝫ hmõi aſſignatio. In
tercia ꝑte det. q̇bꝫ modis habet fieri hec aſſi
gnatio ⁊ a q̇bus ꝓmo inuẽta fuit. ꝓma ps
durat vſqꝫ ad illũ. §. Dat̃ aũt hec aſſignãdi
ptãs. ibi incipit ſcđa ⁊ durat vſꝫ ad illuꝫ. §.
Nec intereſt. ibi tercia ⁊ vlt. ⁊ durat vſqꝫ in
finem tituli.

¶ De bonorum poſſeſſionibus.

Continuatio iſtiꝰ rub. ad ſuperiora
ꝑtꝫ in hũc modũ. Dictũ eſt ſupra đ
ſucceſſionibꝫ tã de iure ciuili q̃ꝫ đ iu
re ꝓtorio delatis. ſed q: ſuccedentibꝫ de iure
ꝓtorio dant̃ bonoꝝ poſſeſſiones. idcirco; h̄
de bonoꝝ poſſeſſione tractare intẽdit. vnđ
de his dicturus annectit rub de bono. poſ.
dicens. In bono. poſ. ⁊c. Ad vberiorẽ iuue
nũ doctrinã diui. to. ti. in octo ꝑtes ꝓncip.
⁊ planus erit. In quaꝝ ꝓma ꝑte deter. qua
liter pretor introduxit bo. poſ. In ſcđa ꝑte
aſſignat đñtiã inter eos qui de iure ci. ſuc
cedũt. ⁊ inter eos q̇ ſolo pretoris auxilio ad
ſucceſſionẽ admittunt̃. In tercia ꝑte addit
vnã ſpecialẽ rõnez qua motꝰ fuit pretor ad
bono. poſ. introducẽdas. In quarta ꝑte ꝑ
ordinẽ enumerat bo. poſ. tam ex teſtamẽto
q̃ꝫ ab inteſtato cõpetẽtes que. x. erant ſm iu
ra antiqua, put manifeſte ꝑtꝫ in lr̃a. ſed ho-
die tribꝫ bon. poſ. tanq̃ꝫ ſuꝑuacuis ꝑ inſti.
ſublatis. ſex tantũ bon. poſ. ordinarie ⁊ ſe-
ptĩa extraordĩaria ex q̇bꝫ iuſ tribuit̃ vſu ha
bent̃. In q̇nta ꝑte corrigit iuſti. iura antiq̃
circa bo. poſ. determinãdo de bono. poſ. q̇t
hodie remãſerint. In ſexta ꝑte det. q̇le tp̃s
ſtatutũ eſt ad bo. poſ. petendas. ⁊ quare in
bon. poſ. petendis certũ tp̃s diffinit̃ ⁊ ratio
nem aſſignat. In ſeptima ꝑte det. vtrum tẽ
pus in bono. poſſeſſ. petendis ſtatutum ſit
vtile vel ꝯtinuũ. In octaua ⁊ vlti. ꝑte dicit.
ꝙ ſolennitas que olim in bo. poſ. petendis
obſeruabat̃ ꝑ anteriores principes ꝑ ipſuꝫ
ſublata eſt. prima ps durat vſqꝫ ad illum. §
Quos aũt pretor. ibi incipit ſcđa ⁊ durat vſ
qꝫ ad illũ. §. Adhuc aũt alios. ibi tercia ⁊ du
rat vſꝫ ad illũ. §. Sunt aũt. ibi quarta ⁊ du
rat vſqꝫ ad illũ. §. Sed eas quidẽ. ibi quinc
ta ⁊ durat vſqꝫ ad illũ. §. Cũ igit̃ plures ſpe
cies. ibi ſexta ⁊ durat vſqꝫ illũ. §. In petẽda
aũt bo. poſ. ibi ſeptima ⁊ durat vſqꝫ ad illuꝫ
§. Sed bene anteriores. ibi octaua ⁊ vltĩa
⁊ durat vſꝫ in finẽ ti. Pone igit̃ ſic caſuꝫ in
prima ꝑte. Dñe iam video ꝙ vos vultis tra
ctare de bono. poſ. dicatis igit̃ mihi ſi pla-
cet. quare bonoꝝ poſſeſſiones inuẽte fuer̃t.
Ad hoc rñdet amice. Ius bonoꝝ poſſeſſi
onũ introduxit pretor gr̃a antiq̇ iur̃ emen-
dandi. Nec eñ ſolũ in hereditatibꝫ inteſta-
toꝝ antiquũ ius ꝑ bonoꝝ poſſeſſiões emẽ-
dauit ꝓtor vt ſupra dictũ eſt ſed etiã in here
ditatibus eoꝝ qui facto teſtamento deceſſe
runt. Nam olim ſi alienus poſtumꝰ ab ali-
quo eſſet inſtitutus. q̃uis de iure ci. heredi
tatẽ adire nõ poterat vt ꝑ ote q: inſtitutio nõ
valebat. iure tamen ꝓtorio iuuabit̃ ⁊ ad bo
noꝝ poſſeſſiones admittet̃. ⁊ ita loquit̃ in h̄
caſu qualiter pretor vetus ius ⁊ facto teſta-
mento ꝑ bono. poſſeſſi. emendauit. ſed licet
hoc de iure antiquo obtinebat. hodie tñ ꝑ
noſtrã ꝯſtitutionẽ huiꝰ poſtumꝰ alienus re
cte inſtitui poteſt tanq̃ꝫ iure ciuili nõ inco-
gnitus. Sed q̃uis dixerim tibi ꝙ pretor in
troduxit bono. poſ. gr̃a antiqui iuris emen
dandi: neqꝫ impugnandi antiq̇ iur̃ ſed ma
gis ꝯfirmãdi gratia ꝓtor bono. poſ. pollice
tur. Pretor eñ nõ ſolũ indigẽtibus ⁊ iure ci
uili excluſis. ſed etiã nõ indigentibus ſuuꝫ
tribuit auxiliũ. Nã ⁊ illis q̇ in teſtamẽto fa
cto heredes inſtituti ſũt ⁊ de iure ciui. adire
pñt bono. poſ. ſm tab. teſtamẽti pollicetur.
Item ab inteſtato ſuos heredes ⁊ cogna-
tos ad bono. poſ. admittit. hi tamẽ oĩno bo
no. poſ. remota de iure ciui. ad hereditateꝫ
admittunt̃. ⁊ hec dicunt̃ in ꝓma ꝑte vſꝫ ad
illũ. §. Quos aũt pretor. Hic incipit ſecun-
da ps in qua ſic po. caſum. Dñe iam video
ꝙ pretor ſuccurrit nõ ſolũ indigentibꝫ. ſꝫ ꝓ
deo nunquid ẽ ⁊ alia đñtia inter eos q̇ ſuc
cedunt de iure pretorio. Ad hoc rñdet ꝙ ſic
Illi eñ quos ſolũ pretor ad ſucceſſionẽ vo-
cat ipo iure heredes nõ ſũt. nã pretor here-
des facere nõ põt ꝑ l. eñ tantũ vel ꝑ ſiĺeꝫ cõ
ſtitutionẽ iuris veluti ꝑ ſenatuſconſultum
vel ꝑ ꝯſtitutiones ꝓncipũ fiunt heredes. ſꝫ
illi q̇bus pretor dat bono. poſ. loco heredũ
ꝯſtituunt̃ ⁊ bono. poſ. appellant̃. ⁊ hec dicũ
tur in ſcđa ꝑte vſqꝫ ad illũ. §. Adhuc autꝫ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hic incipit tercia pars in qua ſic pone ca-
ſum. Dñe iam video quare pretor introdu
xit bono. poſ. ꝛ in quo differant illi qui ad-
mittūt de iure ciuili ab his qui de iure ꝑto
rio admittunt. nunq̇d eſt aliqua alia ratio
que mouit pretorē vt ipſe ſucceſſiones am-
pliaret. Et ipſe rñdet ꝙ ſic. Adhuc eñ oēs
alios gradus in bono. poſſeſ. dandis fecit
pretor. Multū eñ ſtuduit pretor ad h̄ ne
aliquis ſine ſucceſſione moriat̄. et ideo ius
percipiendarū hereditatū p. l. xij. ta. in fini-
bus anguſtiſſimis ꝯſtitutū pretor ex bono
ꝛ equo bo. poſ. introduxit ꝛ introducendo
dilatauit. ꝛ hec dicunt̄ in tercia ꝑte vſqꝫ ad
illū. §. Sūt aūt bono. poſ. ¶ Hic icipit q̄r-
ta ps ꝑncipalis in q̄ iuſti. ita ꝓcedit. primo
enumerat bono. poſ. cōpetentes ex teſtamē
to que ſunt tm̄ due. ſcdo enumerat bo. poſ.
ab inteſtato que erant octo ſm̄ iura antiq̄.
ꝛ ita pōt hec ps principalis ſubdiuidi ī du
as ꝑtes quaꝝ prima durat vſqꝫ ad illum. §.
Et cū teſtamētis. ibi incipit ſcda ꝛ durat vſ
qꝫ ad illū. §. Sed eas quidē. Caſus planiſ
ſimus eſt ꝑ totam iſtam quartam partē ꝑn
cipalē qui nō poteſt alio modo poni ꝙ̄ iacꝫ
lr̄a vſqꝫ ad illū. §. Sed eas. Hic incipit q̄n
ta ps in qua ſic pone caſuꝫ. Dñe iam video
ꝙ ꝑtor decem bono. poſ. introduxit. duas
ex teſtamento. ꝛ octo ab inteſtato. nunq̇d
remanēt oēs in ſtatu ſuo. Ad hoc reſpō
det ꝙ nō. Nam licet ſupradictas. x. bonoꝝ
poſſ. pretor ex ſua iuriſdictione introduxit
a nobis tamē nihil ſine cura ꝛ ſtudio ꝑter-
miſſum ē. ſed ꝑ noſtras ꝯſtitutiones oīa
corrigentes duas bono. poſſeſ. ex teſtamen
to a pretore introductas vicꝫ ꝯtra ta. ꝛ ſm̄
ta. vtpote neceſſarias ꝯſtitutas dimiſimus
nihil penitus circa eas imutantes ꝛ ſimili
ter ab inteſtato bono. poſſeſ. vnde liberi et
bono. poſ. vnde legittimi in ſuo ordine ꝛ vi
gore remanere ꝑmiſimus. Illam aūt bono
rum poſſeſſionem que appellat̄ vnde. x. ꝑſo
ne ꝛ que in edicto pretoris q̇nto loco poſi-
ta fuerat a numeratis videlicet duabus bo
norum poſſeſſionibus ex teſtamento pio ꝓ
poſito compendioſo ſermone ſuꝑuacua eſ
ſe oſtendimꝰ. Cū eñ predicta bono. poſſeſ.
decēꝫ ꝑſonas ſupra enumeratas extraneo
manumiſſori ꝓponebat. id eſt illi qui nō cō-
tracta fiducia ſuccedendi emancipauerat.
ꝛ noſtra conſtitutio ex emancipatione libe-
roꝝ facta omnibus ꝑentibus liberos ma-
numittentibus hoc gaudere priuilegio cō
ceſſit. vt ex ipſa liberoꝝ emancipatione li-
cet hoc nō dicat̄ expreſſe fiduciam ſuccedē
di tacite videat̄ ꝯtraxiſſe. Manifeſte ergo
liquet predictam bonoꝝ poſ. vnde decēꝫ ꝑ-
ſone ſuꝑuacuam eſſe cū nullus hodie ma-
numiſſor noſtre ꝯſtitutionis auctoritate vt
dictū eſt ꝯtracta fiducia ſuccedendi in bo-
nis manumiſſi intelligat̄ manumittere. ſbl-
lata igit̄ q̇nta bono. poſſeſ. in gradum eius
ꝛ locum illam bonoꝝ poſſeſſi. que antea ſe-
xta fuerat videlicet bonoꝝ poſſeſſ. vnde co-
gnati ꝑ noſtram ꝯſtitutionē deduximus. ꝛ
eandem quintam fecimus. ꝛ cū olim in edi
cto pretoris ſeptimo loco poſita fuerat bo-
no. poſ. q̄ ex familia ꝛ octauo loco bonorū
poſ. vnde liberi patroni patroneqꝫ ꝛ paren
tes eoꝝ vtrīqꝫ ꝑ noſtram ꝯſtitutionēꝫ de
iure patro. factā euacuauimus. Cuꝫ eñ ad
ſimilitudinē ſucceſſionis ingenuoꝝ liberti
norum ſucceſſiones vſqꝫ ad quintum gra-
dum coartans poſuerimus. ſufficiunt ꝑdi
ctis ꝑſonis tam ꝯtra tab. bo. poſ. ꝙ̄ vnde le
gittimi ꝛ vnde cognati ꝑ quas poſſint pre-
dicte ꝑſone ſua iura vendicare oīi ſcrupu-
loſitate ꝛ inexplicabili errore duaꝝ predi-
ctarū bonoꝝ poſſeſſionū remota ꝛ bon. poſ
ſeſſ. vnde vir ꝛ vxor que inter veteres bono
rum poſſeſſi. in nono loco poſita fuerat in
ſuo vigore ſeruauimus. ꝛ altiori loco id eſt
ſexto eam poſuimus. decimā ꝟo bono. poſ.
que appellabat̄ vnde cognati manumiſſo-
ris ꝓpter predictas cauſas merito abroga-
uimus. vt tantū ſex bonoꝝ poſſeſſiones or
dinarie ꝑmaneant ſuo vigore pollentes. et
hec dicunt̄ vſqꝫ ad illū. §. Septima eas ſe-
cuta quā ꝛc. Extra nota ꝙ bono. poſſ. alia
edictalis que ſcꝫ edicto pretoris mortui de
fert̄. ꝛ hec eſt illa que perdit̄ ꝛ ſpes decertat̄
edictalis. alia decertalis ſiue iudicialis ſcꝫ
que a iudice viuo petitur ꝛ hec olim ſolen-
niter debebat peti ſed hodie nō. ¶ Septi-
ma eas. Adhuc ꝓſequit̄ iuſti. quintam par
tem vnde pone ſic caſum. Dñe iam video q̄
liter correxiſtis ius pretorium circa bono-
rum poſ. a pretore introductas ꝛ qualiter
quatuor ꝑ noſtram ꝯſtitutionem ſublatis
ſex tantūmodo bono. poſſeſ. feciſtis ꝓ deo

dicatis ſi placet nūquid eſt aliqua alia bo/
no.poſ. Et reſpondet ꝙ ſic. nā ſex pdictas
bo no. poſ. ordinarias ſeptima extraordia/
ria ſubſecuta ē quam quidē ſeptimā extra/
ordinariā pretores optima rōne introduxe
rūt. ⁊ hec octaua extraordinaria oīb⁹ his
cōpetit quibus vt decꝫ bo. poſ. lege vł nouo
iure vel ſenatuſcō. cautū eſt. quā quidem ſe
primā extraordinariā bo. poſ. ptor neqꝫ bo.
poſ. que ab inteſtato neqꝫ eis que ex teſtamē
to ſunt: ſtabili iure cōnumerauit. Sed qñ/
qꝫ ex teſtamento ⁊ qñqꝫ ab inteſtato q̄ſi vlti
mū ⁊ extraordinariū auxiliū ꝑtres exigit
accōmodauit illis qui ex legib⁹ vel ſenatuſ
cō. vel principū ꝯſtitutiōibus nouo iure ex
teſtamēto vel ab inteſtato ad ſucceſſionem
veniūt. ⁊ hec dicunt in quarta pte vſqꝫ ad
illū. §. Cū igit plures ſpecies. Ceteri caſus
vſqꝫ in finē ti. planiſſimi ſunt.

De acquiſitione p arrogationem.

Continuatio iſti⁹ rub. ad ſupiora pꝫ
in hūc modū. Dictū eſt ſupra qua/
liter nobis acquirit p vniuerſitatē
tam ex teſtamēto q̄ꝫ ab inteſtato ⁊ taꝫ de iu/
re ciuili q̄ꝫ de iure pretorio. ⁊ qꝛ qñqꝫ acqui/
rit nobis vniuerſaliter p arrogationē idcir
co impator hic de hoc modo acquirendi p
vniuerſitatē tractare intēdit. ⁊ ideo de hoc
tractaturus annectit rubricaꝫ. de acquiſiti
one p arrogationē. Eſt ⁊ alterius ⁊c̄. Ad
euidentiā iſti⁹ ti. diuidas totū ti. in tres p/
tes ⁊ planus erit. In quaꝝ pma pte deter.
vnde fuit introductus primus modus ac
quirendi p arrogationē. In ſcd̄a determi/
nat que ſm antiqua iura in eo veniūt. In
tercia ⁊ vltima pte determinat in quo caſu
pater arrogator ad bona filij arrogati ad/
mittat. ⁊ in quo caſu a ſucceſſione ei⁹ repel/
lit ⁊ qualr ⁊ q̄tū ex ꝯtractibus filij arroga
ti teneat. Prima ps durat vſqꝫ ad illum. §.
Nunc aūt nos. ibi incipit ſecūnda ⁊ durat
vſqꝫ ad illū. §. Mortuo aūt filio. ibi tercia
⁊ durat vſqꝫ in fi. ti. litera p totū ti. plana eſt
⁊ caſus planiſſimi ſūt.

De eo cui libertatū conſeruandarū cau
ſa bona adijciunt.

Continuatio iſtius rub. ad ſupiora
patet in hunc modū. Supra dictū
eſt de tribus modis ſuccedendi p
vniuerſitatē. ⁊ quia ille cui bona libertatuꝫ
ꝯſeruandarū cauſa adijciunt in vniuerſuꝫ
ius defuncti ſuccedit. idcirco hic de quar/
to modo ſuccedendi p vniuerſitatē tracta/
re intēdit. vnde de h̄ dicturus annectit ru/
bricam de eo dicēs. Acceſſit aūt nouus ⁊c̄.
Ad euidentiam iſtius tituli diuidas totuꝫ
titulū in quatuor ptes ⁊ planus erit. In q̄/
rum prima pte deter. ꝙ iſte modus ſuccedē
di introductus fuit ex reſcripto diui marci
In ſecūda pte ponit verba ipſius reſcripti
In tercia pte determinat quibus ſubuen/
tū eſt p hoc reſcriptum. ⁊ ad hoc declaran/
dū plures caſus ſubijcit dubitabiles ⁊ ſol/
uit in lr̄a. prima pars durat vſqꝫ ad illum. §
Verba reſcripti. ibi ſcd̄a ⁊ durat vſqꝫ ad il/
lū. §. Hoc reſcripto. ibi tercia ⁊ durat vſqꝫ
ad illū. §. In primis. ibi quarta ⁊ vltima ⁊
durat vſqꝫ in fi. titu. Litera eſt plana per to
tum titu. ⁊ caſus plani ſunt.

De ſucceſſiōibus ſublatis.

Continuatio iſtius rub. ad ſupiora
ptꝫ in hunc modum. Dictū eſt ſup
de q̄tuor modis ſuccedendi p vni/
uerſitatē. ſed quia olim erāt alie due ſucceſ/
ſiones p vniuerſitatē quarū altera fiebat p
bo. ven. debitorꝫ. ⁊ altera ex ſenatuſcō. clau/
diano que tamē ambe hodie ſublate ſūt id/
circo de his tractare intēdit. vnde de his di
cturus ſubijcit rub. de ſucceſſiōe ⁊c̄. dicens.
Erant ante predicta. Ad euidentiā iſti⁹
titu. ſm tenorē rubrice que duas ptes cōti/
net. in duas pticulas diuidat ⁊ planus erit
In quarū pma tractat de prima pte rub.
videlicet de ſucceſſiōe que fiebat p venditi/
onē bonoꝝ ipius debitoris ⁊ rōnē aſſignat
quare hmōi ſucceſſio ſublata eſt. In ſcd̄a
pte determinat de ſcd̄a pte rub. vicꝫ de ſuc/
ceſſione que fiebat ex ſenatuſcō. claudiano.
⁊ ſilr quare ſublata fuit ibidē rōnē aſſignat
pma ps durat vſꝫ ad illū. §. Erat ex ſenat⁹/
con. ibi incipit ſcd̄a ⁊ durat vſqꝫ in finē titu
li. lr̄a plana ē p totū titulū.

De obligationibus.

Queſiui ab impatore ſic. Dñe cū cu
ram adhibueritis ad res ⁊ ad pſo/
nas ad q̄d ꝓponitis vos transferre
Rñdꝫ ipe. Nūc ⁊ ⁊c̄. Queſiui etiā vltra ſic.
Dñe q̄d ē obligatio. Rñdet ipe. Obligatio
eſt ⁊c̄. ſed qꝛ vnūqodqꝫ tunc pfecte cognoſcit
cū in ſe ⁊ in ſuis ptibus demonſtrat. ideo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dñs iuſti data diffi. dat obligationis diuiſi
onem. vt ſic obliga. in ſe ꝛ in ſuis partibus
plenius ꝛ pfectius habeat noticiã. ꝛ primo
dat dñs iuſti. obligatõis diuiſionẽ genera/
liorẽ ꝛ breuem. ſcdo ſpecialiorẽ ꝛ pmã ptinẽ
tem. Jtẽ pmo diuidit. ſcdo mẽbra diuiden/
tia exponit ꝛ ſic vno modo ponit̃ caſus. ali
ter aũt ponit̃ ſm dñz Gui. ſic caſus. Ego iu
uenis volẽs legalibꝫ fulciri nutrimẽtis ac/
ceſſi ad iuſti. ꝛ talia vba ꝓpoſui coram eo. do
mine vidi p ptinuatões mltiplices q nũc
eſt ad tractatũ de obligatõibus tranſeũdũ.
p deo dicatis mihi qd eſt obligatio Frater
libenter dicit iuſti. Obligatio eſt ꝛc̃. Omni
um aũt. obligationis poſita diffinitiõe hic
ponit eiꝰ duplicẽ diuiſionem que pꝫ in lr̃a
dũ tñ ſciat̃ q prima diuiſio ſumit̃ reſpectu
iuriũ a qbꝫ pcedit obligatio qlibet. ſcda vo
pcedit a cauſis ꝓpter qs ĩtroducũt̃ obliga
tões. q: oĩs obligatio ẽ ex ptractu. vl qi ꝛc̃.

Quibꝫ modis re ptrabit̃ obligatio.

Re ptrabit̃ obligatio ꝛc̃. Jn tit. iſto
intendit iuſti. narrare p qnq; exem
pla qualr̃ quinq; modis re ptrabit̃
obligatio. ꝛ ſcire debetis q qlibet iſtoꝝ mo
doꝝ habet ſuã ꝓpriã rub. in. ff. veteri. vnde
quotienſcunq; inuenies in pma rub. allega
tũ. ff. co. hoc intellige. ff. ſi cer. pe. in ſcdo aũt
modo qñ inuenies ff. co. intellige. ff. de con
di. inde. ꝛ tercio. ff. cõmo. ꝛ ita de aliis pone
caſum ſic. Dixi iuſti. Dñe ſupra dixiſtis mi
hi q obligationũ q ex ptractu naſcunt̃ qtu
or ſũt ſpẽs. Quaꝝ pma eſt q re ptrabit̃ ob/
ligatio. Dñe p deo dicatꝭ mihi. qualr̃ re cõ/
trahit̃ obligatio. ꝛ dñs impator rñ. q mu/
tui datione ptrabit̃ obligatio re. Sed dñe
p deo in quibus rebus pſiſtit mutui datio
Ad hoc rñ. dñs impator q mutui datio cõ
ſiſtit in his rebꝫ que conſiſtũt pondere nu/
mero ꝛ menſura. veluti vino. oleo. frumen/
to ꝛc̃. Hoc ẽ in rebꝫ iſtis que ſunt vt qtitas
nõ vt ſpecies qs res aut in numerãdo ꝛ h̃
refert̃ ad pecuniã numeratã. aut in metien/
do ꝛ h̃ refert̃ ad vinũ oleũ ꝛ frumentũ. aut i
appendẽdo ꝛ hoc refert̃ ad es. aurũ ꝛ argen
tũ in hoc damus vt accipientiũ fiant ꝛ de
natura mutui ẽ vt nõ idẽ corpꝰ reddat̃. ſꝫ qđ
in eodẽ genere. Tranſit eñ dñium rei mu
tuate in accipientẽ. licet teneat̃ de corpore
equiualenti in eodem genere. Jdeo eñ di/

citur mutuum. quia de meo fit tuum. Sed
dñe vos tota die loquimini de ptractu mu/
tui. ſed pro deo que actio naſcit̃ ex iſto cõtra
ctu. Reſpondet impator q naſcit̃ ex iſto cõ
tractu quedam actio que vocat̃ certi condi
tio ſpecialis. ꝛ hoc dicit dñs Guido. Uel
alio modo pone ſic caſũ. Poſuit iuſt. deter
minando ſpecies obligationis ꝛ ſpecieruꝫ
ſpecies. Unde primo de prima ſpecie ſub/
dit exemplũ. Dixi etiam ei dñe vos dixiſtis
mihi ſupra q qnq; re contrahit̃ obligatio.
ſed dicatis mihi ſi placet qñ. Reſpõdet im/
pator. Re ptrahit̃ ꝛc̃. Et q: pſiſtit primo in
mutui datione ideo pſequẽter deter. i qbꝫ
conſiſtit mutuũ ſiue mutui datio. ibi Mu
tui. Conſequẽter modũ deſignat ꝛ addit rõ
nem quare ſic appellat̃. ibi. Unde ꝛc̃. Jn fi/
ne dicit q actio ex eo naſcit̃ determinando.
ꝛ ita qnq; pncipalr̃ in hoc reſponſo ptinen
tur. Js quoq;. Hic ponit̃ ſcds modus qlr̃
re ptrabit̃ obligatio. vnde pone ſic caſum.
Dixi impatori. Dñe iam bñ vidi qualiter i
mutuo re ptrabit̃ obligatio. ptrabitur ne
alio modo Ad qđ rñdet dñs impator q ſic
q: nõ ſolũ q mutuũ accepit re obligat̃. ſꝫ eti/
am ille qui indebitũ ſibi p errorẽ ſolutũ reci
pit. re obligat̃. vnde ſi aliquis putat ſe tibi
teneri in. c. cum in veritate non teneat̃ ꝛ il/
la tibi ſoluerit. re obligatus es ei. ꝛ cõpetit
ſibi contra te conditio indebiti que dat̃ p/
pter indebita ſoluta. Nam ab eo qui inde/
bita recipit a ſibi ſoluente per errorem po/
terunt condici per conditionem indebiti ſi
cut ab eo qui accipit mutuam pecuniaꝫ po
teſt illa pecunia condici per conditionem
certi ſpecialis d mutuo. ꝛ ita nunc iſta duo
paria ſunt in effectu ꝛ in modo obligatõis
Sicut eñ qui mutuam pecuniam recipit
tibi re obligatur ꝛ poteſt ab eo pecunia re/
cepta condici per conditionem certi ſpecia
lis de mutuo. ſic ꝛ iſte qui indebitum reci/
pit ab eo qui indebitum ſoluit per errorem
re obligat̃. ꝛ ab eo põt pecũia illa pdici Si
cut g paria ſũt i ponẽdo ſiue in affirmãdo
ſic ꝛ paria dñtẽ ẽ in negãdo. vñ ſicut pupillus
ſibi mutuaret̃ pecunia nõ tenebit̃. ſic nec te
nebit̃ ſi indebitũ ſibi fuerit ſolutũ. Jn fine
dicit q qdã iniuria videt̃ fieri huic ſpẽi eo
q ponit̃ inter ſpẽs que ex ptractu oriunt̃.
eo q ille q indebitũ ſoluit credens ſe teneri



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum tamē non teneaꝛ magis intēdat diſtrā
here negociū ꝙ̄ cōtrahere eo ꝙ ſolutuꝫ in/
tendit deliberare. ⁊ hec dicit. ¶ Item is cui
ꝛc. Expeditꝫ duobus modis quibus re cō/
trahiꝛ obligatio. ſcꝫ ꝑ cōmodatū. Si eniꝫ
res alicui vtendi gr̄a deꝛ. i. cōmodeꝛ re obli
gaꝛ ⁊ teneꝛ actione cōmodati. Sed diceret
aliquis. dn̄e ſatis pꝫ ſimilitudo inter illuꝫ
qui recipit mutuū ⁊ illū qui recipit cōmo/
datum. quia vterq̄ꝫ re obligaꝛ. ſed ſi placet
dicatis mihi que eſt differētia inter eos. fra
ter dicit ipe dr̄ntia eſt. qꝛ qui mutuū recipit
fit dn̄s rei mutuate ſi dn̄s fuerit ille qui reꝫ
ſibi mutuauerit. qui aūt cōmodatum acce
pit. nō fit dn̄s rei cōmodate vnde teneꝛ re/
ſtituere idē corpus qḋ accepit. Dn̄e iuſti. di
xi ego. Nunquid alia differentia inter eos
reperiꝛ. vtiq̄ꝫ dicit ipſe. Ille eīm qui recipit
mutuū re obligaꝛ. ⁊ ab illa obligatōne ꝑ ca/
ſum fortuitū nequaq̄ꝫ liberaꝛ. ſecus in illo q̄
recipit cōmodatū quoniā is exactam cuſto
diam teneꝛ p̄ſtare circa rem ſibi cōmodatā
ſi tamē eam ꝑ caſum fortuitū amiſerit nō te
neꝛ. ⁊ hoc verū eſt niſi culpa ſua p̄ceſſit ca/
ſum illū. Sed dn̄e ꝓ deo ponatis mihi exē
plū de culpa fortuitū caſum p̄cedente. Li/
benter dicit ipe. Si ego tibi cyphos meos
argenteos cōmodauerim vt eis domi inter
vicinos tuos quos ad ↄuiuium inuitaue/
ras vtereris ⁊ tu eos tecum ꝑegre portaſti.
ſi poſtea eos aliquo caſu fortuito amiſeris
teneberis eo ꝙ tua culpa preceſſerit caſum
illum. ⁊ hec dicit. ¶ Cōmodati ꝛc. Queſi/
ui a iuſti. Dn̄e ꝓ deo dicatis mihi qn̄ diciꝛ
res ꝓprie cōmodata. Frater dicit ipſe. Res
tūc diciꝛ cōmodata ꝓprie eſſe. qn̄ nulla mer/
ces interuenerit qꝛ tunc ſi merces interue/
nerit diceretꝛ potius locata vl' conducta qḋ
non eſt in cōmodato. qꝛ cōmodatū debet eē
gratuitū ⁊ hec dicit. ¶ Preterea. Hic ꝓſeq̄
tur iuſt. q̄rtū modū quo ↄtrahiꝛ re obliga
tio dicens. ꝙ p̄ter p̄dictos modos re cōtra
hiꝛ obligatio. ſcꝫ in depoſitio. Vn̄ ſi tu rem
tuā penes aliquē depoſueris ipe re tibi ob/
ligaꝛ ⁊ cōpetit tibi actio. depoſitariꝰ non te
neꝛ niſi de ſolo dolo ſubaudi ⁊ de lata culpa
de alio ꝟo nō. vn̄ ſi rē depoſitā ꝑ modicam
culpā amiſerit depoſitariꝰ nō teneꝛ. qꝛ ē qḋ
imputeꝛ deponēti. Sue eīm facultati impu
tare debet ⁊ ↄqueri q̄ rē ſuaꝫ cuſtodiendam
amico tradidit negligenti. ⁊ hec diciꝛ. ¶ Cre
ditor ꝛc. Nō ſolū dictis q̄tuor modis re cō
trahiꝛ obligatio ſꝫ etiā creditor q̄ pignꝰ acce
pit a debitore re obligaꝛ. ⁊ teneꝛ de ea reſti
tuenda quā accepit pignoraticia actio Sꝫ
dn̄e dixi ego teneꝛ ne ð leui culpa. Rn̄det ꝙ
non. qꝛ pignꝰ vtriuſq̄ꝫ gr̄a datū ē. creditoris
vt magis pecunia ſua in tuto ſit. ⁊ debitorꝫ
qꝛ forſā nō crederetꝛ ei pecunia ⁊ ꝓpterea ſuf
ficit vt exactā diligentiā adhibeat. ⁊ hec eſt
illa quā reb⁹ ſuis adhibere ſolet. quā ſi pre
ſtiterit ꝙ̄uis pignꝰ amiſerit nō teneꝛ ⁊ nihilo
minꝰ creditū petere poterit. ⁊ hec dicit.

## De verboꝝ obligationibus.

VErbis ↄtrahiꝛ obligatio ꝛc. In ti.
p̄cedenti dictū eſt q̄b⁹ modis re cō/
trahiꝛ obligatio. modo reſtat vide
re qualr̄ verbis ↄtrahaꝛ obligatio. ⁊ de hoc
tractabiꝛ in oīb⁹ titu. vſq̄ꝫ ad ti. de lr̄arū ob/
ligatione. Pone ḡ ſic caſū. Queſiui a iuſti.
dn̄e qualr̄ obligatio ↄtrahiꝛ verbis. ⁊ rn̄dꝫ
ex interrogatiōe p̄cedēte ⁊ rn̄ſione ſubſeq̄n/
te cū q̄d dari fieri ve ſtipulamur ex qua obli
gatōe ꝟboꝝ due ꝓficiſcūꝛ actōes. ſ. certi cō
ditio ex ſtipulatōe ⁊ actio ex ſtipulatu ſi res
incerta deducaꝛ in ſtipulatōeꝫ. Sꝫ dn̄e qḋ
eſt nomē verb. obliga. Et rn̄det dn̄s impa.
ꝙ vocaꝛ ſtipulatio. ſꝫ dn̄e q̄re ð͛ hec obliga
tio ſtipulatio. Et ad h̄ rn̄. d. ꝙ h̄ ē ideo qꝛ ſti
pulū apud veteres firmū appellabaꝛ a ſtipi
te deſcendens ⁊ ideo hec obligatio tanq̄ꝫ fir
ma vocabaꝛ ſtipulatio. ⁊ h̄ dicit. ¶ In hac
re olim queſiui a legiſlatore ſub qua forma
fieret ſtipulatio. ⁊ dicit legiſlator. i. ipſe inſti.
frater recitabo tibi antiquitatē circa hoc et
etiam nouitatē ⁊ recitat primo antiquitateꝫ
dicens ꝙ antiquitas erat ꝙ ꝑ illud idē ver
bum ꝑ quod fiebat interrogatio debebat
fieri reſponſio mutata ſcꝫ ꝑſona ſecunda a
parte querentis in primam ꝑſonam a par/
te reſpondentis. Verbigratia. Spondes
ſpondeo. ſed hec ſolennitas identitatis ver
borum per dn̄m Leonem fuit ſublata per
conſtitutionem ſuam quam habes. L. de
contrahen. ⁊ cōmit. ſtipula. l. Omnes. vn/
de ↄſtitutio illa imꝑatoria de ſolēnitate ver
boꝝ nō curauit ſed intellectum conſonan/
teꝫ inter p̄tes deſiderauit vt ſtipulantes ad
inuicē ſe intelligerent. nec curauit illa con/
ſtitutio per quecunq̄ꝫ verba fieret ſtipula/

tio dũmodo fieret p̱ verba ad ſtipulatõnez idonea. ⁊ iſtã ↄſtitutionẽ approbat h̃ iuſti. ⁊ ſic patʒ ſb q̃ forma dʒ hodie fieri ſtipulatio ¶ Utrũ aũt greca ⁊c̃. Dñe iam vidi ꝙ ſolẽnitas ṽboꝝ que olim nc̃ia erat ad ſtipulationẽ hodie ẽ ſublata. ſʒ dñe p̱ deo poſſet ne fieri ſtipulatio diuerſis linguis Ad hoc rñdet ⁊ dicit ꝙ nõ refert q̃cunqꝫ lingua fiat ſtipulatio ſiue greca ſiue alia dũmodo ↄtrahentes ſe adinuicẽ intelligãt. nec eſt neceſſariũ ꝙ ambo vna lingua vtanẽ ſed põt vn⁹ vna lingua querere ⁊ ali⁹ altera lingua r̃ſpõdere. ⁊ nihilomin⁹ valet ſtipu. Dũ tñ verba apta fuerint ad ſtipulatõem ⁊ vterqꝫ alterũ intellexerit. nã dno etiã britões ṽbis gallicꝭ ↄtrahere pñt ⁊ gallici britonicis ṽbis dummodo ſe intelligant vñ greci latina lingua ↄtrahere pñt. ¶ Omis ſtipulatio. Dixi iuſti. dñe pcedatis in materia ⁊ dicatis mihi aliquã ſtipulationũ diuiſionẽ. Et rñdet ꝙ ois ſtipulatio aut ẽ pura aut in diẽ aut ſub ↄditõne. ¶ Pure ⁊c̃. dixi iuſti. dñe poſuiſti iam trimembrẽ diuiſionẽ. ponatꝭ de primo exemplũ ſi placet. Et rñdet ꝙ ſtipulatio fit pure. Nã ſi querã a te ſic fr̃ q̃nqꝫ aureos dare ſpõdes. ⁊ tu rñdeas p̱mitto. iſta ſtipulatio dr̃ pura. ⁊ iõ illud qđ in iſtã ſtipulatiõez deductũ eſt ſtatim peti põt nõ tñ ſic intelligendũ ẽ vt ſtatim veniat cũ ſacco pat⁹. In diẽ ⁊c̃. Dixi iuſt. Dñe iã vidi q̃lr̃ fit ſtipulatio pure: ſʒ q̃lr̃ fit in diẽ. Rñ. di. In diẽ fit ſtipulatio veluti ſi dicat ſtipulatoꝛ p̱mittꝭ mihi i p̄mis kalẽdis iunij. x. ⁊ p̱miſſoꝛ rñdeat. p̱mitto. iſta ẽ ſtipulatio in diẽ. ⁊ ſtatim ſtipulatõe facta debeẽ qđ p̱miſſũ ẽ. ſʒ nõ põt peti anteqꝫ dies venerit. ⁊ die adueniẽte vl̕ ſtante adhuc non põt peti p̱miſſũ niſi tota dies ſit p̄terita ſiue elapſa qꝛ incõmutabilr̃ non poſſum⁹ dicere ꝙ nõ ſoluerit ſua die. i. appoſita vl̕ p̄fixa anteqꝫ tot⁹ dies fuerit elapſus. ⁊ hec dicit. ¶ At ſi ita ſtipuleris ⁊c̃. Sup̄ vidim⁹ ꝙ ille q̃ p̱mittit nõ põt ↄueniri cũ effectu q̃uſqꝫ dies venerit. Sʒ dñe q̃d diceretis de illa ſtipulatõe q̃ q̃s mihi p̱mittit decẽ q̃ ad viuã. fr̃ dic ipe. iſta ſtipul. pura ẽ. ⁊ ppetuo obligat⁹ eſt p̱miſſoꝛ. vñ ſi pura eſt poſſũ ſingulis annis q̃diu viuã agere ad decem in principio cuiuſlibet anni. ⁊ heres etiam meus de rigore iuris poteſt agere ſed ſubmouebiẽ p̱ exceptionẽ pacti facti de nõ petendo quaſi videar tacite factum feciſſe ꝙ ego poſſum petere dum viuo. Heres ãt meus nõ poſſit. Iſtud aũt vt dicũt pactũ tacitum eſt inductũ a poteſtate iurꝭ ab iſto verbo in ſtipulatõne inſerto. vicʒ quoad viuã Eo eñ ipſo ꝙ fuit mihi p̱miſſum illud annum quoad viuerẽ. p̱ hoc tacite videoꝛ pactus fuiſſe ne heres meus petat. ⁊ hec dicit Et legaẽ illud at ſcʒ quod poniẽ in principio. §. Aduerſatiue. vicʒ ſi ita ẽ. ꝙ illa ſtipulatio in diem que eſt in primo. §. nõ eſt pura at pro ſed. ¶ Sub ↄditõe ⁊c̃. Dixi iuſti. Dñe iam vidi exemplũ de primo mẽbro diuiſionis noſtre ſcʒ qualiter fit ſtipl̕atio pure. ⁊ etiam de ſecũdo membro ſcʒ qualiter fit ſtipulatio in diem. ponatis modo ſi placet exemplũ de tercio membro. ſcʒ qualiter fit ſtipulatio ſub ↄditione. Et ad hoc reſpõdens dicit iuſti. ꝙ ſub ↄditione fit ſtipulatio cuʒ in aliquẽ caſum p̱miſſio differẽ. hoc eſt ad aliquid quod idifferẽter ſe habet ad eſſe ⁊ ad nõ eſſe. veluti ſi aliquid factum fuerit p̱mittis mihi decẽ. vel ſi aliquid factum nõ fuerit p̱mittis mihi decem. ⁊ primo ponit exemplũ ↄditionis que fit p̱ verba affirmatiua. vtputa ſi titius factus fuerit ↄſul q̃nqꝫ aureos dare ſpondes. ⁊ in ſequenti. §. q̃ incipit. Si quis ſtipuleẽ. ponit exemplũ ↄditionis plate p̱ verbã negatiua dicẽs. ꝙ ſi aliq̃s ita ſtipuleẽ p̱mittis mihi decẽ ſi capitoliũ nõ aſcendero. bene valet talis ſtipulatio. ſed p̱inde eſt ac ſi ſtipulatoꝛ ſtipulat⁹ eſſet cũ moreref decem ſibi dari. nã in vtroqꝫ caſu demũ poſt mortẽ ſtipulatoris poterit illud qđ in ſtipulatione deductũ eſt peti cũ effectu. Nota ꝙ ↄditio alia reſpicit tp̄us futurũ vt. ſ. eo. §. Sub ↄditõne alia p̄teritũ. ⁊ alia preſens. ¶ Ex ↄditionali ⁊c̃. pone ſic. Aliquis ſtipulatus eſt aliquid ſibi dari ſub ↄditione que pendet. nunquid habʒ ſtatim aliũ ſibi obligatũ ſcʒ illũ a q̃ ſtipulatus eſt. Et rñdet ꝙ nõ. imo ex ↄditionali ſtipulatõne tantũ ſpes eſt in debito ⁊ ſi cõtingat ipſũ decedere anteꝙ ↄditio exiſtat ipſe iſtam ſpeciẽ tranſmittit ad heredem ſuũ. ⁊ hec dic̃. ¶ Loca etiã iſeri ⁊c̃. Supra dictũ eſt ꝙ in ſtipulatõe q̃nqꝫ dies q̃nqꝫ conditio venit. ſed nõ ſolum illa que ſupradicta ſũt poſſunt venire in ſtipulationem. immo etiam loca ſtipulatõibus inſeri poſſunt. puta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſi dicā ſi ꝓmittꝭ te mihi datuꝝ .x. carthagīe
⁊ tu reſpondebis ꝓmitto. ⁊ hm̄oi ſtipulati
ones licet pure videant̄ re ſpa. tn̄ habēt ta/
cite tp̄s adiectū ꝗ aliq̇s ire vł mittere poſſit
ad locū illū in ꝗ ꝓmiſit pecuniā ſe daturū.
vn̄ ſi aliq̇s ita ſtipulet̄ rome hodie cartha/
gine dare ſpōdes. iſta ſtipulatio nō valet cū
re ꝓmiſſio ſit impoſſibilis ⁊ rōe huiꝰ impoſ
ſibitatis viciat̄ hm̄oi ſtipulatio. hoc dicit.
¶ Cōditiones ꝗ. Queſiui a iuſti. Dn̄e ſup̄
dictū ē ꝙ ſtipulatio ꝯditionalis ē cū differt̄
in aliquā cauſā. ſꝫ dn̄e nūquid oīs ſtipula/
tio ē incerta ꝗ fit ꝑ hāc ꝯiūctōem ſi. Rn̄det
dn̄s iuſt. ꝙ nō. ꝗ ea nā ſūt pn̄tia vel p̄terita
nō dicunt̄ pendere. ſꝫ ea ꝗ ſunt futura ꝓprie
dicunt̄ pēdere. q̄ſi diceret tunc intelligit̄ ſti
pulatio ſub ꝯditione qn̄ differt̄ in aliquem
caſū futurū. Qn̄ aūt in aliquē de p̄terito vł
de pn̄ti ꝯcipit̄ tūc nō eſt ſtipulatio ſub ꝯditi
one: imo aut ſtatim valet obligatio aut nō.
Ea em̄ ꝗ ꝑ rerū naturā certa ſūt nō morāt̄
obligationē. Si em̄ dicā. ꝓmittis mihi .x.
ſi meuiꝰ viuit. ⁊ tu reſpondeas ꝓmitto. ſi vi
uit tp̄e ꝯcepte ſtipulatōīs ſtatim valet ſtipu
latio. ſi aūt nō viuat tp̄e ꝯcepte ſtipulatiōs
nō valet. imo ſtatim infirmat̄. ⁊ ita ſtipula/
tiōes ꝗ ꝯcipiunt̄ in aliquē caſū pn̄tē ⁊ p̄teri
tū. q̄ꝛꝫ illi caſus ſūt incerti q̄ꝛ tn̄ ꝗ ad natu/
rā naturantem ſūt certa nō morant̄ ⁊c̄. q̄ꝛꝫ
apud vos ſint incerta. hoc dicit. ¶ Nō ſo/
lum res ⁊c̄. Sup̄ dictū eſt de ſtipulatiōibꝫ
que ꝯſiſtūt in dando. nūc tractandū ē d̄ ſti
pulatōibus que ꝯſiſtūt in faciēdo. vnde di/
cit iuſti. nō ſolū res pn̄t deduci in ſtipulati/
onē. ſꝫ ⁊ facta puta cū ſtipulor aliq̇d a te fie
ri vł nō fieri in futurū ⁊ ſi nō fuerit factū ſe
cūdū ſtipulationē potero agere ꝯtra te ⁊ pe
tere itereſſe meū. ⁊ q̄ꝛ difficile ē ꝓbare iterꝛē
ꝓpterea dat iuſt. ꝯſiliū ſtipulatori vt adĳciat
penā in ſtipulatōne quā petere poterit ſti/
pulator ſi nō fuerit factū ſm̄ ſtipulationem
⁊ ita nō habebit neceſſario ꝓbare q̄ti ſua i
tereſt. ⁊ docet in lr̄a q̄lr̄ pena debet ſtipula/
ri dicēs ꝙ ſi aliq̇s ſtipulet̄ aliq̇d fieri veluti
turrim ita adĳcere debet ⁊ ſi turrim nō fece
ris .x. aureos dare ſpōdes noīe pene. Cōti/
git aūt aliqn̄ in eadē ſtipulatōe ſtipulat̄ q̇s
aliq̇d fieri ⁊ aliq̇d nō fieri puta ſtipulor a
te vt eas romā ſꝫ ꝙ nō eas ꝑ florentiā ⁊ in
iſtis ſtipulatōibꝫ in q̇bꝫ ſtipulaui aliq̇d ſfie/
ri ⁊ nō fieri ita erit pena adĳciēda. ſi aduer
ſus ea factū erit. i. ſi fueris ꝑ locū ꝓhibituꝫ
ſeu ita factū nō erit. i. ſi nō fueris romā de/
cem aureos ſpōdes. h̄ dicit lr̄a pn̄s.

¶ De duobꝫ reis ſtipul. vł ꝓmittēdi.

Et ſupiorībꝫ dictū eſt de vno ꝗ ſti/
pulatꝰ ē ⁊ de alio ꝗ ꝓmiſit. nūc autē
tractaturꝰ ē iuſti. de duobꝫ ꝗ ſtipu/
lant̄ eandē rē ſibi dari. ⁊ ideo adiungit̄ hic
rub. de duobꝫ reis ſtipulādi. veꝝ q̄ꝛ ſepe cō
tingit ꝙ duo ꝓmittūt eādē rē ⁊ ita fiūt duo
rei debēdi ſiue ꝓmittēdi. iō ſubĳcit hic ru.
de duobꝫ reis ſtipulādi ⁊ ꝓmittēdi. His pre
notatis accedo ad caſū in hūc modū. Que
ſiui a iuſtin. q̄lr̄ pn̄t fieri duo plures rei ſti/
pulandi vł ꝓmittēdi. Et rn̄. d. ꝙ duo rei ſti/
pulandi fiūt ſi poſtq̄ꝫ duo ſtipulati fuerint
eandē rem ab eodē ipē poſt amboꝝ interro
gationē rn̄deat vtriq̄ꝫ veſtrū dare ſpondeo.
Exēpli gr̄a. Pone ꝙ ſū ſtipulatꝰ a ticio in hunc
modū. ꝓmittis mihi ſtichū. ⁊ petrꝰ in ꝯtinē
ti pꝰ meaꝫ ſtipulationē ⁊ añ ꝓmiſſoris rn̄ſi/
onē ſtipulatꝰ fuerit ab eodeꝫ ticio ſibi dari
eundē ſtichū ⁊ ipē poſt ambas interrogati
ones rn̄deat vtriq̄ꝫ veſtruꝫ dare ſpondeo ⁊
ego ⁊ petrus effecti ſumꝰ duo rei ſtipulandi
ſed bone dn̄e quid ſi mihi p̄mo ſtipulanti
ſtichum ꝓmiſerit. deinde petro ſtipulanti
ex interuallo eundē ſtichū ꝓmiſerit. Rn̄det
dn̄s iuſt. d. ꝙ nos. ſcꝫ ego ⁊ petrus ſumus
duo creditores in eadē re. ſꝫ non ſumꝰ duo
rei ſtipulandi vniꝰ obligatōnis ſed diuer/
ſaꝝ obligationū. Una em̄ obligatio mihi
ē acq̇ſita ⁊ alia petro ſtipulanti ex interual
lo q̄ꝛ natura duoꝝ reoꝝ ſtipulandi hec eſt
vt nihil ſit mediū inter ſtipulationē vnius
⁊ alterius. ſed ſtatim pꝰ vnā ſtipulatōnē fiat
alia q̄lr̄ intelligi debeat ex ſeq̄ntibꝫ appare/
bit. hec dicit. Duo pluresue. Dixi iuſti.
Dn̄e ſup̄ dixiſtis qualr̄ fiant duo rei ſtipu/
lādi ponatꝭ ſi placet exempla de duobꝫ reis
ꝓmittendi. Reſpondet dn̄s iuſti. d. ſic. In
duobus reis ſtipulandi ſunt duo ꝗ ſtipu/
lāt̄ ab eodē. ſꝫ vbi ſūt duo rei ꝓmittēdi vnꝰ
ſtipulat̄ a pluribus. Unde ſcire debes ꝙ
duo rei promittendi ita fiunt ſi fuero ſtipu/
latus in hunc modū. Meui promittis mi
hi .x. aureos. ⁊ ipē rn̄deat ꝓmitto. ⁊ pꝰea ſi/
ne interuallo dixero ſeyo. ſei ꝓmittꝭ mihi eoſ
dē .x. aureos quos ſtipulatus ſuꝫ a meuio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝛ ipſe reſpondeat ꝓmitto. iſti ſunt duo rei d̄
bendi vl' ꝓmittēdi. Sūt em̄ duo debitores
debētes eandē rem ꝛ hec dicit. Ex hm̄oi ſti
pula. Dixi iuſti. Iā vidi qualr̄ fiāt duo rei
ſtipulandi et ꝓmittēdi. ꝓ deo dicatis mihi
q̄s ē effectus eaꝝ obligationū. Ad hoc rn̄
det iuſti. d. ꝙ ex ſtipu. hm̄oi ſolidū ſingul'
debet̄ ſuppl'e reis ſtipulandi. ꝛ ſolidū debēt
ſinguli ſcꝫ rei ꝓmittēdi qꝛ vterqꝫ eoꝝ in ſoli
dū obligat̄ ſicut ſingulis eoꝝ ſtipu. ſolidū
debet̄. ſꝫ licet in ſolidū teneant̄ vel ſolidū ſin
gulis debeat̄. tn̄ vna res ſola in obligatiōe
vertit̄. vn̄ ſi fuerunt duo rei ſtipu. ꝛ ita duo
creditores ſi tn̄ vnus illoꝝ recipiat illd̄ qd̄
deductū erat in ſtipu. ille q̄ recipit ꝑimit ob
ligationem ſinguloꝝ. vnde ab altero reo ſti
pulandi liberat̄ ꝓmiſſor. ꝛ ſi fuerūt duo rei
ꝓmittēdi ꝛ ita duo debitores eiuſdē rei ſi al
ter rem illam ſoluat ꝑimit obligationē illaꝫ
ꝛ liberat̄ alter. ꝛ hec dicit. ¶ Ex duobꝫ reis
ꝛc. Queſiui a iuſti. an vnus de duobꝫ reis
ꝓmittendi aliter poſſit obligari q̄ʒ ali⁹. ꝛ vi
det̄ ꝙ nō. quia videt̄ ꝙ equitas oīmoda ſi
ue paritas debeat eſſe inter duos reos de
bendi. dicit tamē qd̄ ex duobꝫ reis ꝓmitten
di alter pure ꝛ alter ſub ꝯditōe obligari pōt
puta. x. fui ſtipulatus a ticio pure. ꝛ eadem
decem fui ſtipulatus a martino ſub ꝯditi
one. iſti duo intelligunt̄ eſſe duo debendi. ꝛ
licet martin⁹ ſub ꝯditōne obliget̄ nō iō mi
nus petere potero illa. x. a ticio qui mihi pu
re eſt obligatus. q̄ʒq̄ʒ adhuc pendeat condi
tio. et hec dicit

¶ De ſtipulatione ſeruorum.

SEruus ex pſona dn̄i ꝛc. qꝛ nō ſoluꝫ
liberi ſtipulant̄ ſꝫ etiāꝫ ſerui. ſubſe
q̄nter p⁹ti. de duobꝫ reis ſtipulādi
ponit̄ hic ti. de ſeruoꝝ ſtipu. Pone ergo ſic
ca. Queſiui a iuſti. vtꝝ ſerui haberēt ius ſti
pulandi. ꝛ videbat̄ ꝙ nō cum ſtipulatio ſit
actus ciuilis. ꝛ q̄ʒtū ad ius ciuile attinet ſer
uus ꝓ mortuo habet̄. Et rn̄det dn̄s iuſt. ꝙ
q̄ʒq̄ʒ ſeru⁹ q̄ʒtū ad pſonā ſuā ꝓpriā ꝓ mortuo
habeat̄. Ex pſona tn̄ dn̄i ſui pōt hr̄e ius ſti
pulatōis. Sed diceret aliq̄s. dn̄e hͦ eſt veꝝ
ſi ſeruus habet dn̄m ſꝫ qn̄ non habet dn̄m
puta dū hereditas iacet. nunq̄d valet ſtipu
latio. Et rn̄det iuſt. ꝙ ſic. qꝛ hēditas in caſu
iſto vicē dn̄i ſuſtinet. vn̄ ſi ſeruus heredita
rius ante aditā hēditatē ſtipulet̄ acq̄rit he
ditati ꝛ ſic heredi futuro. ꝛ hec dicit. Siue
aūt dn̄o ꝛc. Dixi iuſti. dn̄e vidi ꝙ ſi ſeruus
ſtipulet̄ aliquid dari dn̄o ſuo ꝙ illud dn̄o
ſuo acquiret̄. ſꝫ ponam⁹ ꝙ nō dn̄o ſuo ſꝫ ſi
bi ſtipulet̄ aliq̄d dari. acq̄rit ne dn̄o ſuo Et
rn̄det iuſt. d. ꝙ ſiue ſeru⁹ dn̄o ſuo ſiue ſibi ſi
ue ꝯſeruo ſuo ſiue impſonalr̄. i. pſona non
adiecta. oībus iſtis modis quatuor dn̄o ac
quirit. ꝛ hec dicit. ¶ Idē iuris ꝛc. Sup̄ di
ctū eſt ꝙ ſeru⁹ q̄lrcūq̄ʒ ſtipulet̄ dn̄o acqui
rit. idē iuris eſt ꝛ in filio q̄ qualitercunq̄ʒ ſti
pulet̄ patri ſuo acq̄rit ex his cauſis ꝓ q̄s pꝛ
ꝑ filiū acq̄rere pōt. ꝛ hec dicit. ¶ Si cū fa
ctū ꝛc. Supra dictū eſt ꝙ q̄cunq̄ʒ modo ſer
uus ſtipulet̄ ꝙ dn̄o acq̄rit. ſꝫ hoc ē verum ſi
ipſe ſtipulet̄ aliq̄d ꝙ ꝯſiſtat in dando. Sed
pone ꝙ ſeruus aliqd̄ factū ſtipulet̄. puta vt
liceat ei ire agere. tūc ſeru⁹ ꝑ hāc ſtipulatōeꝫ
dn̄o nihil acq̄rit, ſꝫ ſibi ſoli. vn̄ ſi dn̄s vellꝫ ire
agere hn̄ poſſet ꝓhiberi ne iret vl' ageret. et
hec dicit. ¶ Seruus cōis ꝛc. Sup̄ dictuꝫ
eſt qn̄ ſeru⁹ vni⁹ ſtipulat̄. ſed dn̄e q̄d iuris ē
ſi ſeru⁹ ſtipulat̄ cōis. Et rn̄det iuſt. ꝙ ſi ſeru⁹
cōis ſtipulet̄ aliq̄d ſibi dari impſonaliter vl'
dn̄is ſub noīe appellatiuo acq̄rit vnicuiq̄ʒ
dn̄o ꝓ portōne dn̄ij ꝛ nō ꝓ portōne virili. ni
ſi vnus ex dn̄is iuſſerit eū ſtipulari. Tunc
em̄ iubēti acquirit̄ vl' ſi null⁹ eoꝝ iuſſerit ei
ipſe tn̄ alteꝝ noīauerit. puta ſtipulat⁹ ē petro
dn̄o ſuo tūc ꝑ hāc ſtipulationē acq̄rit̄ noīa
to. Si aūt vn⁹ iuſſerit ꝛ ipſe aliū noīauerit
q̄d iuris ſit. habes in glo. Qd̄ ſi ſeru⁹ cōis
ſtipulat̄. Sup̄ dictū ē q̄d iuꝛ ſit qn̄ ſeruus
cōis ſtipulat̄ ſibi dari aliq̄d ꝛ dictū ē ꝙ vtri
q̄ʒ dn̄oꝝ pōt acq̄ri. ſꝫ dn̄e q̄d iuꝛ ē ſi ſeruus
cōis ſtipulet̄ aliq̄d qd̄ alteri dn̄oꝝ acq̄ri nō
poſſet veluti ſi res q̄ā ſeru⁹ ſtipulat⁹ ē ſit al
teri⁹ dn̄oꝝ cū res ſua ſibi acq̄ri non poſſit.
Et rn̄det iuſti. ꝙ tūc neceſſariū eſt ꝙ alteri
acquirat̄. ꝛ hec dicit.

¶ De diuiſione ſtipulationū.

STipulationū ꝛc. Viſo de ſtipula
tione qualiter fiat ab vno vel pluri
bus liberis vel ſeruis accedit iuſti
nianus hic ad diuiſionē ſtipulationum ta
lem dās diuiſionē. Stipulationū alie ſunt
iudiciales. alie pretorie. alie ꝯuentionales.
ꝛ alie cōmūes. Iudiciales ſūt ꝛc. In ſūma
tradidit iuſt. diuiſionē ſtipulationū modo
ꝑ ſingula membra diuiſiōis ꝑ exempla de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

clarat. ⁊ pmo ponit q̄ ſunt iudiciales dicēs
ꝙ ille ſunt iudiciales ſtipulatōnes q̄ a me-
ro iudicis officio ꝓficiſcunt̄ qđ ſic intellige
ſcꝫ q̄ ꝓficiſcunt̄ ab officio iudicis mercēna
rio. ⁊ appellat̄ iudicis officiū mercēnariuꝫ
qn̄ aliquid expedit̄ p iudicē ꝓpter qđ iudex
pncipalr̄ nō adit̄ rei bigr̄a. Aliq̄s vſucepit
rē meam quā a nō dn̄o emit bona fide. ego
egi ꝯtra eū rei vendicatōne ⁊ litē cum eo ſū
ꝯteſtatus. lite ꝯteſtata cōpleuit vſucapionē
nō obeſt ei litis ꝯteſtatio quo ad curſuꝫ vſu
capionis cōplēde. ſed ſecus eſt in p̄ſcriptōe
quia ſi tantū cōpleta vſucapione ꝓbem reꝫ
illā meam eſſe tenet̄ illam mihi reſtituere. ⁊
ita licet quo ad curſū nō noceat ſibi litꝭ ꝯte-
ſtatio tamē quo ad effectū vſucapiōis ei ob
eſt. ⁊ debet iudex ipm facere cauere ꝙ non
cōmiſit dolū in re illa ſeruū forſan petitum
alienādo vl' manumittendo vl' aliquo alio
modo. vt. ff. de rei vend. l. ſi poſt acceptā. ⁊ il
lam cautionē debet iudex facere īterponi p
officiū mercēnariū. ⁊ ſic accipe qđ litera di-
cit mero. q2 nunq̄ꝫ pretor viuus vel mortu⁹
de hoc ſe intromiſit. ſed lege iubente inter
ponit̄ hmōi cautio vt in cautōe de dolo p. l.
prius allegatā. ff. de rei ven. ſi poſt. Et ſub-
dit exempla duo. Primū eſt veluti de dolo
cautio. ſcđm dicit̄ eſſe quedā ſtipulatio iu-
dicialis. Si em̄ ego ago ꝯtra aliquē pigno
raticia ac: ōne debet iudex ex officio ſuo fa-
cere reo interponere cautionē ꝙ i re pigno
rata nō cōmiſit dolū ſeruitutis amittendo.
vl' aliquo modo ius leſerit vl' de pſequendo
ſeruo ſuo. Si em̄ aliq̄s metu abſtulit a me
ſeruū meum ⁊ illū poſtea pdiderit debet iu
dex facere cauere de pſequendo ſeruo illo ⁊
de reſtituendo ei⁹ precio. Pretoria aūt ꝓpria
eſt illa ſtipulatio ꝓpter quā adit̄ iudex viu⁹
ad hoc ꝙ illud exequat̄ quod mortuus iu
dex pmiſit vel p̄cepit. Cū em̄ pretor mortu
us p̄ceperit ꝙ ille cui⁹ dom⁹ minat̄ ruinaꝫ
caueat de dāno infecto ſi adeat̄ pretor viu⁹
ad executionē illius p̄cepti. hoc eſt ad h̄ vt
faciat ipm cui⁹ domus minat̄ ruinā cauere
de damno infecto. iſta cautio ſiue ſtipula-
tio p̄toria nuncupat̄. Pretorias ⁊c̄. Hic
manifeſtat p exēpla que ſūt p̄torie ſtipulati
ones que ꝓficiſcunt̄ a mero p̄toris officio.
i. pure ita ꝙ nō iudicis officio interponant̄
veluti damni infecti cautio ⁊ lagatoꝝ ⁊ de-
bent ſtipulatōnes edilitie ſub p̄toriis ſtipu
latiōibus ꝯtineri. ita ꝙ ſi animal tibi ven-
dam ⁊ de viciis ꝓut teneor caueā. dicit̄ iſta
cautio q̄ꝫuis ſit edilicia p̄toria ⁊ hec dicit. Cō
uentionales ⁊c̄. Queſiui a iuſti. que eſſet
ſtipulatōnes ꝯuentionales. Et rn̄det ꝙ ille
ſūt ſtipulatōs ꝯuentionales q̄ ſunt vel fiūt
ex ꝯuentione ꝯtrahentiuꝫ hoc ē neq̄ꝫ iuſſu
p̄toris neq̄ꝫ iuſſu iudicꝭ ordinarii. Sꝫ dn̄e
quot ſunt genera ꝯuētionaliū ſtipulatōnū
Et rn̄det ꝙ tot fere ſūt quot dicimus eē ge
nera rerū ꝯtrahendaꝝ. ⁊ in quibuſdā valet
ꝯtractus. ꝓbigr̄a. Venditio in quibuſdaꝫ
valet in quibuſdam nō valet ſtipulatio. ff.
de ꝯtrahen. empt. ⁊ ven. l. Liber hō. §. fi. et
infra ti. ꝓxim. pma rn̄ſi. Cōmunes ſūt ⁊c̄.
Queſiui a iuſti. que eſſent cōmunes ſti-
pulatōoes. ⁊ ipſe rn̄. dicens. ꝙ cōmunes ſti
pulatōnes ſunt veluti rem pupilli ſaluā fo-
re. Stipulatio em̄ quā interponit rem pu
pilli ſaluā fore eſt cōmunis. q2 ⁊ p̄tor mor-
tuus p̄cepit hanc cautionē interponi ⁊ iu-
dex viuus h̄ exequit̄. aliter res hmōi nō poſ
ſet expediri. ſimilr̄ ſtipu. de rato eſt cōmunis
q2 p̄tor mortu⁹ p̄cepit ꝙ caueret̄ de rato a
ꝓcuratore actoris. ⁊ qn̄q̄ꝫ p̄cepit iudex viu⁹
ꝙ caueat̄ đ rato. alio etiā modo dicit̄ cautio
de rato cōmunis. q2 interponit̄ a ꝓcurato-
re actoris ꝓprie. ⁊ qn̄q̄ꝫ a ꝓcuratore rei dicit̄
vl' qn̄q̄ꝫ interponit̄ in iudicio ⁊ qn̄q̄ꝫ extra.
vt hic habes in glo. ⁊ hec dicit.

De inutilibꝫ ſtipulatōnibus.

Omnis em̄ ⁊c̄. Queſiui a iuſti. ſup
quibus rebꝫ poſſet fieri ſtipulatio.
Rn̄det dn̄s iuſt. ꝙ ſup illis que do
minio humano ſubiici poſſūt. ſiue illa res
ſ(it) mobilis ſiue imobilis dū tamē ſit ſubiici
bilis cōmertio humano. ⁊ hec dicit. At ſi.
Supra dictū eſt ꝙ oīs res q̄ ſubiicibilis ē
cōmertio humano priuato in ſtipulatōe po
teſt deduci. At p ſed. ſed ſi quis ſtipulatus
fuerit ſibi dari qđ nō eſt in rerū natura. licꝫ
fuerit puta ſtichū iam mortuū aut reꝫ que
eſſe nō poteſt puta ypocentaurū non valet
ſtipulatio. hec dicit. Idē iuriſ ⁊c̄. Sup di-
ctū ē ꝙ inutilis ē ſtipulatio ſi quis ſtipulat̄
dari ſibi ypocentaurū qui eē nō pōt ſimilr̄
inutilis eſt ſtipulatio ſi quis ſtipulatur ſi-
bi dari rem ſacram vel religioſam quaꝫ cre
debat eē humani iuris. vel publicā q̄ pub-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lico vſui deputata eſt vt forum vel theatrū
vel liberū hoīem quē ſeruū eſſe credebat. et
rem cuiꝰ cōmertiū haberi nō pōt. vel rem ſu
am ſibi dari. ⁊ ſi dicas videt̄ ꝙ iſte ſtipula-
tiones nō debēt eſſe vł dici inutiles. ſʒ magꝭ
in pēdenti eo ꝙ illud qđ modo publicū eſt
pōt priuatū fieri. ⁊ ex libero hoīe pōt ſeruꝰ
fieri ⁊ ſic de alijs. ⁊ ſic ſtipulatio pōt valere.
ſed nihil dicit. Stipulatio eīn cū iuribꝫ ni-
tat̄ ex pn̄ti ilico valet vel vtilis eſt. ⁊ hec di-
cit. Supra dictū eſt ꝙ ſi aliqͥs ſtipulatꝰ fue
rit ſibi dari liberū hoīeʒ nō valet ſtipul. licʒ
poſtea factus fuerit ſeruꝰ. vel ſi aliquis fue-
rit ſtipulatus dari ſibi rem ſuā licet poſtea
aliena facta fuerit nō valet ſtipulatio. vel ſi
econuerſo fuerit aliquis ſtipulatus reʒ alie
nam ſibi dari ſi poſtea facta fuerit ſua non
valet ſtipulatio. Silr̄ ſi aliquis ſtipulatus
fuerit ſibi dari rem priuatā. ⁊ poſtea fiat ſa
cra ⁊ ſic de alijs nō valet ſtipulatio. Quoti
enſcunqꝫ eīn ſine facto ꝓmiſſoris illud qđ
ſtipulat̄ deductū eſt in eū caſū a quo incipe
poſſit nō valet ſtipulatio. ⁊ hec dicit. ¶ At
ꝓo. Scire debes ꝙ ſi ego ſtipulor mihi da
ri rem ſacrā vel religioſam vł liberū hoīem
nō valet ſtipulatio. Sed po. ꝙ ſi dicam ꝓ-
mittis mihi petrū q̄ liber eſt cū fuerit ſeruꝰ
vel rem ſacraʒ vł religioſā cū facta fuerit ꝓ-
uata. ⁊ ſic de alijs q̄d iuris erit. certe nō va-
let ſtipulatio Que eīn de natura ſui a dn̄o
nr̄o exempta ſūt nullo modo in ſtipulatōeʒ
deduci pn̄t. ⁊ hec dicit. Si aliqͥs ⁊c̄. Quidā
ꝓmiſit mihi ꝙ dn̄s epͣs daret mihi decem.
valʒ ne iſta ſtipulatio. Dicit̄ ꝙ nō q2 videt̄
factū alienū ꝓmiſiſſe. ſi tamē ꝓmitteret ſe fa
cturū vel preſtiturū vł ꝓcuraturū ꝙ aliꝰ ali
quid mihi faceret. factū ſuū ꝓmittere vide-
tur. ⁊ ideo ſtipulatio valet ⁊ ex eo obligat̄. et
hec dicit. Et ad inſtantiā illā que ponit̄ in
gloſā ꝯtra regulā iſtaʒ de eo qui cauit dn̄m
ſuū rem ratam habiturū. rn̄det̄ nō videt̄ fa
ctū alienū ꝓmiſiſſe. ſed intereſſe rei que ꝯue
nit̄ ſi dn̄s ſuꝰ p quo agit ratū nō habeat. ⁊ ſi
militer eſt in alijs inſtātijs. Si qͥs alij. Po
ne ꝙ ego ſtipulor dari ei centū cuiꝰ iuri non
ſum ſubiectꝰ. valet ne iſta ſtipulatio. Et rn̄
det inſti. ꝙ nō ꝯſiderata ſtipulatōis natura
Inuenta eīn fuit ſtipulatio vt ꝑ ſtipulatio-
nem vnuſqͥſqꝫ ſibimet aliq̄d acquirat. ſʒ licet
ſtipulādo extraneo aliquid acquirere non
poſſumus. tamē in ꝑſona alterius ſolutio-
nē poſſumꝰ ꝯferre. verbigr̄a. ꝓmittis mihi de
cem aut ſeyo. ⁊ tūc bene valet hmōi ſtipula
tio. Obligatio eīn mihi ſtipulanti acq̄ſita ē
ſolutio tamē pōt fieri in adiecto me inuito.
⁊ ꝯtinget ꝓmiſſorꝫ plena liberatio. cōpetit
tn̄ ſtipulatori ꝯtra adiectū actio mādati ꝓ-
pter id qđ ſolutū eſt. hec dicit. Extra caſum
nota ſpecialē caſū i q̄ ſi ſoluat debitor alij q̄ꝫ
cui ſoluere debet. puta adiecto. ſcʒ alterna-
tiue liberat̄. Nota ꝙ vox patris eſt vox filij
⁊ ecōtra. Nō ſi quis ⁊c̄. Supra dictū eſt ꝙ
ſi ſtipuler alteri dari q̄ꝫ ei qui iuri meo ſub-
iectus ē nō vale ſtipulatio. Sed po. ꝙ ali
quis ſtipulet̄ aliquid dari ſibi ⁊ extraneo.
valet ne talis ſtipulatio. Rn̄det inſti. ꝙ ſic.
ſʒ nunqͥd in totū rn̄dʒ ꝙ nō. ſʒ ꝓ parte dimi
dia. ſcʒ ꝓ pte ſtipulatoris. Sup iſto. §. que
ri pōt quare ita ē ꝙ ſi ego emero fundū mi-
hi ⁊ extraneo ꝓ. x. valet totus ꝯtractꝰ. vt. ff.
de ꝯtrahen. emp. ⁊ ven. l. fundus. ſi aūt ſti-
pulatus fuero. x. dari mihi ⁊ extraneo n̄ va
let ſtipulatio in totū ſʒ ꝓ parte. Rn̄deo con
tractus empt. ⁊ ven. celebrat̄ tā gr̄a empto-
ris q̄ꝫ ven. vnō tā emptori q̄ꝫ ven. expedit ꝙ
valeat ꝯtractus. ⁊ niſi in totū valeret vēdi-
tio ꝯtractus q̄ vtriuſqꝫ gr̄a celebrari dicit̄ i
detrimentū alteriꝰ ꝑtis redundaret qđ eſſe
nō debet. Sed ſi dicas pōt eſſe ꝙ nō expedi
et emptori ꝙ emptio i totū valeat ſꝑ. Ad h̄
dicas ꝙ ſibi imputet. Regulariter eīn loqn̄
do gr̄a vtriuſqꝫ ꝯtractꝰ dicit̄ fieri. nō ſic aūt
eſt in ſtipulatōe. Semꝑ eīn expedit ꝓmiſſo
ri ꝙ ſtipulatio potiꝰ valeat in pte q̄ꝫ in totū.
⁊ hec dicit. Ei qui ⁊c̄. Supra dictū ē ꝙ ſi ſti
pulor aliq̄d dari extraneo nō valet ſtipula-
tio. ſʒ pone ꝙ ſtipuler aliq̄d dari ei qui iuri
meo ſubiectus ē. vtputa filio vel ſeruo. valʒ
ne ſtipulatio iſta. dicit̄ ꝙ ſic. q2 vox pr̄is vox
filij intelligit̄. ⁊ hoc verū eſt ꝙ valet ſtipula
tio in rebus illis que patri pn̄t acquiri ꝑ fi
liū vt in bonis aducticijs ꝓficit. in boīs au
tē caſtrēſibꝫ vel q̄ſi nō valet ⁊ hec dicit. Pre
terea inutilis ⁊c̄. Dixi inſti. Pn̄e ſup dixiſtꝭ
multos caſus in qͥbꝫ inutilis eſt ſtipulatio. ſʒ
preter illos ſūt ne alij caſus in qͥbus ſtipu-
latio inutilis ſit. Et rn̄det ꝙ ſic dicēs. Quo
tienſcunqꝫ ille qui ꝓmittit ad ea q̄ interro-
gatus eſt nō reſpondet veluti ſi dicat al qͥs
ꝓmittis mihi decē. ⁊ tu reſpondes ꝓmitto.

J

ꝗnqꝫ. vel ecõuerſo. vel ſi dicat aliqs ꝓmittꝭ
mihi decē. ⁊ tu reſpondes ꝓmitto ſi nauis
venerit ex aſia. vl' ſi alicui ſtipulanti in diez
vel ſub ꝯditione tu rn̄deas pn̄ti die vl' pure
dū tamē illud exp̄mas vicꝫ pn̄ti die vl' pure
ſpondeo nō valet ſtipulatio. Si em̄ ſtipu-
lanti in diē vl' ſub ꝯditione rn̄deres ⁊ nō ex
p̄meres ꝙ pn̄ti die vl' pure ꝓmitteres vale-
ret ſtipulatio ⁊ videretis in eandē diē vl' pu
re ſpopondiſſe. nō em̄ neceſſe ē in rn̄dendo
eadē oīa repeti que ſtipulator exp̄ſſit. que eī
in ꝑſatiōibus dicunt. in rn̄ſionibꝫ repetita
credunt vt. ff. de ꝟbo. obli. l. ticia. §. Itē rn̄-
dit. Qd aūt. in. §. iſto dicit ꝙ ſi ad ea que ī-
terrogata ſūt nō rn̄deat ꝓmiſſor nō valꝫ ſti
pulatio. hoc intelligas niſi diuerſitas place
at ſtipulanti. Que aūt diuerſitas viciet ſti-
pulationem vtrū ea que eſt in qualitate vel
in ꝗ̄titate vl' in ſpecie habes in glo. nō tn̄ or
dinaria ſufficiēter. ⁊ hec dicit. Itē inutil' ⁊c.
Nō ſolū in caſibꝫ q̄ preceſſerūt eſt inutil' ſti-
pulatio. ſed etiā in alijs. qꝛ ſi fueris ſtipula
tus aliqd ab eo q̄ iuri tuo ſubiectꝰ eſt. vel ſi
a te fuerit aliqd ſtipulatus inutilis ē ſtipu-
latio. ſed dr̄ntia eſt inter ſeruū q̄ eſt in ptāte
⁊ filiūfa. qui ſilr̄ eſt in ptāte. qꝛ neqꝫ dn̄o ne-
qꝫ extraneo ꝓmittēdo obligat. Filiꝰ aūt fa.
pr̄i ſuo nō obligat preterqꝫ in voto ⁊ in mu
tuo. ſꝫ videt ꝙ filiuſfa. ꝓmittēdo ī voto ob
ligat p. l. in auten. de ſctis epis. §. Interdi-
cimꝰ. ſꝫ pōt rn̄deri diſtinguēdo inter votū ꝑ
ſone ⁊ votū rerū. In voto reꝝ nō obligat. ī
voto aūt ꝑſone obligat. ⁊ ſic loquit autenti.
Mutuū ⁊c. Queſiui a iuſti. vtꝝ mutus ſti
pulari poſſet. Et rn̄det dicēs ꝙ neqꝫ mutus
ſtipulari pōt neqꝫ ꝓmittere. ⁊ rō huiꝰ eſt. qa
ſtipulatio fit vno interrogāte altero rn̄den-
te. ⁊ ſic vtroqꝫ loquente. Idē dicit de ſurdo
ꝓpter defectū auditus. Qui em̄ ſtipulat ex-
audire debet ꝓmittentē ⁊ q̄ ꝓmittit verba
interrogātis ſilr̄ exaudire debet. ⁊ h̄ planū ē
Nō tamē de illo ſurdo intelligit q̄ oīno nō
exaudit. ⁊ nō de illo q̄ tardiꝰ exaudit. qui em̄
exaudit ꝓmittentē ⁊ ſtipulantē poterit exau
dire. q̄uīs nō ilico ⁊ ita ſtipulari ⁊ promitte-
re poteſt. hec dicit Furioſū ⁊c. Queſiui a iu
ſti. de furioſo an poſſet verbalē obligationē
ꝯtrahere. ⁊ dicit ꝙ nō. Nullū em̄ negociuꝫ
furioſus recte gerit. qꝛ nō intelligit qđ agit.
Pupillus ⁊c. Queſiui a iuſti. an pupillus
poſſet recte ſtipulari. Rn̄det ꝙ pupillus oē
negociū recte gerit dū tamē tutoris auctas
intercedat. ⁊ hoc qn̄ neceſſaria eſt ſcꝫ cum ſe
alteri velit obligare. alteꝝ tamē ſine tutoris
auctoritate bn̄ poteſt obligare. ⁊ hec dicit.
Sed q̄d diximꝰ ⁊c. verſiculum iſtū ex certa
ſcientia diſtinguo. vnde pone in ꝟſic'lo iſto
ſic caſū. Supra dictū eſt ꝙ pupillus recte
gerit oē negociū. ergo cū infans ſit pupil
lus oē negociū recte gerit. ⁊ ita ſtipulari
vel ꝓmittere recte poterit. ſꝫ nō eſt ita ſimpli
citer. ⁊ ad hoc reſpōdens legiſlator dicit qđ
dictū eſt de pupillo intelligendū eſt de eo q̄
eſt ꝓximꝰ pubertati. ⁊ etiā de illo qui aliquē
habet intellectū Infantes em̄ ⁊ illi q̄ ꝓximi
ſūt infantie nō multū diſtant a furioſis. qꝛ
nullū habēt intellectū. ſꝫ deinde ſtatim cor-
rigit iā dictū ſuū q̄ ad vnū mēbrū dicens ꝙ
pupilli ꝓximi infantie nō ꝑ oīa ſūt cēſen-
di pubertati ꝓximi. ſcꝫ ꝙ tanqꝫ furioſi. ſed
habēt idē iuris ꝙ cū tutoris auctoritate ſe
alijs poſſint obligare. ⁊ ſine tutoris aucto-
ritate ſibi alios obligare pn̄t. Sed pōt ne
filiuſfa. impubes auctoritate pr̄is ſui alteri
obligari patris auctoritate p̄cedēte ſic pōs
pupillꝰ tutoꝝ aucte. Et rn̄det ꝙ nō. ⁊ hmōī
rō pōt eſſe qꝛ ſi tutor male p̄ſtitit auctorita-
tē pupillo ſuo. pupillus habebit illū ſibi ob
ligatū nō ſic aūt filiꝰ pr̄ez. Si impoſſibilis
⁊c. Supra habuiſtis multa exempla inuti
liū ſtipulationū. adhuc ponit hic vnū. ſ. cuꝫ
impoſſibilis ꝯditio ſtipulatōni adījcit. ⁊ ap
pello impoſſibilē conditionē illā. ſcꝫ cū na-
tura īpedimēto ē vtputa hoīeꝫ in ſtatu iſto
exiſtentē celū digito tangere. vn̄ iſta ſtipula
tio promittis mihi decē. ſi celū digito tetige
ris: inutilis eſt. ſed ſi negando conditionē
impoſſibilē ꝓmittas aliquid alicui ſtipulā
ti. vtputa ꝓmitto tibi. x. ſi celū digito nō te-
tigerꝭ. pura eſt ſtipulatio ⁊ qđ ſtipulat in cō
tinenti peti pōt. ⁊ hec dicit. Nota ꝙ impoſ-
ſibilis ꝯditio viciat ſtipulationē. Itē ꝟboꝝ
⁊c. Supra dixiſtis dn̄e multa exempla de ī
utilibus ſtipulatōibꝫ ſed ꝓ deo quid ſi in-
ter abſentes fiat ſtipulatio. valet ne ſtipula-
tio. Reſpondet ꝙ non ſed eſt inutilis. ⁊ hoc
ſcꝫ ꝙ ſtipulatio inter abſentes concepta in-
utilis ſit. hoc ideo eſt quia viam ſiue mate-
riam altercandi contentioſis hoībus p̄ſta
bat. Cū em̄ aliquis ab aliquo ſibi ꝓmiſſuꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑ ſtipulationē peteret. ⁊ inſtrumentū in q̄ fuit ꝓmiſſum ꝓ ſe ꝓduceret in mediū̃ i hu iuſmodi caſib⁹ ſolebant ꝓmiſſores ſepiſſi/ me ꝯtra ſtipulatores talib⁹ vti allegatiōib⁹. Frater q̄q̄ in inſtrumento ꝯtineat̃ me tibi hoc vel illud ꝓmiſiſſe. iſta tamen ſtipulatio nullius ē momēti cū ego nō eſſem preſens tali die in loco quo ꝯficiebat̃ inſtrumentū vel etiā cū tu nō eſſes p̄ſens. ⁊ ſtipulatio in/ ter abſentes ꝯcepta ſit inutilis. ⁊ ideo ꝓpter ſecuritatē dirimendarū litiū introducta fu it a dn̄o iuſt. q̄dā ꝯſtitutio quā habes. C. d ꝯhen. ⁊ cōmittē. ſtipu. l. optimā quā ſcripſit ad ceſarienſes aduocatos in qua cautū eſt ꝙ hmōi ſcripturis q̄ ꝑtes preſto indicant oīmodo fides adhibet̃. niſi ille qui talibus vtit̃ allegatōibus. ſcꝫ dicendo aliquē ꝑtiū abſentē fuiſſe manifeſtiſſimis ꝓbatōnibus veluti ꝑ ſcripturā aliam vel ꝑ teſtes idone/ os quibus nulla poſſit opponi exceptio ꝓ/ bauit ſe vel aduerſariū ſuū in alio loco fuiſ ſe q̄ vbi inſtrumētū ꝯfectū erat. ⁊ hec dicit. Poſt mortē ⁊c. In. §. iſto recitat nobis in/ ſti. antiquā formā ſtipulationū ⁊ eam corri git. Olim em̄ ita fuerat ꝙ ſi aliquis ſtipula ret̃ ita. ꝓmittis mihi decē. poſt mortē meam vel ſic. ꝓmittis mihi decē poſt mortē tuā nō valebat ſtipulatio eo ꝙ poſt mortē ſtipula/ toris vel ꝓmiſſoris qui qđ in ſtipulationē deductū eſt ſolueret vel recipet cū miure ve tuſtiſſimo qđ in fine huius. §. corrigit̃. neq; ab heredib⁹ neq; ꝯtra heredes incipe poſſ; obligatio. Similr̃ ſi is qui in ꝑtāte alicui⁹ eſſet vt patris vl' dn̄i ſtipularet̃ ſibi aliquid dari poſt mortē patris vel dn̄i nō valebat ſti pulatio olim ſicut ſi ipe pater vel dn̄s ſtipu laret̃ aliquid p⁹ mortē ſuā ſibi dari. q; filiuſ vel ſeru⁹ vocē patris vl' dn̄i loqui videt̃. ſilr̃ ſi quis olim ita ſtipularet̃. pridie q̄ moriar vel pridie q̄ morieris ꝓmittis mihi decem nō valebat ſtipulatio. ſed demū iam dicta corrigit iuſti. d. ꝙ cū ſtipulatiōes valeant q̄ ꝯſenſu ꝯtrahentiū ſunt concepte ſibi placu it hūc iuris articulū emendare ſtatuens vt ſiue poſt mortē ſeu pridie q̄ moriar fuerit ſtipulatus aliquid ſibi dari vl' ꝓmiſit aliq̄d ſe daturū valet ſtipulatio. ⁊ hec dicit. Item ſi quis ⁊c. Supra vidim⁹ ſtipulationē vnā que olim erat inutilis. ⁊ adhuc recitat vnū caſum in quo olim erat ſtipulatio inutilis: hodie tamē vtilis eſt. Olim em̄ ſi aliquis ſti pulabat̃ ita ſi nauis venerit ex Aſia hodie dare ſpondes. inutilis erat talis ſtipulatio ꝓpter prepoſterationē. Innuit̃ em̄ in iſta ſti pulatōne ꝙ datio euentū ꝯditōis debeat p̄ cedere. ſed cū prepoſteram ſtipulationē i do tibus nō exiſtimauerit reijciendā. placuit iuſtini. ⁊ huic ſtipulatōni nō obſtante p̄po/ ſteratōne ꝑfectū robur accōmodare. vt nō ſolum in dotibus ſed ⁊ in alijs valeat ſtipu latio prepoſtera ⁊ prepoſtere cōcepta. ⁊ hec dicit. Ita aūt cōcepta ⁊c. Supra dictū eſt ꝙ hmōi ſtipulatio. promittis mihi decē p⁹ mortē inutilis erat olim. hodie tm̄ vtilis eſt ſed quid dices de iſta ſtipulatōne: cū mori/ ar dare ſpondes. Et rn̄det iuſti. di. ꝙ olim hmōi ſtipulatio vtilis erat. ⁊ hodie etiā vti/ lis eſt. Itē ſi q̄s ita ſtipulet̃. Promittis mi hi decē p⁹ mortē ticij. bene valet ſtipulatio hmōi. ⁊ hec dicit. Si ſcriptū fuerit ⁊c. Po/ ne ita. Scriptū fuerat in quodā inſtrumē to petrū ꝓmiſiſſe ticio. c. poſtmodū ticio. c. illa petenti pretextu illi⁹ inſtrumenti petr⁹ opponit in hūc modū. Frater q̄q̄ ꝯtineat̃ in inſtrumento me tibi ꝓmiſiſſe. c. tamē cō/ tinet̃ ibi ꝙ interrogatio p̄cedat nō poteris ꝑ illud inſtrumentū ad illa. c. agere. Queſi ui ergo a iuſti. in iſto caſu q̄d iuris. ⁊ rn̄det dn̄s iuſti. ꝙ ſi ſcriptū fuerit in inſtrumēto aliquid ꝓmiſiſſe. ꝑinde habet̃ ac ſi interro/ gatione p̄cedente ꝓmiſſio facta eſſet. cū enī in inſtrumēto cōtineat̃ ipm ꝓmiſiſſe vident̃ oīa ſolenniter acta. ⁊ hec dicit. Quotiēs plures res ⁊c. Quidā ſtipulatus ē ſibi dari plures res. vtputa. C. digeſtū. ⁊ inſtitut̃. q̄ rit̃ vtrū ualeat talis ſtipulatio. Et rn̄det ꝙ ſi reſpondeat ꝓmiſſor ꝓmitto. oīa videt̃ ꝓ/ miſiſſe. ſi aūt rn̄deat inſtitutā ꝓmitto. ꝑ ſo/ la inſtituta cōtrahit̃ obligatio. Singulas em̄ res ſtipulari ⁊ ad ſingulas rn̄dere debe mus. ⁊ hec d. Alteri ſtipulari ⁊c. Sup̄ di/ ctū ē ꝙ nemo pōt alteri ſtipulari eo ꝙ inuē/ te ſūt hmōi obligatōes ad h̄ vt vnuſq̄ſq; ſi/ bi acquirat qđ ſua intereſt. ſed non intereſt ſtipulatoris ꝙ aliq̄d alteri det̃. Sed pona/ mus ꝙ aliquis velit alteri aliquid ſtipula/ ri. qualiter poterit hoc facere. Et reſpondet ꝙ penam debet ſtipulari. vicꝫ ſic. niſi ita fa/ ctū ſit vt cōp̄henſumē in ſtipulatione. ver bigr̄a. Promittis ticio decē. ꝓmitto. ⁊ niſi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ılla decem dederis ꝓmittis mihi viginti pe
na aūt adiecta in ſcđa ſtipulatōne nō facit
primā ſtipulationē que ꝑmo erat inualida
valere. ſed metu pene ꝗ in prima ſtipulati/
one cōtentū eſt ſoluit. niſi em̄ dederit decem
in ꝑma ſtipul'. cōtenta. cōmittit illa ſtipula.
ſcꝫ in viginti. cū quis ſtipulat penam nō in
ſpicit vtꝝ interſit ſtipulatoꝛ ꝗ que ſit q̄titas
in ꝯditōne ſtipulatōis. qđ ſic intelligūt qui
dā penā ꝗ pena nō excedat duplū. alij autē
dicūt ꝗ nō debet excedere quadruplū. dn̄s
aūt Guido ſic diſtinguit. Cum aūt pena in
terponit aut interponitur ꝑ verba q̄titatem
deſignantia. cuiuſmodi ſūt duplū. triplū.
q̄druplū. ⁊ tal' pena nō dꝫ excedere q̄druplum
aut ꝑ v̄ba deſignātia q̄litatē. ⁊ tūc q̄tacūqꝫ fu
erit q̄titas etiā in centuplū bn̄ valet ſtipula
tio. ⁊ hec dicit. Sed etiā ſi quis. Supra di
ctū ē ꝗ nemo alteri pōt ſtipulari. vn̄ querit
q̄l'r hoc ē intelligendū. ⁊ dicit imp. ꝗ hoc eſt
ſic intelligendū niſi interſit ei' qui ſtipulat
nā ſi tutoꝛ q̄ tutelā pupillo ſuo cepit miſtra
re ceſſerit admiſtrationē contutori ſuo bn̄
poterit a ꝯtutore ſtipulari rē pupilli ſaluam
fore. ⁊ alteri ſtipulari cū ei' interſit. eo ꝗ ſi
male admiſtrauerit ꝯtutoꝛ tutelaꝫ haberet
pupillus tutorē q̄ ꝑmo admiſtrauit ſibi ob/
ligatū ⁊ eadē rōne poterit aliq̄s aliq̄d ſtipu
lari ꝓcuratori q̄ aliq̄d certa die a dn̄o ſuo ꝓ
miſit ſub pena ne pena cōmittat. vl' credito
ri ſuo ne pignoꝛa ſua diſtrahant. hec dicit.
Verſa vice ⁊c̄. Sup̄ dictū ē ꝗ ſi aliq̄s alte/
ri ſtipulet nō valet ſtipulatio niſi fuerit ſti/
pulat' ſic. ſi ita nō factū fuerit vt in ſtipula.
cōprehēſū ē in caſu ꝯrio. nā ſi aliq̄s ꝓmiſe/
rit aliū aliq̄d facturū ⁊ ſtipulari nō valet ꝓ
miſſio niſi penā ꝓmiſerit ſi illud nō fecerit
alius. h. d. Itē nemo. Po. ſic. aliq̄s ꝓmiſit
tibi fructuꝫ fundi ſui futuꝝ. valet ne hmōi
ſtipula. ⁊ rn̄. iuſt. ꝗ nō. Nemo em̄ rem ſuaꝫ
futurā in eū caſū q̄ ſua ſit vtiliter ſtipulat. ⁊
hec d. Si de alia re ⁊c̄. Po. ſic. Stipulat'
fui a ticio in hūc modū. ꝓmittis mihi aīal
intelligens de eq̄ ⁊ ipſe rn̄dēs ꝓmitto intel/
ligēs de aſino. valet ne ſtipulatio. ⁊ rn̄. dn̄s
iuſt. ꝗ nō. Cū em̄ de vna re ſenſerit ſtipula/
toꝛ ⁊ de alia ꝓmiſſoꝛ ꝑinde nō valet ſtipula
tio. ac ſi ad interrogatū rn̄ſuꝫ nō eēt. ⁊ h. di.
At iſtū. §. bene intellige niſi diuerſitas illa
placeat ſtipulatori. qꝛ ſi ſic bn̄ valet ſtipula
tio. Qđ ex turpi ⁊c̄. Stipulat' fui ſic. ꝓmit/
tis mihi. x. ſi ticiū hic occidero vl' ſi furtum
fecero. valet ne hmōi ſtipula. Rn̄det ꝗ nō.
qđ em̄ ex turpi cā ꝓmiſſū ē ⁊c̄. Cū q̄s ⁊c̄. Po
ne ſic. Stipulat' fui a ticio dari mihi decēꝫ
ſub aliq̄ ꝯditōe anteq̄ꝫ exiſteret ꝯditio deceſ
ſi. poſtmodū exñte cōditōe querit vtrū me'
heres agere poſſit ex iſta ſtipu. ⁊ rn̄. iuſti. ꝗ
ſic. Eodē modo ſi me ſtipulatore viuēte de
mū ante cōditōnis euentū decedat ꝓmiſſoꝛ
poſtmodū ſi exiſtat cōditio potero agere ꝯ cō
tra heredes ꝓmiſſoris. ⁊ hec di. Qui h̄ an/
no ⁊c̄. Pone ita. Stipulat' fui a te dari mi
hi. x. h̄ anno vl' h̄ mēſe. querit q̄n̄ poſſū iſta. ꝓ
petere. Et rn̄det impa. ꝗ in oīb' ꝑtib' an/
ni vl' menſis ꝑteritis poſſū petere. Aliud āt
ē ſi ſtipulat' fui mihi dari aliqđ annuū. q̄s
tūc in ꝑncipio anni pōt peti. ⁊ hec dicit Si
fundū ⁊c̄. Po. ſic. ꝓmiſiſti fundū ⁊ hoīem
pure. quero ꝗ cū iſta ſtipul'. ſit pura vtruꝫ ex
ea incōtinēti poſſim agere. ⁊ rn̄. iuſt. ꝗ non.
niſi tm̄ tps ꝑterierit q̄ traditio fieri poſſet. ⁊
hec dicit. Sup iſto titu. aūt ſolebat aliq̄n̄
a q̄buſdā fieri tale q̄re. q̄re apud antq̄s iſta
ſtiplatio. ꝓmittis mihi ꝑdie q̄ꝫ moriar erat
inutilis. hec aūt ꝓmittis mihi decē cū mori
ar apud antiquos erat vtilis. quidaꝫ iſtud
q̄re reputāt ꝓ truſa. cū etiā ius antiquū ho
die ſit correctū. ſic tn̄ rn̄dēt. Incertioꝛ ē di/
es mortem precedens q̄ꝫ dies mortis dice
bat vt in plures ⁊ ꝓpter maiorē incertitudi/
nem dies proxima morti dicebat apud an/
tiquos ſtipulatio in diem ꝓximā morti. nō
ſic aūt in diem mortis.

De fideiuſſoribus rubrica.

Alia nedū ꝑncipales ꝑſone verbiſ
obligant. verūetiā interceſſores ſi/
ue fideiuſſores ꝓ q̄buſlibet interce
dūt v̄bis obligant. ꝓpterea titu. iſte de fide/
iuſſorib' ꝯueniēter ponit ſub tractatu đ ver
boꝝ obli. Pro eo q̄ ꝓmittit ⁊c̄. Queſiui a iu
ſti. vn̄ ꝓcederēt fideiuſſores ſiue ortū h̄ent
certe dicit ipſe ſepe ꝯtingit ꝗ vnus ꝑncipalr
obligat ⁊ ali' ꝓ eo intercedēdo obligat q̄ fi/
deiuſſoꝛ appellat. ⁊ fideiuſſores iſtos accipi
unt creditores dū curāt vt tuti' caueat. In
oibus ⁊c̄. Queſiui ab impatore an fideiuſ/
ſoꝛ accipi poſſet ſolūmodo a debitore qui ē
v̄bis obligatus. Rn̄det o. ꝗ fideiuſ. pōt ac
cipi in omi obligatōne. ſiue ſit obligatio cō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tractare ſiue ꝟbis ſiue ꝯſenſu. ꝛ plus dico ꝙ fideiuſſoꝛ pōt dari ꝑ obligatōne ciuili tā tū. ꝛ ꝑ naturali tm̄. ꝛ ꝑ ciuili ꝛ naturali. vn/ de cū ſeruꝰ dn̄o ſuo poſſit naturalr̄ obligari pōt ꝛ dare fideiuſſorē dn̄o ſuo. ꝛ id qđ ei na/ turalr̄ debet ꝛ etiā extraneo ꝛ erit ille fideiuſ ſoꝛ a ſeruo datus dn̄o naturalr̄ ꝛ ciuilr̄ ob/ ligatꝰ. cū tn̄ debitoꝛ ꝑncipalis ſit tm̄ natu/ ralr̄ obligatꝰ. qđ mirū videt̄ cū plus nō de beat eſſe in acceſſiōe ꝙ̄ in ꝑncipali obligati/ one. vt infra eo. ti. §. Fideiuſſores. ad qđ re ſponde ꝙ plus loco vl' tp̄e vl' re vel cauſa nō pōt eſſe in fideiuſſ. ꝙ in ꝑncipali debito. tn̄ circa illud idē qđ debeat eſſe ꝑncipalis de/ bitoꝛ pōt eſſe efficatioꝛ obligatio fideiuſ. ꝙ̄ ꝑncipalis debitoris. Fideiuſſoꝛ ꝛc. In iſto §. ſic po. ca. ſi aliqͦs ꝑ debitore aliq̄ fideiube at nō ſolū ip̄e ē obligatꝰ q̄diu viuit. ſed etiā ſi deceſſerit relinquit heredē obligatū. ꝛ hu iuſmodi rō eſt qꝛ ex ꝯtractu tenent̄ heredes Fideiuſſoꝛ ꝛc. Pone ꝙ aliqͦs ita fideiuſſit ꝑ ticio. fideiubeo ꝑ ticio in id qđ ſibi credās vel in id qđ ſibi credidiſti valet ne talis fide iuſſio. Rn̄det ꝙ ſic. ꝛ h̄ eſt qđ in iſtis duobꝫ §. dr̄. Si plures ꝛc. Pone ꝙ ꝑ q̄dā debito/ re penes ſuū creditorē. iiij. fideiuſſerūt. nū/ q̄d iſti plures fideiuſſo. tenent̄ in ſolidū. Re ſpondet iuſti. ꝙ ſic. ꝛ liberū eſt creditori a q̄ opter ſi velit exigere ſolidū de rigore iuris ꝑ miti ut. ſꝫ poſtea inuēta fuit ep̄l'a diui adria ni in q̄ cauet̄ ꝙ īter oēs fideiuſ. q̄ ſūt ſoluen/ do tp̄e litis ꝯteſt. diuidat̄ obligatio. ſed ſi tp̄e litis ꝯteſt. vnꝰ inueniat̄ nō ſoluēdo cete ros onerat. Sꝫ po. cū. iiij. ſūt fideiuſſores ꝙ vnꝰ ꝯuentus a creditore ſolidū ſoluerit. q̄d iuris in iſto caſu. Rn̄det iuſti. ꝙ ſi ꝑnci palis debitoꝛ nō ſit ſoluēdo. hoc erit ſuū de trimentū ꝛ ſibi debet imputari q̄re totū ſol/ uit qꝛ potuiſſet ſe iuuaſſe ep̄l'a diui adriani. ꝛ hec dicit. Fideiuſſores ꝛc. Queſiui a iuſt. vtrū fideiuſſores ita poſſint obligari ꝙ plꝰ debeant ꝙ̄ debeat debitoꝛ ꝑncipalis. Et re ſpondet iuſti. ꝙ nō. Obligatio fideiuſſoria acceſſoria ē ꝑncipali obligatōi. plus eñ nō debet eſſe in acceſſiōe ꝙ̄ in ꝑncipali obliga/ tione. ſed ecōuerſo bn̄ pōt eē. Si eñ ꝑnci/ palis debitoꝛ obliget̄ in decē bn̄ pōt fideiuſ ſoꝛ obligari in q̄nqꝫ ꝙ fideiuſſ. oblíget̄ ī ꝑr. h̄ eſſe nō pōt. hec dicit. Item ſi ille ꝑ me ꝛc. Sup̄ dixi ꝙ in maiori q̄ntitate nō pōt tene/ ri fideiuſ. ꝙ̄ debitoꝛ ꝑncipalis. idē dico in tp̄e. Nō eī ꝑt eē ꝙ fideiuſſoꝛ pure teneat̄ q̄n do ꝑncipalis debitoꝛ ſub ꝯditōne obligat̄. qꝛ ſic ī plus teneret̄ fideiuſſoꝛ ꝙ̄ debitoꝛ ꝑn cipalis. qꝛ plus intelligit̄ nō ſolū in q̄ntitate ſꝫ etiā in tp̄e minꝰ ꝛ plus intelligit̄. ecōuer/ ſo aūt nō pōt obligari pure. hec di. Si q̄d Sup̄ dictū eſt ꝙ inter fideiuſſ. ꝛ creditorē eſt obligatio ꝟboꝝ. ſed que ē obligatio īter fideiuſſorē ꝛ ꝑncipalē reū. Et rn̄det iuſti. ꝙ ſi aliqͦs fideiuſ. ꝑ reo ſoluerit habet ꝯtra eū actionē mandati. ꝛ ita ꝙ̄ ꝙ̄ ꝟboꝝ obligatio que eſt ſtricti iuris ſit inter fideiuſſorē ꝛ ꝑn cipalē debitorē eſt obligatio mādati q̄ ē bo/ ne fidei. ꝛ hec dicit. Grece aūt. Dn̄s impat. dicit h̄ ꝙ fideiuſſ. accipit̄ nō ſolū ꝑ ꝟba lati/ na ſed etiā ꝑ ꝟba greca. ꝛ hec dicit. In ſtipu latōibus Stipulatio aūt fideiuſ. pōt eē cau ta ꝛ nō cauta. ſi aūt cauta nō ſit vt ſi inſtru/ mentū dicat ꝙ ipſe ꝑmiſerit creditori inter roganti. ꝛ nihilominꝰ oīa p̄ſumunt̄ ſolenni ter acta q̄ſi interrogatio ꝑmiſſionē preceſſiſ ſet. ꝛ hec dicit.

## De obligatione lr̄arum.

Cum iam expeditū ſit de duabꝫ obli gatōnibꝫ naſcētibus ex ꝯtractu. ſb/ ſequēter accedit iuſt. ad terciā. ſ. ad obligationē lr̄aꝝ. Olim ſcriptura ꝛc. Queſi ui a dn̄o iuſt. q̄d eſt obligatio lr̄aꝝ. ꝛ ipſe re ſpondet d. Obligatio lr̄aꝝ eſt illa q̄ neqꝫ cō ſtat re neqꝫ ꝟbo neqꝫ ꝯſenſu. ſꝫ lr̄is ſiue ſcri/ ptura. Iſta tn̄ obligatio lr̄aꝝ fiebat olim cū quadā ſolēnitate quā hodie nō habemus. Obligatio tn̄ iſta inefficax eſt q̄diu ei pōt opponi exceptio non numerate pecunie. ſcꝫ olim vſqꝫ ad q̄nquēniū. ſed hodie infra biē niū. ex iſta aūt obligatōe naſcit̄ actio que vo cat̄ ꝯditio ex lege. ſcꝫ tūc q̄n non habet locū exceptio nō numerate pecunie cū nō ſit ver boꝝ obligatio. ſi eñ eſſet ibi ꝟboꝝ obliga/ tio. nō haberet locū titulus iſte. ſed ad pre/ cedentes titu. eſſet recurrendū. Ad intelle/ ctū tn̄ tam textus ꝙ̄ gloſaꝝ iſtius §. ſciēdū eſt ꝙ ſi aliqͦs ꝯfiteat̄ in iudicio ſe debere ali/ q̄d alicui ꝛ tūc valet iſta ꝯfeſſio etiā ſi ſine cauſa ꝯfiteat̄ cū auctās iudicis ſiue iudicij vicē cauſe ſuppleat. vt. ff. de inter. act. l. i. ꝛ iij ſi aūt extra iudiciū facta ſit ꝯfeſſio. aut ē fcā ſine cauſa ꝛ tūc nō valet. aut cū cauſa ꝛ tūc diſtingue. qꝛ aut apponit̄ cā mutui ꝛ tunc in



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

odiū feneratoꝝ poterit opponi exceptio nō
numerate pecunie infra bienniū. ⁊ cōpellet̃
feneratoꝛ ꝓbare pecuniā ſe numeraſſe. aut
opponit̃ cauſa dotis ⁊ tūc infra menſē vł̃ an
nū poterit opponi exceptio nō numerate do
tis. ſi aūt ex alia cā ꝯfiteat̃ ſe debere veluti
cauſa emptōis ⁊ ſilr̃ incōtinēti p̄ſumit̃ cau
ſa vera ⁊ ſic ꝯfitēri p̄iudicat. Itē querit̃ cum
q̄s ꝯfitet̃ in ſcriptura ſe debere. q̄re nō ſtat̃
ſcripture preciſe. ſ; pōt opponi ꝯtra eam ex-
ceptio nō numerate pecunie. Dicas q̄ mul
tū refert vtꝝ in ſcriptura iſta ꝯtineat̃ ſic. No
ueritꝫ. M. in nr̃a p̄ñtia ꝯſtitutū ꝯfeſſuꝫ fu
iſſe ſe debere tali ex cauſa mutui. c. Hec em̄
ſcriptura nō dicit pecuniā ſibi numeratam
fuiſſe. ſ; ꝯfeſſū fuiſſe ſe debere tali q̄d forſan
ſpe future numeratōis fecit q̄ forſan nō fuit
ſubſecuta. ⁊ ꝓpterea ꝯtra talē ſcripturā bene
pōt opponi exceptio nō numerate pecu. nec
ſequit̃ q̄ de neceſſitate tali ſtet̃ ſcripture ſub
tiliter indagāti liquere. Si aūt ita ꝯtineat̃
in ſcriptura. Noueritis q̄ talis ī p̄ñtia no
ſtra ꝯſtitutus numerauit vł̃ numerari fecit
tali. c hic fit mētio p̄ciſe ī ſcriptura d̄ nume
ratōe facta. ideo ſcripture ſtare optet q̄ꝛ non
pōt hmōi lr̃is except. nō numerate pecunie
opponi. Itē ſcire debes q̄ ꝓpter tres gradus
exn̄tes in ſcriptura ſc; ſcp̄ture ſtipulatōis ⁊
iuramēti dicūt quidā q̄ tres ſūt exceptiōes
rn̄dentes iſtis trib; gradib;. Aut em̄ ꝯfitet̃
q̄s ſe debere aliq̄d in ſola ſcp̄tura. ſc; ſine ſti
pulatōne ⁊ iuramēto. ⁊ ꝯtra iſtā ſcripturam
habet locū exceptio nō numerate pecunie.
aut in ſcp̄tura in q̄ ꝯtinet̃ ſtipulatio. ⁊ cōtra
iſtā opponit̃ exceptio in factū. aut in ſcp̄tu-
ra in qua ꝯtinet̃ iuramētū. ⁊ ꝯtra iſtā oppo-
nit̃ exceptio doli. Alij dicūt q̄ exceptio non
numerate pecunie. nō eſt exceptio ſp̄ealis ſ;
generalis cum q̄ ꝯcurrit exceptio doli ſpe-
cialis. ſed q̄ꝛ exceptio doli nō habet locū cō
tra p̄rem vł̃ patronū. ideo adinuēta fuit ex-
ceptio in factū q̄ poterit opponi ꝯtra ſcriptu
ras in tali caſu. Multi aūt dicūt q̄ ſi debi-
toꝛ ante bienniū exceptōi nō numerate pe-
cunie opponat ⁊ artat creditoꝛē ad ꝓbandū
pecuniā fuiſſe numeratā. poſt bienniū etiā
poterit ipam opponere ſ; nō cū tāto effectu
q̄ꝛ tūc nccē habebit ꝓbare pecuniā ſibi non
fuiſſe numeratā. Multū aūt ⁊c. Quia ſup
dixit iuſti. q̄ exceptio nō numerate pecunie

p⁹ multū tp̄s opponi nō poterit. ideo hic ex
ponit q̄d ē mł̃tū tp̄s dicēs q̄ h̄ tp̄s erat olim
vſ; ad q̄nquēniū. ſ; ne creditoꝛes ſuis pecu
nijs d̄fraudarent̃ ꝓpter longū tp̄s infra q̄d
olim potuit opponi exceptio nō numerate
pecunie. ideo illud tp̄s ꝑ ꝯſtitutōem impa-
toꝛis vſ; ad bienniū eſt coartatū. ita q̄ poſ-
ſit illa exceptio opponi cū effectu. p⁹ bienniū
ꝟo non cū effectu. ſc; cū oneret creditoꝛē ad
ꝓbandū pecuniā fuiſſe numerataꝫ. poterit
etiā poſt bienniū ꝓbare h̄ vt. ſ. dictuꝫ eſt. ⁊
hec dicit.

De obligatōibus ex ꝯſenſu.

Cum iā expeditū ſit de trib; obliga-
tionib; q̄ ex ꝯtractu naſcunt̃. ſubſe-
quenter videndū eſt de q̄rta q̄ dicit̃
ex ꝯſenſu obligatio. ⁊ ꝓpterea ſubijcit̃ h̄ ru-
bri. de obligatōib; q̄ ex cōſenſu fiūt. ⁊ durat
hec ps vſ; ad tit. de obli. q̄ ex q̄ſi ꝯtractu na
ſcunt̃. ⁊ h̄ eſt verꝝ tā in capite q̄ꝫ in membris
In ti. aūt p̄ñti determinat generalr̃ de obli
gatōib; q̄ ex ꝯſenſu fiūt. ⁊ ita in capite dicit̃
tractare. in q̄tuoꝛ aūt ſequētib; ti. deſcendit
ſpecialr̃ ad ſp̄ēs illi⁹ obligatōis. ſc; vt ad em
ptionē venditionē. locatōem. ꝯductōem. et
ſic de alijs. ⁊ ita tractat de mēbris. Cōſenſu
fiunt obligatōes. Queſiui a iuſti. Dn̄e in q̄
bus exēplis eſt hoc q̄ obligatio ſolo ꝯſenſu
contrahit̃. Et rn̄det q̄ in emptione. vendi.
locatōne. cōductōne. ſocietate ⁊ mandato.
Sed queſiui iterꝝ quare dn̄e d̄ꝛ in his q̄tu
oꝛ modis cōtrahi obligatio conſenſu. q̄ꝛ ad
hoc q̄ iſtis q̄tuoꝛ modis ꝯtrahat̃ obligatio
nō eſt neceſſe q̄ ptes ſint p̄ñtes neq; q̄ inter
ueniat ſcriptura neq; etiā aliq̄d dari ſ; ſuffi
cit q̄ ꝯtrahētes cōſentiant. vn̄ iſti ꝯtractus
etiā inter abſn̄tes cōtrahi p̄nt vel ꝑ ep̄laꝫ aut
ꝑ nunciū. ⁊ hoc dicit. Itē in his cōtractib;.
⁊c. Ad intellectū iſti⁹. §. ſcire debes q̄ ſtipu
latio d̄ꝛ ſtricti iuris. ſ; querit̃ q̄n cōtractus
dicit̃ ſtricti iuris. ad h̄ dico generalr̃ q̄ quo
tienſcūq; in cōtractu nihil venit niſi q̄d in-
ter ptes expreſſe cōuenit tūc ille ꝯtractus d̄ꝛ
ſtricti iuris. vn̄ reſcripta demandata iudici
bus dicunt̃ tota die eſſe ſtricti iuris eo q̄ in
eis nihil venit niſi ea de q̄b; in eis cautū eſt
⁊ arbitriū dicit̃ etiā ſtricti iuris eo q̄ in ar-
bitrio nihil venit p̄ter verba exp̄ſſa in con-
uentione ſiue in compromiſſo. hoc p̄notato
pone ca. in iſto. §. ſic. dixi iuſti. Dn̄e vid ſup

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

differentiaȝ generalē inter hūc ti. ⁊ ſpecies
ſupiores ꝯhendi. ſcȝ inter obligatōem q̄ fit
re ⁊ obligatōeȝ verboꝶ ⁊ obligatōes lr̄arū.
ſȝ dn̄e ꝑ deo detis aliā dr̄iam inter obligati
onē que fit ex cōſenſu ⁊ obligationē verbo⸗
rū. Et rn̄det dicēs. Frater ecce aliā differē
tiā. In obligatōe eīn que fit ꝯſenſu obligaẗ
hinc ⁊ inde alter alteri. in his etiā q̄ nō ſunt
dicta in cōuentione ſi ex bono ⁊ equo ea p̄⸗
ſtari oporteat. In ſtipulatōe aūt verborum
nihil venit vltra id qđ inter ptes conuenit
⁊ hec dicit.

De emptione ⁊ venditione.

Upra de capite hoc eſt de obligatio
nibus que ex conſenſu fiunt dictū
eſt. modo ad mēbra h̄ ē ad ſpēs ſiue
ad ꝯtractus ſpēales deſcendendū eſt. ⁊ pri
mo ad ti. emptōis ⁊ vend. vn̄ dicit emptio ⁊
venditio. Queſiui iuſti. qr̄ cōtrahiẗ em⸗
ptio ⁊ ven. Et rn̄det dicēs. ꝙ emptio ⁊ ven.
contrahiẗ ſolo conſenſu q̄ꝫcito fuerit de pre
cio ꝯuentū. licet non fuerit arra data neqꝫ p̄
ciū neqꝫ aliquid loco precij. ⁊ hec obtinēt ex
natura emp. ⁊ ven. que fiunt ſine ſcriptura.
In hmōi eīn emptōibus ⁊ venditōibus ni
hil a nobis innouatū ē. In his aūt ⁊c. dn̄e
ſupra dictū eſt ꝙ ſi fiat emptio ⁊ vend. ſine
ſcriptis ſolo conſenſu pficiẗ. ſed quid erit
de emp. ⁊ ven. que ſcriptura cōficiẗ. Et rn̄⸗
det d. ꝙ aliter nō valet talis emp. ⁊ ven. nec
eſt pfecta niſi inſtrumēta ab oī vitupio mū
da manu alteri⁹ cōtrahentiū fuerint cōſcri
pta. vel ſi ab alijs ſint ſcripta optet ꝙ illa a
contrahēt. bus ſint ſubſcripta. ⁊ ſi fiat p ta⸗
bellionē optet ꝙ illa ſcripta ſint a ptib⁹ ſub
ſcripta ⁊ approbata vt accipiāt cōplementū
Donec eīn aliqđ deeſt hmōi ſcripture peni
tētie. locus eſt tam emptori q̄ꝫ ven. ſine aliq̄
pena. ⁊ hoc verū eſt ſi nō fuerit arra data ſi
ue i ſcpt̄ſ ſiue ſine ſcript̄ſ celebrata fuerit em
ptio. q: tunc emptor a cōtractu recedere p̄t
pdit tn̄ arras quas dedit. Si aūt vēditor q̄
arras recepit a cōtractu recedere velit pote
rit ſȝ reſtituet arras duplicatas ipſi empto
ri etiā ſi ſup arris nihil inter cōtrahētes a⸗
ctū fuerit. ⁊ hec dicit. Queri pōt eſt hic ſi ta⸗
bellio ſcripturā ſuam ſup cōtractu. empti.
⁊ vendi. fecerit. ⁊ eam p annū vl' bienniū te⸗
nuerit vt ꝙ ſit ꝯtrahētib⁹ locus pnīe. ⁊ p̄t rn̄
dere ꝙ non niſi cōtractu in ſcpt̄ſ celebraẗ ſi
ne ſcp tura ſic. Sed vlteri⁹ queri pōt q̄s cō
tractus in ſcriptis celebrari pōt. Et diciẗ ꝙ
ſup hoc diuerſe ſunt opiniones. M. eīn di
xit ꝙ cōtract⁹ tūc dicit in ſcriptis celebrari:
qn̄ ita ꝯuenit inter ptes ꝙ nō valeat contra
ctus niſi inde fiat ſcriptura ſȝ h̄ nō inueniẗ
in lege cautū. Dn̄s aūt guido dicit ꝙ ꝯtra
ctus dr̄ fieri in ſcptis qn̄ in p̄ncipio dictū ē
ꝙ ſup ꝯtractu illo d̄beat fieri ſcptura. vt. C.
de fide inſtrumē. l. ꝯtractus. Sine ſcriptis
aūt appellat ꝯtractus ſup q̄b⁹ nō ꝯuenit vt
fieret ſcriptura. vel ſi fiat ſcriptura tn̄ nō fit
vt p ſcripturā ꝯtractus meli⁹ valeaẗ ſȝ ſolū
modo ad memoriā. Scire aūt debes ad di
lucidiorē hui⁹ materie intellectū ꝙ in italia
talis eſt ꝯſuetudo ꝙ p̄mo fit in breuiatura
qn̄ ſup aliquo cōtractu a tabellione publi⸗
co debet ꝯfici ſcriptura ⁊ ſit mūda qđ nihil
aliud eſt niſi noua ſcriptura p̄ncipalis q̄ de
bet eē nō cancellata nō viciata nec i aliqua
ſui pte abolita ſȝ ab oīn vitupatōne mun⸗
da. ⁊ poſtea vocanẗ ptes ⁊ legiẗ iſtud mun⸗
dū corā ptib⁹ ⁊ ſi ꝯſentiāt ptes tūc dr̄ ſcptu
ra a ptib⁹ abſoluta. Cū aūt a tabellione fiūt
ſubſcriptōes tūc ē ſu pſcptura cōpleta ⁊ iſta
ꝯſuetudo dixit dn̄s iacob⁹ baldō. ab iſto. §.
determinatio. illā aūt ab iſto. §. Hoc aūt ſō
ſecuto ſiue in ſcpt̄ſ ſiue ſine ſcript̄ſ ⁊c. ſic itel
lige vtrūqꝫ. §. q̄ꝫtū ad penā arrarū. idē ē ſiue
in ſcptis ſiue in nō ſcript̄ſ fuerit vēditio ce⸗
lebrata ſȝ nō intellige q̄ ad pnīam. vn̄ refe⸗
ras h̄ qđ dicit ſolūmodo ad penā arrarū et
ꝯcordabit ſcptura. nā tūc qn̄ ꝯtract⁹ in ſcp
tis celebrat⁹ ē ⁊ cōpletus ſi velit emptor vel
vēditor a ꝯtractu recedere ſuſtinebit penaȝ
arraꝶ ſed nō ſolā. Si aūt nō fuerit ꝯtract⁹
ſcriptura completus volēs recedere a ꝯtra⸗
ctu ſolā penā arraꝶ ſuſtinebit. Nota ꝙ ſo⸗
lo ꝯſenſu emptio ⁊ ven. pficiẗ. Iteȝ nota ꝙ
arra nō ē de ſubſtantia ꝯtract⁹. Itē not. pu
niri in arris illum contrahentem quem pe
nitet. Precium ⁊c. Supra dictum eſt ꝙ em
ptio ⁊ ven. ꝯtrahiẗ inter ꝯhētes. ſi inter ꝯhē
tes fuerit de precio conuentum. ſed debes
ſcire ꝙ optet ꝙ preciū ſit ꝯſtitutū ⁊ etiaȝ ꝙ
certū preciū ꝯſtituaẗ. Sed pone cū vellem
equū amici mei emere. ⁊ dixit mihi ꝙ habe⸗
rem equū illū p tanto p quanto ticius com
munis amicus noſter eſtimaret q̄d erit in

iſto caſu. Et dicit impator ꝙ alibi ordina/
tū eſt ꝙ ſi cōis amicus nr̄ diffinierit p̄ciūꝫ
valeat ↄtractꝰ. Si aūt ille q̄ noīat noluerit
vel non potuerit preciū diffinire nō valꝫ cō
tractꝰ. idē etiā intelligit in loca. ⁊ ↄdu. h̄ di/
cit Item preciū in ⁊c̃. Sup̄ dictū ē ꝙ duo re
quirūt ad h̄ ꝙ valeat emptio ⁊ vend. vicꝫ ꝙ
p̄ciū ↄſtituat ⁊ ꝙ certū p̄ciū. ⁊ ad huc terci/
um ē neceſſariū. ſ. ꝙ ſit in pecunia numera/
ta. ſꝫ nōne ſi dedero tibi equum ꝓ vino ⁊ ita
equū ꝓ vino ꝑmutauero erit ne emptio et
venditio. Et rn̄det impator dicēs ꝙ ſup h̄
apud antiquos q̄rebat ⁊ caſſius ⁊ ſabinus
dicebāt ꝙ ſic. Dicebāt eñ ꝙ ꝑmutatio erat
vetuſtiſſima ſpēs empti. ⁊ ven. ⁊ h̄ ꝓbabant
argumēto Homeri dicētis ꝙ aliq̄ ps exer/
citus achiuoꝝ vinū ſibi emit ꝑmutatis q̄/
buſdā rebꝫ ꝓ vino ⁊ ita ꝑmutatio dicit em/
ptio ſm̄ homeꝝ. ſꝫ diuerſe ſcole autores ali
ud ſentiebāt Dicebāt eñ aliud eſſe emptio
q̈ in ꝑmutatōne nō poteſt patere q̄ res no
mine p̄cij data ē ⁊ que data nō ē. ꝙ aūt vtra
q̄ꝫ videat vendi ⁊ loco precij dari h̄ nulla rō
ꝑmittit. ſꝫ proculus dicebat ꝑmutationem
eē ſpeciē ſepatā ab emp. ⁊ ven. ⁊ eiꝰ ſnīa p̄ua
luit. Sed dn̄e quid videt vobis de ſnīa caſ
ſij ⁊ ſabini q̄ vtit auctorita. ꝓhoꝝ. Et rn̄det
ꝙ ſnīa proculi melior eſt ⁊ rōnibꝫ validiori
bus nitit. hec dicit. Cum aūt empt. In ſu/
ꝑioribꝫ dictū ē ꝙ emp. ⁊ ven. ↄtrahit ſil' atq̄ꝫ
de p̄cio ↄuenit ſꝫ adhuc res non ſit tradita
neq̄ꝫ p̄ciū ſolutū. ⁊ h̄ ſi ſine ſcriptura ↄtracta
fuerit venditio. Si eñ aliq̄ venditio ↄtra/
hat in ſcriptis poterit tā emptor q̄ꝫ ven. im/
pune a ↄtractu recedere donec totuꝫ fuerit
cōpletū. Cū igit dicat legiſlator poſt cōtra/
ctū completū ꝑiculū rei vēdite ad emptoreꝫ
ꝑtinere: apparet ꝙ ꝑiculū rei vendite ꝑtinet
ad emptorē poſtq̄ꝫ d̄ p̄cio fuerit ↄuētū. Cō/
pletus aūt dicit ↄtractꝰ vt ex p̄cedētibꝫ patꝫ
q̄ꝫcito de p̄cio ↄuentū ē q̄ꝫuis emptori tradi
ta nō fuerit ſed penes vēditorē ꝑierit. vnde
ſi ſeruus fuerit venditus ⁊ anteq̄ꝫ emptori
tradat ſine dolo ⁊ culpa vēditoris penes vē
ditorē deceſſerit vl' aliqua p̄te ſui corꝑis le/
ſus fuerit emptori perit. ⁊ nihilominus ne
ceſſe habebit venditori integꝝ p̄ciū reſtitu
ere ſi nondū preciū fuerit ſolutū. idem etiā
eſt ſi edes vendite anteq̄ꝫ tradant tote vel
aliqua parte ſui incendio cōſumpte fuerint

vel ſi fundus venditus anteq̄ꝫ tradat vi flu
minis totus vel ex aliqua parte ablatus ſit
vel inundatione vel aliquo modo deterior
ſit factus ſemper emptoris damnū erit. q̄c/
quid eñ ſine dolo ⁊ culpa venditoris acci/
dit in eo venditor ſecurus eſt. Periculū aūt
ad emptorem ꝑtinet. Sed pone ꝙ in re vē/
dita anteq̄ꝫ tradat aliquod lucrum ↄtingit
puta res vēdita ꝑ alluuionē vel aliquo alio
modo longe melior eſt effecta cuius erit lu/
crum. Et reſpondet dn̄s iuſtinia. ꝙ empto
ris ſm̄ naturam eſt vt eum ſequant cōmo/
da quem ſequunt incommoda. ⁊ hec dicit.
Quod ſi fugerit ⁊c̃. Dixi iuſtinia. Dn̄e ſup̄
dictum eſt quid iuris ē ſi res vendita ante/
q̄ꝫ tradat penes venditorē deterior fiat vel
ꝑeat. ſꝫ modo quero q̄d iuris ſit ſi ſeruꝰ ven
ditus poſt completaꝫ venditionem anteq̄ꝫ
tradat fugerit vel ſubripiat. ad quē ſpecta/
bit periculū iſtud fuge. Et reſpōdet dn̄s iu
ſti. dicens. ꝙ ſi ſine dolo ⁊ culpa venditoris
fugerit vel ſubreptus fuerit animaduerten
dum eſt primo vtrū vēditor aliquod fecerit
pactū cum emptore ꝑ quod in ſe recipit pi/
culum fuge vel ſubreptionis veluti ſi cuſto
diam ſerui venditi in ſe ſuſcepit vſq̄ꝫ ad tra
ditionē. Tūc eñ ꝑiculū tam fuge q̄ꝫ ſubre/
ptionis ad venditoreꝫ ꝑtinebit. ⁊ de om̄i ꝑi
culo contingente tenebit. aliqui aūt dicunt
ꝙ etiā aſtringit ꝑ illud p̄ciū generale ſi ꝑi/
culū ↄtingat. ſi aūt nihil ↄuenerit inter em
ptorē ⁊ venditorē tūc erit ꝑiculū emptoris.
Sed qualiter poterit ei ſubueniri cū nō ſit
dn̄s ſerui eo ꝙ ſeruꝰ nō erat traditus. ſꝫ ma
gis ſeruū illum a vēditore poſſit petere vel
rei vēdi vl' conditione furtiua. Et reſpon/
deri poteſt ad hoc ꝙ emptor aget contra vē
ditorem ad hoc ꝙ venditor cedat ei tam vē
dicationem q̄ꝫ conditionem furtiuam. ideꝫ
dicit ſi damnū datum fuerit in ſeruo vendi
to poſt contractum perfectum. q̈ actionem
legis acquilie ſibi competentem ꝓpter dam
num in re datū pꝰ ↄtractū tenet vēditor ce/
dere emptori. hoc dicit. Emptio tā ⁊c̃. Que
ſiui a legiſlatore. Dn̄e vultis ne plura dice/
re de emptione ⁊ venditione. Et ipſe rn̄det
dicens. Frater adhuc preter predicta ſcire
debes ꝙ emptio tam pure q̄ꝫ ſub conditiōe
contrahi pōt ⁊ ponit exemplum de emptio/
n e facta ſub cōditione. q̈ pura emptio om

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nibus manifeſta eſt. τ eſt exemplū ſuū tale
ſi emptori dicat venditor in hūc modū. ſi ſti
chus infra certū diē veluti hinc ad q̄ndecī
dies tibi placuerit erit tibi emptus p. x. hec
eſt emptio ſub ꝯditōe. hoc dic. Et nota ad
intellectū huiꝰ. §. ꝙ cū tria ſint in emptōne
ſcꝫ cōmertiū preciū τ res. duo p̄ma nō pn̄t
ꝯferri in arbitriū alteriꝰ ꝯtrahentiū h̄ ē em/
ptoris. veluti ſi dicat venditor emptori ſic.
Uendo tibi rē p q̄nto volueris. ſecus aūt ē
qn̄ dat a venditore emptori optio in re ipſa
veluti cū ꝯuentū eſt de precio τ dicit vendi/
tor emptori ſic. ſi res tibi placeat hinc ad di
es ſit tibi empta p tot. Sed dicet aliq̄s. ſꝑ
infra terminū illū pōt emptor dicere ꝙ res
ſibi nō placet. τ ita in ptāte emptoris erit vtꝝ
ꝯtractus valet nec ne. certe veꝝ ē ꝙ ꝑ obli/
quū τ implicite ē hoc in ptāte ſua ſꝫ directe
nō neqꝫ expreſſe. expreſſa eīm nocēt. nō expreſ
ſa nō nocēt. τ h̄ dicit Loca ſacra τc̄. Queſi/
ſiui a iuſt. vtꝝ poſſem emere loca ſacra vl̄ re
ligioſa. Et rn̄det di. ꝙ loca ſacra τ religioſa
cuiuſmodi ſūt iter foꝝ τ baſilica fruſtra q̄s
emit. τ hoc veꝝ ē de publicis q̄ publico vſui
deſtinata ſūt cuiuſmodi ſūt foꝝ τ baſilica.
ſecus aūt ē in reb̄ q̄ fiunt in patrimōio pu
blica vt cimiteriū. τ h̄ eſt veꝝ ſi ſciēs q̄s hu/
iuſmodi res emerit. ſi aūt q̄s ignorās eme/
rit deceptus a vēditore credens ea ꝓphana
vel p̄uata. tunc ſibi cōpetit actio ꝯtra vendi
torē ad intereſſe. Idē iuris eſt ſi hoīem libe
rū deceptus a vēditore p ſeruo emerit. τ hec
dicit. Explicit rub. de emptōne τ venditi
one. Sequit alia Rubrica.

De locatione τ conductōne.

Locatio τ cōductio τc̄. Poſtq̄ ad pn̄s
diximus in ſolēnitate obligationū q̄
ex conſenſu fiūt. τ ſup de p̄mo exē/
plo expeditū ē. ſcꝫ de emptōne τ venditōne
ꝯn̄ter videndū ē de ſcd̄o exēplo. ſcꝫ de loca/
tione τ ꝯductōne. Pone ḡ ſic ca. Queſiui a
iuſt. que eſſet natura locatōis τ ꝯductiōis.
Et rn̄det d. ꝙ eſt ꝓxima emptioni τ vendi/
tioni. Eiſdem eīm regulis conſiſtūt iſti duo
contractus. nam ſicut emptio τ vēditio cō/
trahunt ſimul atqꝫ de precio cōuenerit ita
locatio τ conductio cū certa merces. i. p̄ciū
fuerit inter eos cōſtituta ꝯtrahit. τ ſicut in
precedenti contractu actio ex empto datur
emptori. τ actio ex vendito dat vēditori. ſic
in iſto contractu actio ex locato dat locato
ri. τ actio ex conducto dat conductori. τ dic̄
ꝙ locatio τ conductio ꝓxima ē emptōi. i. vi
cina q̄ ad tractatū τ q̄ ad ſniaꝫ. τ h̄ dicit. Et
que ſupra diximꝰ τc̄. Dixi iuſti. Dn̄e ſatis vi/
di ꝙ iſti duo cōtractꝰ cōſiſtūt iiſdē regulis.
habetis ne plura exēpla. dicit ꝙ ſic. q2 ſicut
ſi vendidero rem p precio qd̄ petro iuſtū vi
ſuꝫ fuerit. ſi preciū diffiniuerit petrus valet
ꝯtractus. ſi aūt nō fuerit arbitratꝰ qd̄ ſit iu/
ſtū preciū nō valet ꝯtractꝰ. vt. ſ. in ti. pri. di
ctū ē. ſic eſt in cōtractu locatōis τ cōductio/
nis. q2 ſi aliq̄s domū ſuā locauerit alicui p
q̄nto petrus eſtimauerit. ſi petrus eſtimatio
nē diffiniuerit valet cōtractꝰ. ſi nō diffiniue
rit nō valet cōtractus. hoc dicit. Qua d̄ cā
τc̄. Uerſiculus iſte nō refert ad ꝟſiculū pri
mo dictū τ p̄cedentē. ſed ad illud qd̄ dictuꝫ
eſt in p̄nci. ti. q2 ſicut emp. τ ven. ꝯhit q̄ncito
de p̄cio ꝯuenit. ſcꝫ certe pecunie τ in pecu/
nia numerata fuerit ꝯſtituta ꝯtrahit locat.
τ ꝯduct. q̄ de cauſa ſi in pecunia numerata
nō fuerit certa mihi res ꝯſtituta nō valꝫ cō
tractus lo. τ ꝯdu. Pone ḡ ꝙ tradidero ve/
ſtes meas polliēdas nl̄la certa mercede cō/
ſtituta d̄r ne ꝯtractus lo. τ ꝯdu. τ rn̄. ꝙ non
q̄lr ḡ aget inter me τ ip̄m cū nō pōt agi acti/
one lo. τ ꝯdu. Et rn̄. di. ꝙ aget p̄ſcp̄tis ꝟbis.
Et hec dic̄. Preterea ſicut τc̄. Dixi iuſtinia.
Dn̄e bene perpendi ꝑ exēpla ſupiora ꝙ iſti
duo ꝯtractus. ſ. empt. τ vend. lo. τ ꝯductio
magnā hn̄t ad inuicē familiaritatē ſiue ꝯue
nientiā q̄d āmodo ſup illis oñdere ꝓponis.
Frater dic ip̄e. adhuc iſtud tibi ꝓpono oñ/
dere in alio exēplo. ſic eīm dictū fuit in p̄ced.
ꝙ apō veteres dubitabat vtꝝ empt. τ ven.
poſſit eſſe in ꝑmutatōne. τ dictū fuit ꝙ non
ita ſolebat queri de locati. τ ꝯductōne vtruꝫ
poſſet fieri in reꝝ ꝑmutatōne. τ d̄r ꝙ nō. ſꝫ ē
ꝓpriū genus ꝯtractus. Pone eīm ꝙ ita cōue
nerit inter me τ te ꝙ ſi ego nō haberem niſi
vnū bouē τ tu ſil̄r vnū ꝙ tu haberes boueꝫ
meū ad arādum vna cū tuo ꝑ duos dies. τ
ego tuū haberē poſtea ad arādum ꝑ alios
duos dies. τ bos meus apud te tua culpa
ꝑierit q̄ actio mihi cōpetit cōtra te nō actio
emptōis et vendi. q2 non ē certuꝫ p̄ciū ꝯuen
tū inter nos. neqꝫ loca. τ ꝯdu. q2 non ē certa
merces ꝯſtituta iter eos neqꝫ cōmodati nō
eīm erat gratuituꝫ. q̄d ergo erit. Et rn̄det ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pꝛeſcriptis v̄bis ē agendū. ⁊ hec dicit. Adeo
aūt ⁊c. Dixi iuſt. Dn̄e p̄ exēpla ſupꝛadicta
perpēdi q̄ ē max^a familiaritas inter ꝯtra-
ctū iſtū ⁊ ꝯtractū p̄cedētē. q̄d plura. Frater
adhuc maioꝛ familiaritas pōt patere in iſto
caſu in q̄ dubitať an ſit ꝯtract^9 loca. ꝯduct.
vel ꝯtract emp. ⁊ ven. Pone ḡ q̄ ego tradi-
derim alicui ſub annuo cenſu aliq̄ð pꝛediū
de meis fruēdis dicēs. q̄ q̄ꝺdiu pēſio pꝛediȷ̄
dn̄o pꝛediȷ̄ vl' ei^9 heredi ſolueretur non liceret
dn̄o neq̄ ei^9 heredi ꝯductoꝛi neq̄ ei^9 heredi
vl' ei cui cōductoꝛ heres ſue ei^9 pꝛediū vēdide
rit. aliove modo alienauerit auferre. de cō-
tractu tali dubitabať apud antiq̄s vtrū eſ-
ſet ꝯtractus emptōis ⁊ vēditōis eo q̄ð con
ductoꝛi nō pōt dn̄s auferre p̄diū q̄ꝺdiu pen
ſio fuerit ſoluta. rurſuȝ pōt iſte ꝯtract^9 ſape
naturā loca. ⁊ ꝯduct. eo q̄ q̄libet anno ſol-
uitur certa penſio. ſup̄ hoc dubitauerūt anti
qui vſ3 ad tp̄a xp̄ianiſſimi zenonis qui dice
bat ꝯtractū iſtū nec eſſe empt. vel ven. ⁊ lo-
ca. ⁊ ꝯduct. ſ3 ꝯtractū emphiteoticū. q̄ dicitur
ꝓpri^9 ꝯct^9 ⁊ ſuā ꝓpriā h3 naturā. Sed po. q̄
tanta fuerit ſterilitas in iſto p̄dio ſibi dato
in emphiteoſi3 p̄petuā. ita q̄ ꝯductoꝛ nihil
poſſit de fructib⁹ illi^9 p̄diȷ̄ ſuſcipe cui^9 erit d̄
trimentū vl' dn̄i ꝯductoꝛis vl' illi^9 emphite-
ote. Et rn̄. iuſt. q̄ zeno ita oꝛdiauit ī iſto cō
tractu q̄ ſi aliq̄ ꝯuentio facta ē inter ip̄m q̄
pꝛediū dedit in emphiteoſim ⁊ emphiteotā
q̄ ꝯuentio illa obſeruetur. ſi aūt nihil ꝯuene-
rit inter eos aut ē p̄iculū totale. ⁊ tūc detri-
mentū illud p̄tinet ad dn̄m. ita q̄ nō teneatur
emphiteota p̄ tp̄e illo ſibi reddere pēſioneȝ
aut ē p̄ticulare detrimētū. ⁊ tunc erit p̄iculū
emphiteote. ⁊ hoc dicit. Itē queritur ⁊c. Per
exēpla ſup̄ioꝛa vidiſtis familiaritateȝ inter
iſtos ꝯtractus. adhuc ē familiaritas mira
bilis in exēplo ſequēti. v̄bi grā. ꝯueni cū q̄-
dā artifice vt de ſuo argento mihi faceret ci
phū certe foꝛme. certiq̄ pōderis. queritur mo-
do vtrū inter me ⁊ ip̄m videatur empt. ⁊ ven.
vl' locat. ⁊ ꝯduct. Caſſi^9 dixit q̄ in hoc caſu
q̄ꝺtū ad naturā ē emptio ⁊ ven. q̄ꝺtum v̄o ad
op̄aȝ ē ꝯductio ⁊ loca. Iuſtinian^9 aūt dixit
q̄ magis placet ſibi q̄ ex toto ſit empt. ⁊ vē.
qꝛ p̄inde ē ac ſi aurifaber cyphū de argento
ſuo feciſſet. ⁊ poſtea mihi cyphū factū ven-
didiſſet. Sed pone q̄ cōueni cū aurifabꝛo
vt de meo argento mihi cyphū certi ponde
ris certe foꝛme vel menſure faceret. quid iu
ris in iſto caſu. Et reſpondet iuſtinia. q̄ nō
dubiū quin ſit locatio ⁊ cōductio. hoc dicit
Cōductoꝛ aūt oīa ⁊c. Dicit dn̄s iuſti. q̄ con
ductoꝛ oīa ſcḋm q̄ ꝯuenit in cōuentōe facere
debet. ſi aūt aliquid eſſet cōmiſſū ita q̄ ī cō-
ductōne de eo nihil eſſet actū. veruntamen
inter eos debet illud q̄ð fuit omiſſum ex bo
no ⁊ equo pꝛeſtari. puta ſi ꝯductoꝛ in moꝛa
fuerit ſoluēde penſiōis. Nā licet de vſuris
nihil actū fuerit tenetur tamē ad vſuras ⁊ ecō
uerſo licet nihil actū fuerit de oſtȷ̄s reficiē-
dis nihilomin^9 adhuc tenetur locatoꝛ. ⁊ hoc
vult dicere litera p̄n̄s. Qui p̄ vſu veſtimen
toꝝ. Quidā ꝯceſſit mihi iumentū ſuuȝ aut
veſtimentū ſuū aut argentū vtendū p̄ cer-
ta mercede. queritur qualē cuſtodiā in iſta re
mihi conceſſa pꝛeſtare tenear. Et reſpondȝ
iuſti. q̄ talē diligentiā teneoꝛ pꝛeſtare quaȝ
paterfa. diligens pꝛeſtaturus eſſet ⁊ ita expo
ne diligentiſſime. id eſt diligēs. ⁊ hoc eſt qꝛ
vtriuſq̄ gratia celebratur contractus. ⁊ hec di
cit. Loꝛ tuo conductoꝛe ⁊c. Queſiui a iuſt.
ſic. Quidā cōduxit ſibi hoſpitiū intra tp̄a
ꝯductōis deceſſit cōductoꝛ ⁊ ſucceſſit ei he
res ei^9 in cōductōe. poterit ne alteri domuȝ
locare. Et rn̄det iuſt. q̄ ſic. q̄ð intellige iure
locat. ⁊ cōduct. nō aūt iure ſocietatis. ⁊ hec
habes in nota. ⁊ hoc dicit.

De ſocietate rub.

Poſt ꝯtractū locat. ⁊ conduc. ſcḋm oꝛ
dinem lr̄e reſtat videre de ſocietate.
Societatē coire. Dixi iuſti. dn̄e bn̄
p̄pēdi p̄ ſup̄dicta q̄ iā de ſocietate eſtis tra
ctatur^9. p̄ deo q̄lr ꝯhibetur ſocietas. Et rn̄. dn̄s
iuſt. q̄ ſolem^9 ꝯhere ſocietateȝ oīm bonoꝝ
quā greci appellabāt ſic aut vni^9 negotiatio
nis veluti vini olei frumēti vēdēdi ⁊ emen-
di. ⁊ tūc eq̄lr p̄ticipabūt lucꝝ ⁊ dānū. ſi autē
ſup̄ p̄tib⁹ lucri aut damni aliq̄d ſtatuerint
tūc q̄ð inter eos ꝯuenit ſeruabūt. Sed q̄d
dices de tali ꝯuentione. vt ad ticiū due par
tes lucri p̄tineant. damni v̄o tercia. ad ſeyū
v̄o due p̄tes damni. tercia v̄o lucri. valet ne
iſta conuentio. ⁊ dicitur q̄ ſic. Quintus ta-
mē mutuis dicebat q̄ talis ꝯtentio erat cō-
tra naturā ſocietatꝭ. ⁊ q̄ð nō valebat. Ser-
uius aūt ſulpitius dicit q̄ talis pactio vale
at. q̄ð iure ꝯuentōis intellige. poteſt etiam
ita cōtrahi q̄ vn^9 pecuniam conferat. alius

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

aūt nihil. Lucrū tamē inter eos cōicabunt
qꝛ ſepe alicuiꝰ ꝓuidētia vl' opa pecunie ꝓua
let. Sꝫ qd ſi ita fuerit pactū inter ſe ꝙ vnꝰ
habeat partē lucri. partē aūt damni non fe
rat. valet ne pactū tale in ſocietate dicit ſer/
uius ꝙ ſic. ita tn̄ ꝙ ſi ſit in vna re lucrum in
alia dānū debet fieri cōpenſatio lucri cū dā
no. ⁊ illud ſolū qd ſupeſt dicit lucrū. ⁊ hoc
dicit. Illud q̄ꝫ ⁊c. Pone. Duo mercatores
ſocietatē adinuicē ꝯtraxerūt. ⁊ ſup hoc lite/
ras ꝯfici fecerūt in qbus ꝯtinebat ꝙ lucꝝ
ſi qd inter eos ꝯtingeret diuideret. ⁊ nulla
facta fuit mentio de damno. qd iuris ī hoc
caſu. Et rn̄det. ꝙ eadē eſt rō obſeruanda ī
dāno que ⁊ in lucro eſt expſſa ⁊ ecōuerſo. et
hoc dicit. Manet aūt ⁊c. Supra dictuꝫ eſt
q̄līter ſocietas ꝯtrahit. reſtat nūc videre q̄/
liter diſſoluit. Dicit iuſtin. ꝙ ſocietas inter
aliqs tamdiu manet q̄diu pſeuerauerunt
in eodē ꝯſenſu cū aūt alter eoꝝ ſocietati re/
nunciauerit diſſoluit ſocietas. ſi aūt callide
renunciauerit ſocietati ad h̄ ꝙ ipe ſolꝰ ali/
qd lucrū ſentiat illud lucrū ſolus nō habe
bit ſꝫ tenet illud lucrū ſocio ſuo cōicare. ſi āt
aliqd lucrū aliūde ſenſerit q̄ꝫ ſibi ſperabat.
ſcꝫ qn̄ ſocietati renūciauit. i. ex inſperato ſi/
bi euenit id totū habebit. qcq̄d aūt lucratꝰ
fuerit ille cui renunciatū eſt poſt renūciati
ationē illi ſoli acquirit. hoc dicit. Soluit
adhuc ⁊c. Nō ſolum ꝑ renunciationē de q̄
dicit ſupra ſoluit ſocietas. ſꝫ ⁊ morte. vnde
nō ſuccedet ſocio ſupſtiti heres in ſocietate
niſi hic placuerit ipi ſocio ſupſtiti. ⁊ tūc eti/
am dicit ꝯtrahi ſocietas. ⁊ ſi plures ꝯtraxe/
rūt adinuicē ſocietatē ſi vnꝰ illoꝝ deceſſerit
diſſoluit ſocietas iter oēs niſi alr ꝯuētū fue/
rit inter eos. hoc dicit. Item ſi alicuiꝰ rei ⁊c.
Nō ſolū duobꝰ modis ſupdictis diſſoluit
ſocietas. imo ⁊ tercio modo. ſcꝫ qn̄ finis im
poſitus eſt negocio ꝓpter qd ꝯtraxerint ad/
inuicē ſocietatē. ⁊ h̄ dicit. Publicatiōe. Iaꝫ
vidiſtis tres modos ſoluendi ſocietatē. mo
do ponit hic q̄rtus modus q̄ ſoluit ſocietas
puta ꝑ publicatōeꝫ oim̄ bonoꝝ ſuoꝝ ī fiſcū
ꝓpter ſuū dlictū. Qn̄ em̄ fiſcꝰ ī loco ſuo ſuc/
cedit ꝓ mortuo hr. ⁊ hoc dic. Ite ſi qs. Iaꝫ
vidiſtis q̄tuor modos qbꝰ ſoluit ſocietas.
Iteꝫ ſi q̄nto modo ſoluit ſocietas veluti ſi
vnꝰ ex ſocijs ceſſerit bōis ne ī carcerē detru
dat. ſi tamē adhuc alter in ipm ꝯſenſerit no
ua videt ꝯtrahi ſocietas. hoc dicit. Sociꝰ
ſocio ⁊c. Dixi impatori. dn̄e iam vidi q̄nq
modos qbꝰ ſocietas ſoluit. mō q̄ro vtrū ſo
ciꝰ ſocio ſuo teneat ꝓpter dolū. vl' etiā ꝓpter cul
pā. vel etiā ex negligentia teneat. Et rn̄det
impator ꝙ nō ſolū ex dolo tenet ſꝫ etiā ex ne
gligentia. ſꝫ dn̄e quā diligentiā debet pſta/
re ſocius. Et rn̄det dicēs. ꝙ nō exactiſſimaꝫ
ſꝫ eandē quā in rebꝰ ſuis ſolet pſtare. vn̄ ſi ī
rebꝰ ſuis ſolet eſſe negligens q̄ꝫq̄ꝫ in oībꝰ re
bus ſit negligēs nō tenet ſed debet de ſe cō
q̄ri q̄ parꝝ diligentē ſociū ſibi aſſūpſit. h̄ dic.

## De mandato rub.

Mandatū ⁊c. Adhuc viſuri ſumus
de oblgatōnibꝰ que ex ꝯſenſu fiunt
⁊ de illis eſt h̄ vltimū exemplū. ⁊ qꝛ
bn̄ ſcitꝫ ꝙ ꝯſenſu fiūt obligatōes in emptio
ne ⁊ vend. locatōne ꝯductōne ⁊ ſocietate de
quibꝰ ſupra dictū ē. Modo videndū eſt de
vltimo exēplo circa materiā hanc videlicet
de mandato vn̄ queſiui a iuſt. de mandato
q̄t modis ꝯtrahit. ⁊ ipe ꝯſiderans rn̄. ꝙ ſex
modis. Dicit em̄ ꝙ mandatuꝫ q̄nq modis
obligatorijs ꝯtrahit. Autem̄ tua gra ꝯtra/
hit ⁊c. aut alijs q̄tuor modis enumeratꝫ in
lr̄a ſextus aūt modus nō ē obligatorius. qꝛ
qn̄ aliquis tua gr̄a tm̄ mandat nullū ē mā/
datū. nec aliqua naſcit obligatio. ſꝫ quinq
modis precedentibꝰ obligatio ꝯtrahit ⁊ ex
his mandati actio naſcit. Et ſup hoc note
tis ꝙ hic ſūt tria ꝑ ordinē. cauſa ſiue factuꝫ
qd idē eſt. obligatio ⁊ actio. Ex cauſa em̄ ſi/
ue facto cuiuſmodi eſt mandatum contra/
ctū aliquo modo de quinq modis naſcit ob
ligatio. ⁊ ex illa obligatione naſcit actio. ali
ter aūt ſi ſoluꝫ dedit cōſiliū nulla naſcitur
actio. Ad expoſitōem iſtius verbi quod po
nit in fine iſtius gloſe imo ⁊c. Pone tale ex
emplū. Mandauit tibi ticius ꝙ mutuares
ꝓcuratori cuidā pecuniā ſub vſuris quam
cōuerſurus ē in vtilitatē ipſiꝰ mandantis ⁊
cuiuſdā extranei puta petri. In h̄ em̄ ꝙ mā
dauit tibi vt ſub vſuris crederes gr̄a tua ē.
In hoc em̄ ꝙ mandauit tibi ꝙ ꝯuertēda ē
in vtilitatē ſui ⁊ mādantis ⁊ petri cuiuſdaꝫ
extranei pecunia illa patꝫ ꝙ hoc eſt grā ſua ⁊
aliena. ⁊ ſic patꝫ dictū iacobi. Mandantis
tm̄ ⁊c. Queſiui a iuſti. Dn̄e qualiter poteſt
interuenire mandatū gr̄a mandantis tm̄.
Et rn̄det ꝙ tūc mandantis gr̄a interuenit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mandatũ. cũ mandat tibi aliquis vt nego-
cia eius geras. aut vt fundũ ei emas. aut ꝑ
eo fide iubeas. ⁊ ſi tale mandatũ ſuſceperis
de neccẽitate obligaberis ꝗ̃ꝗ̃ ab initio tibi li
berũ ſit ſuſcipe mandatũ vel nõ ſuſcipe. ⁊ h̃
dicit. ⁊ ſup illa glo. ⁊ tũc qꝛ ſuſcepit. intelli-
ge ꝙ ſi bene geſſiſſet nõ eſſet obligat⁹. Item
ſi male geſſit nõ ꝑpter h̃ eſt obligat⁹. ſꝫ ſi ma
le geſſit cũ ei eẽt mandatũ obligabit̃ eodem
modo ſi ita eſſet mãdatũ vt nõ ageret. ⁊ geſ
ſit tua gr̃a ⁊ ſua. ⁊ rñdet ꝙ tũc hoc mõ ꝯtra
hit̃. ſꝫ male impleuit. ⁊ hoc vult. l. ff. quã ipe
allegat. Tua gr̃a ⁊c. Queſiui a iuſti. quali-
ter mandatũ ꝯtrahit̃ qñ aliq̃s tibi mãdat
vt ſub vſuris pecuniã credas ei q̃ in rem ſu
am eſſet mutua tur⁹. vl̓ ſi fideiuſſoꝛ dat⁹ tibi
mandet tibi volenti agere ꝯtra eum vt pi-
culo ſuo experiaris cũ reo ꝑncipali. vl̓ ſi idẽ
fideiuſſoꝛ tibi mandet vt ſuo piculo ſtipu-
leris a quodã quẽ delegabit tibi eo tpe quo
cepiſti agere ꝯtra eũ. Qualr̃ eñ hmõi mã-
data ꝯtrahunt̃ tam mandãtis gr̃a ꝗ̃ man-
datarij ptꝫ cuilibet intuẽti. ⁊ hoc dicit. Alie
na ⁊c. Modo videam⁹ ql̓r aliq̃s mãdat gra
tia alteri⁹ tm̃. ⁊ exẽplũ eſt planũ veluti ſi mã
det tibi aliquis vt petri negocia gereres qð
nõ eſt gr̃a tui nec ſui. imo ſolum grã petri. ⁊
ſic de alijs exemplis. ⁊ hoc dicit. Sua ⁊ ali
ena ⁊c. Ponit modo exemplũ ql̓r mãdatuꝫ
ꝯtrahit̃ gr̃a ſua ⁊ aliena ⁊ nihil ad vtilitatẽ
ſuã. ⁊ eſt exẽplũ tale veluti ſi de cõibus nego
cijs ſibi ⁊ ticio tibi mãdet aliquis vt ſibi et
ticio fundũ emeres vel vt ꝑ eo ⁊ ticio penes
aliquẽ ſpondeas. ⁊ hoc dicit. Tua ⁊ aliena.
Inter modos obligatorios mãdati nunc
ponit exẽplũ de vltimo mẽbro. ⁊ eſt exẽpluꝫ
primũ in lr̃a cũ dicit. veluti ſi tibi mãdet ali
q̃s vt pecuniã tuã ticio crederes ſub vſuris.
⁊ hoc dicit. Tua gr̃a ⁊c. Vidiſtis iã ql̓r q̃n
ꝗ̃ modis obligatorijs ꝯtrahit̃ mandatum
licet etiã ſexto mõ ꝯtrahat̃ mandatũ lꝫ non
ſit obligatoriũ. veluti ſi tibi mãdet tici⁹ vt pe
cunias tuas poti⁹ feneres ꝗ̃ in emptioneꝫ
ꝑdioꝝ colloces vl̓ ecõuerſo. ⁊ hmõi obliga
tio plus ſortit̃ nomẽ ꝯſilij ꝗ̃ mãdati ⁊ hac
de cauſa nõ ẽ obligatoriũ. ⁊ illud ptꝫ euidẽ-
ter. qꝛ nemo ex hmõi ꝯſilio obligat̃ ꝗ̃ꝗ̃ mã-
datario nõ expediat niſi in caſib⁹ exceptis. ⁊
h̃ ideo eſt qꝛ liberũ ẽ ſuſcipiẽti ꝯſiliuꝫ penes
ſe explorare an ſuſceptũ ꝯſiliũ ſibi expediat
nec ne. ⁊ ꝑpter hoc ſi te pecuniam habentem
mouerit aliq̃s vt ex ea rẽ aliquã compares
vel crederes nõ tenet̃ tibi iudicio mandati.
licet tibi nõ expediat eã emiſſe vl̓ alicui cre-
didiſſe. ⁊ hec vera ſũt cũ mandatũ ſit ſine aſ
ſignatõne certe ꝑſone. Sꝫ pone ꝙ manda
bat tibi aliq̃s vt ticio noĩatim crederes pe-
cuniã. nũquid eo facto is qui tibi mãdauit
erit tibi obligat⁹. ⁊ certe ſꝫm ſniaꝫ dñi ſabi-
ni dicẽdũ eſt ꝙ ſic. qꝛ forte aliter nõ credidiſ
ſes ticio niſi tale mandatuꝫ ſuſcepiſſes. Et
no. ꝙ in hoc caſu dñs ſabin⁹ bona rõne fu
it motus. ꝑmo qꝛ dixit hanc fuiſſe cauſã ꝗ̃-
re in hoc vltimo caſu mandãs mandatario
tenet̃. qꝛ aliter dictã pecuniam nõ erat ticio
mutuatur⁹. ꝙ ſi aliter eſſet factur⁹ lꝫ ſibi nõ
mãdaſſet nõ teneret̃ is q̃ mandauit. ſed do-
ctores reſidẽt in hac opinione ꝙ indiſticte
tenet̃ is qui mandauit in hoc vltimo caſu
⁊ ſubaudi ad lr̃am illã. ꝙ ſi nõ aliter. maxie
ſed ꝯtra hoc qð dicit̃ ꝙ nemo ex ꝯſilio obli
gat̃ niſi ſit fraudulẽtũ. videt̃ ꝙ ꝑ imprudẽ-
tiã dicat. ff. ꝙ q̃ſꝗ̃ iur. l. ij. ſed hoc ideo eſt in
illo caſu qꝛ anteceſſoꝛ ibideꝫ tenet̃. ex ꝯſilio
qꝛ locat opas ſuas vt pit⁹ ⁊ tñ ex effectu cõ
ſilij ſui reddit̃ imperit⁹. ⁊ ꝑpter hoc etiaꝫ de
leui culpa tenet̃. ⁊ ita ſpeciale eſt in hoc ca-
ſu. ⁊ hoc dicit. Illud q̃ꝫ ⁊c. Dixi iuſt. dñe ſu
pra vidim⁹ qualiter mãdatũ ꝯtrahit̃ q̃nꝗ̃
modis obligatorijs ⁊ etiã ſexto modo non
obligatorio. q̃d modo plus dicetis. Et dñs
iuſti. rñdet. Frater vna cũ predictis ſcire de
bes ꝙ ſicut mandatũ gr̃a tua tm̃ nõ eſt obli
gatoriũ ſic nec ꝯſiliũ ſeu mandatũ de re tur
pi. veluti ſi tibi mandet aliq̃s vt furtũ facias
vl̓ iniuriã aut damnũ alicui inferas. hmõi
nõ obligant quã niſi mãdatarius preſtite-
rit penã ꝯtra quẽ deliquit. attamẽ aduerſ⁹
mandantẽ nullã habebit actionẽ. hoc dicit
Is qui exequit̃ ⁊c. Dixi iuſti. dñe bene vidi
q̃t modis ⁊ qualiter ꝯtrahit̃ mandatũ. pro
deo dicatis mihi qualiter mandatari⁹ te-
net̃ exequi id quod ſibi dat̃ in mandatis. di
cit ipe. Scire debes ꝙ ſi mandet̃ alicui ſꝫ
certa forma nõ debet mandatarius illã for
mam excedere. nam ſi aliquis tibi mandaſ
ſet vt ei fundũ emeres veluti ꝑ. c. vel vt pro
ticio intẽta pecunia ſpõderes nec teneberis
pluris emere nec in ampliorẽ pecuniã fide
iubere. qð ſi feceris ad id qð expẽderis ꝑdi

ctam actionē nõ habebis. vnde caſſi⁹ ꝛ ſabi
nus dicebant in hoc caſu ꝙ nõ cõpeteret ti
bi actio cõtra mandantē etiã ꝑ .c. aureis in
mandato cõprehenſis. ꝛ hoc ſi ꝯtra formaꝫ
mandati plus expēderis. Aliter nõ obtinu
it ſcḋm opinionē alioꝝ ꝙ vſqꝫ ad pecuniaꝫ in
forma mandati cõprehēſaꝫ agere poterꝭ. ſꝫ
pone ꝙ is cui mãdaui vt emeret mihi fun-
dũ ꝑ .c. aureis ꝑ minori precio illũ compa-
uit. nunqḋ habebit ꝯtra me. ꝛ certe ſic. qꝛ ri
te videoꝛ mandaſſe vt dictũ fundũ ꝑ mino-
ri ꝓcio emeret ſi poſſet. ꝛ hoc dicit. Recte qꝫ
ꝛc. Titulus iſte ſcꝫ mandati in q̄ ſum⁹ tres
habet ptes ꝓncipales. In ꝓma pte tractaꝭ
qualꝛ mãdatũ ꝯtrahaꝭ. In ſcḋa ibi. Is qꝫ.
tractaꝭ q̄lꝛ mandatũ ſuſceptũ exeq̄ debeat.
In tercia pte que hic incipit. ſcꝫ Recte qꝫ.
tractat q̄lꝛ mandatũ ſuſceptũ reuocaꝭ. ꝛ ſci-
re debes ꝙ duo ſũt modi q̄bꝫ mandatũ ꝛuo
caꝭ. primo p⁹ reuocationē mandati re inte-
gra. ſcḋo poſt mortē mãdatoris vꝉ mãdata-
rij. ꝛ h̄ de rigore iuris. attamē qñqꝫ de equi-
tate mortuo mãdatore ꝛmanet actio ipi mã
datario. ſcꝫ mãdati vt oñdit ꝑ duo exempla
ibi in. §. Recte qꝫ. ꝛ hoc dicit. Sed vtilitas
Quia ſi mãdatari⁹ ignorãs mandantē mor
tuũ nihilomin⁹ mandatuꝫ exequaꝭ. q̄qꝫ de
ſtricta rõe nõ habeat actionē. tamē damnuꝫ
ſibi afferret qḋ eē nõ debet ſi actionē nõ ha
beret iuſta ꝛ ꝓbabilis ignorãtia. Idē dico
ſi debitores qui receperũt pecuniã a ſeruo
diſpenſatore ticij ꝛ mandatũ receꝑant ꝙ eiſ
ſoluerent ipſi iã manumiſſo ſoluãt. iſti eñi
de equitate liberanꝭ q̄qꝫ aliter de rigore iu-
ris ſit. qꝛ nõ ſoluerũt ei cui debuerũt. vꝉ põt
dici ꝙ hoc ꝑ ſile occurrit q̄lꝛ aliud accide-
rit de equitate q̄ꝫ accideret de rigore vt ꝑ h̄
ꝯfirmet ꝓmũ exemplũ. Et notandũ ꝙ hoc
qḋ hic dicitꝛ ꝙ mandatũ ſoluiꝭ ꝑ reuocatio
nē re integra. verꝫ eſt de mandato negocioꝝ
ſi res ſit integra. tñ in mandato iuriſditõis
aliter eſt. qꝛ ſꝑ reuocaꝭ ad nutũ delegãtis. ff.
de iudi. .l. iudiciũ ſoluiꝭ. ꝛ hoc dicit. Man
datũ nõ ſuſcipe ꝛc. Scire debes ꝙ manda
tũ ſuſcipe liberũ eſt. ſuſceptũ tñ neceſſe ē cõ
ſũmare niſi tēpeſtiue renũciet. aut caſu for-
tuito prepeditus ſit vt mãdari nõ poſſit. et
hec dicit. Mandatũ ꝛc. Iſte ꝟſicul⁹ põt re-
ferri ad ꝓmã ptē ti. vꝉ ponitꝛ ad vberiorē do
ctrinã. In ſũma ꝛc. Hic dat iuſti. regulã qñ

ꝯtrahitꝛ mandatũ ꝛ qñ tenet natura mãda-
ti ꝛ qñ nõ. dicēs ꝙ ſi merces interueniat nõ
eſt mandatũ. ſed locatio ꝛ ꝯductio. ꝛ gene-
ralꝛ in his caſibꝫ nõ eſt mandatũ in quibuſ
merces interuenit ſꝫ ē locat. ꝛ ꝯduct.

De obligatõibus q̄ ex q̄ſi ꝯtũ naſcunꝭ

Tā ſuꝑioribꝫ dictũ eſt de obligatõi-
bus que ꝯficiunꝭ ex ꝯtractu. modo
videndũ ē de obligatõnibus que ex
q̄ſi ꝯtractu naſcunꝭ. Oēs eñi actiones ci-
uiles ordinarie. aut ꝓcedũt ex contractu vꝉ
quaſi. aut ex maleficio vꝉ quaſi vt videꝭ. ĩ. ḋ
obligatõibus. §. ſequēs. Propterea ꝯueniē
ter ſubijciꝭ hic rub. de obligatõibꝫ q̄ ex qua-
ſi ꝯtractu naſcunꝭ. Poſt genera ꝯtractuuꝫ
Iſtũ ti. cõtinuat iuſti. cũ ꝓcedentibꝫ ita di-
cens ꝙ poſt genera ꝯtractuũ enumerata di
ſpiciendũ eſt de quibuſdaꝫ ꝯtractibus ſiue
obligatõibus que ex ꝯtractu ꝓprie naſcunꝭ:
qꝛ tñ nõ oriunꝭ ex maleficio nec ex q̄ſi malē.
ſupple ꝑ totũ ti. iſtũ vt bona ſicillatio nec ex
ꝯtractu vt dictũ eſt in ꝓncipio. Relinquitꝛ ḡ
qḋ ex quaſi ꝯtractu naſcunꝭ. vñ ḋ hmõi cõ
tractibꝫ ſiue obligatõibꝫ notat dñs iuſt. plu
ra exempla. ꝛ eſt primũ exemplũ tale. Aliq̄s
geſſit negocia abſentis alicui⁹ ſine manda-
to. ex iſta geſtione naſcunꝭ due actões. i. na
ſcipũt. Si eñi bene geſſerit negocia abſen-
tis daꝭ ſibi actio. neg. geſt. ꝯtraria ꝯtra euꝫ
cui⁹ negocia geſſit ad repetendũ illḋ qḋ im-
pēdit. ſi aũt male geſſit daꝭ actio. neg. geſt.
directa ei cui⁹ negocia geſſit ꝯtra gerentem
Sed dñe que eſt dr̃ntia iter has duas acti-
ones ꝛ dicit ꝙ q̄ ad effectũ nulla ē differētia
ſed ſubtilitate iuris talis ē dr̃ntia. ꝙ actio il
la que daꝭ dño cõtra gerentē vocaꝭ directa.
illa aũt que daꝭ geſtori ꝯtra dñm vocaꝭ cõ
traria vt dictũ eſt. ꝛ naſcunꝭ iſte due actões
vt ſuꝑ dictũ eſt qñ aliq̄s ſponte ꝛ ſine man
dato accedit ad negocia alteri⁹ gerēda vt pu
ta abſentis ꝛ ſi ea bñ ꝛ vtiliter gerit. habꝫ eũ
cui⁹ negocia gerit ꝛ ignorantē ꝛ inuitũ ſibi
obligatũ. ꝛ hoc maxie vtilitatis cauſa factũ
fuit ſiue inſtitutũ. ſcꝫ negociatoꝝ q̄ ſubita
feſtinatõe cõpellunꝭ abeſſe nulli demanda
ta negocioꝝ ſuoꝝ geſtione deſerta relinq̄-
renꝭ. ꝙ ꝯtingeret niſi hmõi actiones nego-
cioꝝ geſtoribꝫ darenꝭ. Nullus eñi ſine mã-
dato accederet ad negocia aliena gerenda.
ſi de eo qḋ impēdiſſet ad illud recuꝑanduꝫ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nullã baberet actionẽ. hoc dicit Sicut aũt
&c. Supra dictũ eſt q̃ ille q̃ ſine mãdato vti
liter geſſit negocia abſentis ſi aliq̃d de ſuo i
pendit poterit illud recuperare p actionẽ ne/
go. geſt. ꝯtrariã. eodẽ modo & ecõuerſo. ſcꝫ ſi
male habuerit ſe geſtor in gerendo negocia
abſentis dño teneret actõe neg. geſt. directa
& hac rõne ad reddendas rões admĩſtra/
tionis ſue tenet̃ geſtor pſtare exactã diligẽ/
tiam: & nõ ſuff. cit q̃ talẽ diligentiã adhibeat
qualẽ in reb9 ſuis adhibere ſolet. & h̃ eſt verꝫ
ſi ali9 diligentior eo acceſſiſſet. ad negocia il
la gerẽda ſi ipe ea. ñ geſſiſſꝫ. h̃ d. Tutores q̃ꝫ
&c. Viſo vno exẽplo de obligatõibus que ex
q̃ſi cõtractu naſcunt̃. videndum eſt de alio
Nõ ſolũ em̃ geſtores negocioꝝ tenent̃ ſine
mandato quaſi ex cõtractu verũetiam tuto
res q̃ tutele iudicio tenent̃ ex q̃ſi ꝯtractu ob
ligant̃. Nullũ em̃ negociũ inter pupillũ et
tutorẽ gerit̃. ſed q2 nõ tenet̃ ex cõtractu nec
ex maleficio vl' q̃ſi ſupple ex q̃ſi contractu te
neri videt̃. & naſcunt̃ actões hincinde. Ex
iſta em̃ obligatõe naſcit̃ actio directa pupil
lo cõtra tutorẽ. Contraria pro naſcit̃ tutori
contra pupillũ ad petendũ ſi aliquid impẽ
dat de ſuo in negocijs pupilli. aut ſi aliq̃d ẽ
ei abfuturũ. vt ſi p pupillo alteri fuerit obli
gatus. & hoc dicit vſꝫ ad illũ. §. Itẽ ſi inter
aliquos &c. Vidiſtis iã duo exempla de ob
ligatõibus que ex quaſi ꝯtractu naſcuntur
modo ponit hic dñs iuſti. terciũ exemplũ
dicẽs. Si inter aliquos fuerit res aliq̃ cõis
ſine ſocietate aut q2 eis pariter fuerit legata
vel donata. ſi vn9 eoꝝ alteri teneat̃ iudicio
cõi diuidũdo. & hoc vicꝫ q2 alter ſolus in re
cõi fecerit impenſas. vl' q2 ipe ſolus fructus
ex ea re cepit. tũc nõ intelligit̃ ꝓprie obligat9
ex ꝯtractu eo q̃ nihil inter ſe cõtraxerint. ſꝫ
qm̃ ex maleficio vl' quaſi ſupple nõ tenet̃. ex
quaſi ꝯtractu teneri videt̃. Idem iuris vi/
det̃ de eo q̃ coheredi ſuo obligat̃. vl' q2 cohe
res in re cõi fecerit impẽſas neceſſarias. vel
q2 ipe ſolus fructus pcepit. cũ em̃ inter ſe
nõ ꝯtraxerũt nec ex maleficio ſit obligatus
vel quaſi. ideo ex quaſi ꝯtractu videt̃. hoc d
Heres q̃ꝫ &c. In primo. §. dictũ eſt q̃ heres
ſi ſit coheredi obligatus ex cauſis ſup̃dict̃.
ſcꝫ ſi fructus rei cõis ſolus pceperit vl' ſi co
heres ſuus in rem cõmunẽ impenſas fece/
rit neceſſarias q2 tũc ex q̃ſi ꝯtratu intelligit̃
obligatio cõtracta. ſed quid dicetis de here
de qui obligat9 eſt legatario obligat̃ ne ex q̃
ſi ꝯtractu. Et rñdet dñs iuſt. dicẽs q̃ ex cõ/
tractu nõ eſt obligatus legatario eo q̃ nul/
lũ negociũ geſſit legatarius cũ herede neq̃
cũ defuncto nec ex maleficio nec ex q̃ſi ſup/
ple quarẽ intelligit̃ obligat9 ex q̃ſi ꝯtractu. &
hoc dicit. Itẽ ſi cui p errorẽ. Iam habuiſtis
mlta exempla de obli. que fiũt ex q̃i ꝯtractu
Adhuc reſtat vnũ exemplũ veluti ſi q̃s cre
dens ſe debere ticio. c. cũ in veritate ſibi in
nullo teneret̃ p errorẽ ſoluerit indebitũ. ha
bet ticiũ cui iſta centũ ſoluunt̃ indebita ob
ligatũ & nõ ex ꝯtractu ꝓprie. imo videt̃ ma/
gis ex diſtractu obligatus. dicit̃ ex diſtractu
q2 qui ſoluẽdi aĩo pecuniã dat poti9 eã da/
re videt̃ vt diſtrahat q̃ꝫ vt ꝯtrahat. ne ex ma
leficio eſt obligatus. vel q̃ſi ſupple. q2 p diui
ſionẽ illã ſup̃ de obligatõib9. §. ſequẽs diui/
ſio apparet q̃ ex quaſi ꝯtractu obligatus ẽ.
vnde iſte q̃ indebitũ accepit pinde obligat̃
ac ſi mutuũ ei daret̃. & hoc verũ eſt q̃tũ ad
effectũ obligãdi & nõ q̃tum ad nomẽ obli/
gatõis vl' actõis. & h̃ dicit. Ex q̃buſdã cau/
ſis &c. §. iſte nõ eſt ꝓprie ptinẽs ad titulũ iſtũ
ſed ponit̃ hic gr̃a vberioris doctrine ad pri
mã materiã de idebito. & pone caſũ ſic. Su
pra dictũ eſt q̃ ſi aliq̃s ſoluit alicui indebi/
tũ p errorẽ. q̃ ille q̃ indebitũ recipit ſoluen
ti obligat̃ ex quaſi ꝯtractu. & iſte q̃ ſoluit a
recipiẽte pecuniã illã repetere põt aliq̃ñ tñ i
aliq̃bus caſib9 nõ ẽ ita veluti ſi quis ſolue/
rit indebitũ ex cauſa illa q̃ ex inficiatõe cre/
ſcit. Illud em̃ nõ repetit̃. eſt & aliud exẽplũ
in legato relicto & h̃ verũ erat ſꝫ nõ in om̃i le
gato. Quatuor em̃ olim erãt genera legato
rũ. ſcꝫ p vendicatõem. p damnationẽ. p ſinẽ
di modũ. p preceptõem. vt. s. de leg. §. i. Il/
lud aũt bñficiũ p quod creſceret legatũ p in
ficiationẽ ſolũmodo locũ habebat i relicto
p damnatõem. ſed cũ vna hodie ſit natura
oĩm legatoꝝ & etiã fideicõmiſſoꝝ. vt. s. de leg.
§. Nr̃a aũt ꝯſtitutio. & ita nõ diſtinguit ho/
die qualr̃ leget̃ ſꝫ cui leget̃ Si em̃ ſacroſan.
ec. vl' alijs venerabilib9 locis q̃ religiõis vl'
pietat̃ intuitu decorant̃ aliqua legata ſint.
Hmõi legata p inficiatõꝫ creſcũt. & ſi hmõi
locis legata indebita ſoluant̃ nõ repetunt̃.
h̃ dicit ſup iſto. §. põt queri quid eſt qđ dici
tur in fine iſti9 notule vꝫ ſi ſoluant̃ emẽdant̃

do quod ſignat̄ ſu p illo verbo. l. acquiliana
In fine em̄ illi⁹ glo. ad ſolutõem cuiuſdã cõ
trarij videt̄ dicere ꝙ act. l. acq. nõ ſit a prin/
cipio penal' s ſ3 ex inficiatõne penalis ſit. h̄
videt̄ falſũ. Actio em̄. l. acq. de ſui primitiua
natura eſt penalis cũ. ſ. vltra rei eſtimatõe3
teneat̄ ↄtemnatus in act. l. acqui. Ad quod
dici põt ꝙ actio. l. acqui. nõ tenet̄ aliq̄s ſo/
lũ ad eſtimatiõe3 rei. ſi ex p̄mo capite ↄueni
atur. ſed tenet̄ ſoluere q̄ti pluris res fuerit
in anno retro: ſ3 ſi ex tercio capite ↄueniat̄
tenet̄ q̄ti pluris res fuerit in. xxx. dieb⁹. vt i
fra ð. l. acqui. i p̄n. §. Hoc aũt capite. Pena/
lis aũt actio eſt in duplũ ex ſola inficiatõe. ⁊
ſic intellige gloſam.

Per q̄s pſonas acquirit̄ obligatio.

Expoſitis generib⁹. Cõtinuatio iſti
us ti. eſt talis. Cũ em̄ ſupius ſit tra
ctatũ de generib⁹ obligationũ que
ex ↄtractu vel q̄i naſcunt̄. Reſtat videre per
quas pſonas nobis obligatio acquirit̄ ⁊ p
pter hoc ponit̄ hic rub. Per q̄s pſo. ⁊c. Di/
cit ergo iuſt. ꝙ nõ ſolũ p noſmetipſos nob
acquirit̄ aliq̄d. ſ3 etiã p eos q̄s in poteſtate
habemus veluti p ſeruos ac filios nr̄os. ſ3
dñe eſt ne dr̄ntia inter illud qð acquirit̄ ali
cui p ſeruũ ⁊ illud qð acquirit̄ alicui p filiũ
⁊ rñdet ꝙ ſic. Qð em̄ ex obligatiõe aliqua p
filiũ meũ mihi acquirit̄ illud mihi acquirit̄
q̄ ad vſũfru. Filio aũt q̄ ad ꝓprietatem. C. ð
bo. q̄ li. l. fi. ⁊ hoc verũ eſt niſi obligatio fue/
rit ex caſtrenſi pecul'. vl' quaſi. tunc em̄ nec q̄
ad vſũfru. nec quo ad ꝓprietatẽ patri acqui/
rit̄ qð ex tali obligatõe filio debet̄. Ex omi
em̄ cauſa aduẽticia acquirit̄ ꝓprietas rei fi/
lio p obligationẽ in pſonã filij factã. ⁊ vſuf.
pr̄i. ⁊ competit etiã actio pr̄i ⁊ nõ filio. ⁊ hoc
dicit. Itẽ p liberos hoies ⁊c. Nõ ſolũ p fili
os noſtros ⁊ ſuos nobis acquirit̄ ſ3 etiã p
liberos hoies ⁊ ſeruos alienos q̄s bo. fide
poſſidemus nobis aliquid acquirit̄ ſed h̄ i
telligẽ in duob⁹ caſib⁹. ſc3 ſi ex opis ſuis ali
quid acquirant vl' ex re noſtra. ⁊ ſilr p ſeruũ
illũ in quo vſumfru. habem⁹ vel vſũ ſm il/
lã lr̄am vt p3 in notula ex duab⁹ cauſis no
bis aliquid acquirit̄. h̄ d. Cõmunẽ ſeruu3
⁊c. Supradictũ eſt ꝙ p ſeruos noſtros ac/
quirimus ſ3 nunq̄d p ſeruũ cõem poſſum⁹
nobis acquirere. ⁊ rñdet ꝙ p ſeruũ cõmu/
nẽ dñe acquirit̄ qð intelligo ⁊ ſic dicẽdo do

minis meis dare ſpõdes ſit ſtipulatus ⁊ p
pria noia in ſtipulatõne inſerendo. Tunc
em̄ p virilib⁹ portionib⁹ dñis acquiret̄ ⁊ h̄
verũ eſt niſi noiatim vni eoꝝ rem ſtipulat⁹
fuerit vl' vni tradiderit. ⁊ hoc dicit. Quid ſi
vn⁹ dñoꝝ. Queſiui a iuſti. dñe ſi vn⁹ dñoꝝ
ſeruo cõi iuſſerit ꝙ aliquid ſibi ſtipulet̄. ipẽ
aũt ſeru⁹ alteꝝ cui voluerit acq̄rere noia/
uerit in ſtipulatione cui acquiret̄ p ſtipula
tionẽ illã. ⁊ rñdet ꝙ ei q̄ iuſſit ⁊ nõ ei q̄ noia/
uit. ſic ponũt multi caſũ in iſto vltimo rñ/
ſo. Sed ſi vni. ⁊ ſic vult gloſa ordinaria ꝙ
ita ponat̄. ſed dñs Guido dicit ꝙ iſte nõ eſt
caſus iſti⁹ verſiculi q̄q̄3 veritatẽ ↄtineat. iſte
em̄ eſt caſus quẽ habes. C. p quas pſonas
nobis acquit̄. l. ij. ⁊ nõ iſti⁹ reſponſi. ⁊ h̄ p3
p hoc qð dicit in fine iſti⁹ verſiculi. ſc3 ſup/
dictũ. facta mentio de iſto caſu. Poteſt ergo
ſic poni caſus. ſed q̄d ſi vn⁹ ex dñis iuſſerit
ſeruũ cõmunẽ aliq̄d ſtipulari cui acquirit̄
p ſtipulationẽ iſtã. Et rñdet. d. ꝙ lic3 ante tẽ
pora hui⁹ libri in tali caſu dubitaret̄ vtrum
duob⁹ dñis an iubẽti p ſtipulationẽ iſtã ac
quireret̄. p⁹ tamẽ cõpoſitionẽ h⁹ libri eſt que
ſtio iſta expedita. ſc3 ꝙ iubenti tm̄ acq̄ret vt
s̄. dictũ eſt. ſc3 de ſtipulatõne ſeruoꝝ. §. vlti
mo.

Quibus modis tollit̄ obligatio.

Tollit̄ ois obligatio. Sup̄ dictu3 ẽ
qualr̄ obligatões ex ↄtractu vl' qua
ſi naſcant̄. modo reſtat videre qua/
liter nate tollant̄. ⁊ ppter hoc ponit̄ hic rub.
iſta. Quib⁹ modis ⁊c. Scire aũt debes ꝙ
quatuor ſũt modi p̄ncipales q̄b⁹ tollit̄ obli
gatio. Primo em̄ tollit̄ p ſolutõe3. ſcðo p ac
ceptilationẽ. tercio p voluntariã nouationẽ
q̄rto tollit̄ obligatio que ex ↄſenſu ↄtrahit̄
p ↄtrariũ ↄſenſũ. ⁊ iſti q̄tuor modi tollendi
obli. p̄ncipales in iſto ti. tangunt̄. In p̄nci
pio ergo de primo modo videam⁹ ⁊ ſcire de
beris ꝙ oblig. tollit̄ p ſolutõe3 ei⁹ qð debet̄
ſ3 nũquid tollit̄ obligatio ſi debitor ſoluat
aliud q̄3 debeat̄. puta ſi aſinũ dedit p pecu/
nia quã debebat. ⁊ rñ. ꝙ ſic. dum tñ volẽte
creditore fiat. Regulariter em̄ loquẽdo inui/
to creditore alið p alio ſolui nõ põt. Sic er
go vt iã dictũ eſt ſolutõne ei⁹ qð debet̄ tollit̄
ois obligatio. ſed verũ eſt ſi ipſe debitor ſol
uat qð debet̄ ſine aliquo noie debitoris eti/
am debitore inuito ⁊ ignorãte. h̄. d. Ad intel/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lectū gloſe ſignate ſup illo v̄bo oīs obliga-
tio ꝛc. Scire debes ꝙ oīs obligatio tollit̄
ſolutōe ei⁹ qđ debet̄ etiā ſi fuerit ciuilis tm̄
ꝛ ad. l. inductā in ↄtrariū. ff. de ſolut. l. q̄ ho-
minē. §. fi. Rn̄. dn̄s iuſt. ꝙ ſpēale ē ibi ꝙ aliđ
opat̄ ſolutio quā credebat ſoluens. ꝛ pone
ca. qualr̄ aliq̄s ſolū ciuiliter obligat̄. pone
ꝙ aliquis mihi. c. numerauerit. ꝛ ita natu-
ralr̄ ꝛ ciuilr̄ ſū obligat⁹. fecit mihi poſtea pa
ctū de nō petēdo. ꝛ ita tollit̄ obligatio natu
ralis ꝛ remanet ciuilis. Sed ſi p⁹ illud pa-
ctū factū de nō petēdo ignorās ſibi ſoluero
qđ debebā nō liberoꝛ a ciui. obli. p iſtā ſolu
tionē q2 opat̄ repetitionē. vn̄ de liberatiōem
parere nō pōt. vt in p̄dicta. l. qui hoīez. Itē
ſi reus ſoluerit. In ſupioꝛib9 dictū eſt ꝙ bn̄
liberat̄ debitoꝛ ſolutōe ei⁹ qđ debet̄. ſ3 nun-
quid p iſtā ſolutōem liberant̄ fideiuſſoꝛes.
Et rn̄d. ꝙ ſic. ꝛ ecōuerſo. ſi ſoluat fideiuſſoꝛ
creditoꝛi qđ ei debet̄ liberat̄ p̄ncipalis debi
toꝛ. hoc di. Itē p acceptilatōem. Iam vidi-
ſtis vnū modū p̄ncipalē obli. tollēde. eſt et
ali⁹ modus obli. tol. p̄ncipalis vt p accepti-
lationē. Sed dn̄e q̄d eſt acceptilatio. ꝛ rn̄d.
d. ꝙ acceptilatio eſt imaginaria ſolutio. Si
em̄ creditoꝛ debitoꝛi ſuo illud qđ ſibi debet
ex ver. obli. remittere velit poterit hoc face-
re in hūc modū ſi patiat̄ debitoꝛē hec verba
dicere dn̄e creditoꝛ qđ tibi debeo p ſtipula-
tionez habes ne acceptū. ꝛ rn̄deat creditoꝛ
habeo. liberatus ē debitoꝛ ac ſi creditoꝛ ſol-
uiſſet qđ ei debuiſſet. hoc d. Sed ꝛ grece ꝛc.
Videbat̄ aliq̄bus ꝙ ſtipulatio poſſet fieri
p verba latina tm̄ ꝛ nō p verba greca: ꝛ qua
ſi ad iſtā dubitatōnez reſpon. iuſt. d. ꝙ non
ſolū p verba latina ſ3 etiā p verba greca pōt
fieri acceptilatio dū tn̄ ꝙ p verba greca ſic fi
at ſic exigit̄ p verba latina. ꝛ diſſoluunt̄ per
acceptilatōem obligatōes verbis ſolūmo-
do ↄtracte. q2 ↄſentaneū eſt iuri obligatōez
verbis ↄtractā v̄bis poſſe diſſolui. Ad itel-
lectū finis notule ſignate ſup illo v̄bo cer-
te. diſtinguere debes vtrū acceptilatio ſit in
utilis rōne rei ſup qua ↄcipit̄ vt ſi ſup debi
to ↄditionali ↄcipiat̄. q2 talis acceptilatio
inutilis eſt ꝛ q̄uis nō habeat hanc vim acce
ptilationis attamē habet vim pacti. ꝛ ſic in
telligo illas leges. ff. de rei ven. cū emptoꝛ. ff
de accepti. l. cū acceptil. aut rōne ↄceptōnis
inepte vt ſi tibi dicā qđ ego tibi debeo hēs
ne acceptū in diē. ꝛ tu ipe rn̄deas. habeo ac-
ceptū. ꝛ talis acceptilatio inutilis nō habet̄
vim pacti. ꝛ ſic intelligo. l. ff. de accept. an in
utilis. Sed ꝛ id qđ. nō ſolū ſicut dictū ē ob
ligatōes ↄtracte verbis pn̄t p accept. diſſol-
ui. ſ3 ꝛ id qđ ex aliq̄ alia cauſa debet̄ pōt in
ſtipulatōem deduci. ꝛ p acceptilatōez pt diſ-
ſolui. ꝛ hoc dicit. Sicut aūt ꝛc. Queſiui a
legiſlatoꝛe an acceptil. poſſit fieri in pte de-
biti ſicut fit in toto. ꝛ rn̄. d. ꝙ accep. pōt fieri
p pte debiti ſic poteſt fieri p toto. h̄ dicit Eſt
aūt p̄dita ꝛc. Tractatū eſt. ſ. ꝙ obligat. alia
a verbali pōt deduci in ſtipulationē. ꝛ tunc
tolli pōt per acceptil. hic aūt dicit ꝙ ē p̄dita
quedā ſtipulatio q̄ vulgo acq̄liano appellat̄
Acquilius em̄ q̄ valde fauoꝛabilis erat ad
ſtipulatōes diſſoluēdas adinuenit iſtū mo
dū diſſoluēdi ꝛ liberandi p acceptilatōez de
bitoꝛē illū qui ex q̄cunq3 ↄtractu alio tene-
ret̄ q̄ ex ↄtractu verbali ſic poteſt liberari p
acceptilatōez is q̄ verbis ē obligatus. adin
uenit em̄ ſtipulatōem quandā in quā poſ-
ſent deduci oīes alie obligatōes que in ſti
pulatōem deducte p acceptilatōem tolli pn̄t
Stipulatio em̄ acquiliana oēs obligatōs
nouat. Qualr̄ em̄ ↄfici debeat hec ſtipula-
tio narrare magꝭ laborioſū eſt q̄ ſubtile. ap-
tiſſime em̄ de hoc tradit̄ in lr̄a. ꝛ hoc dicit vſ
q3 ad illū. §. Preterea nouatōe ꝛc. Iam vidi-
ſtis ꝙ duob9 modis tollit̄ obligatio. tollit̄
etiā tercio. ſc3 p nouatōem volūtariā. velu-
ti ſi illa decē que debes ſeio ſeius ſtipulatus
ſit ab aliq̄ alio mō q̄ a te aīo nouādi. q2 tūc
tollit̄ p̄ma obligatio interuētu noue pſone
ꝛ noua naſcit̄ obligatio p̄ma obligatōe trāſ
lata in poſterioꝛē adeo etiā ꝙ ſi nō valeat no
ua obligatio p̄ma p ſcđam nihilomin⁹ tol-
lit̄. veluti ſi a pupillo ſine tutoꝛis auc̄te fue-
ris ſtipulatus illud qđ tibi debebā. Dino
em̄ amittit̄ actio tua eo ꝙ p̄ma obligatio ſb
lata eſt. ꝛ ſic inutilis ē actio q̄ ad effectū ex-
piendi. eſt tn̄ aliqua ſc3 naturalis. ꝛ h̄ dicit.
Nō idē iuris ꝛc. Sup̄ dictū eſt ꝙ ſi credi.
ſtipulatus fuerit a pupillo id qđ debitoꝛ pu
pilli ſibi debet tollit̄ obligatio ipius debito
ris. ſ3 ſcire debes ꝙ nō idē iuris ē ſi creditoꝛ
ſtipulatus ē a ſeruo alicui⁹ aīo nouandi il-
lud qđ debitoꝛ ſibi debet. cū em̄ ſcđa obliga
tio nulla ſit ipo iure neq3 naturali neq3 ciui
li p inde remanet prioꝛ debitoꝛ obligat⁹ ac ſi

non eſſet aliqua nouatio facta. ꝟbi gr̃a Ubi em̃ ꝑ ſcđam obligationẽ debet tolli ꝑma oportet ꝙ ſcđa ſit aliq̃. puta naturalis vł ciuilis Sed ſi eodẽ. Sup̃ dictũ eſt ꝙ interuentu noue pſone noua naſcit̃ obligatio. ſed po. ꝙ ſtipulatꝰ fui a debitore meo qđ ex alia q̃cunq̃ꝫ cauſa q̃ꝫ ex ſtipulatõne mihi debebat. dicet̃ ne in h̃ caſu fieri nouatio cum in h̃ caſu noua pſona nõ ĩteruenerit. ꝛ r̃n. ꝙ ſic. ſi aliquid noui interuenerit in ſcđa obligatõe. i. in ſtipulatõe iſta. veluti ſi ꝯditio vł dies vel fideiuſſoꝛ obligatõi adijciat̃. ſcire tñ debes ꝙ ſi ꝯditio in nouatõe addita exiſtat. valet nouatio. ſi aũt nõ exiſtat nõ valet. h̃. d. Sꝫ cũ. Sup̃ dictũ ẽ ꝙ nouatio fit interuẽtu noue pſone vł etiã eiuſdẽ dũmodo fiat ꝑ d eiꝰ ꝯditõis adiectõeꝫ vł ſubiectõem. ſꝫ ſcire debes ꝙ apud antiquos h̃ verꝫ erat ꝙ his modis fiebat nouatio dũ tñ aĩo nouãdi fieret ꝛ ita q̃ꝫ ſepe diuerſe pſũptões inducebant̃ ad ꝓbandũ ꝙ aĩo nouãdi fieret. vñ ſup hoc apud antiq̃s magna fuit altercatio. ꝛ ꝓpter hoc dicit dñs iuſt. fecimꝰ q̃ndã ꝯſtitutõem ad hmõi altercatões tollẽdas. in qua cauet̃ qđ tũc demũ intelligat̃ fieri nouatio interuentu noue pſone vł etiã eiuſdẽ pſone vt dictũ ẽ. qñ h̃ expſſe actũ ẽ inter ꝯtrahẽtes ꝙ ꝓpter nouationẽ prioꝝ obligatõis h̃ fiat. alioq̃n ſi h̃ nõ fuerit expreſſe actũ nõ intelligit̃ fieri nouatio interuẽtu noue pſone. ſed accedit ſcđa obligatio ꝑme ꝛ manet vtraq̃ꝫ obligatio. Hoc ampliꝰ ꝛc. Iã vidiſtꝭ tres modos ꝑn. tollende obligatõis. q̃rto etiã modo obligatões q̃ ꝯſenſu naſcunt̃ ꝯtrario cõſenſu tollunt̃ veluti ſi ꝯuenerit inter me ꝛ ticiũ vt fundũ tuſculanũ habeã emptũ. p. c. deinde nõdũ p̃cio ſoluto nec fundo tradito placuerit inter nos ꝙ ab emptõe ꝛ vẽditione diſcedat̃. inuicẽ liberamur. ꝛ ſic ꝑ contrariũ ꝯſenſũ tollit̃ obligatio ꝯſenſu cõtracta. idẽ etiã intelligas in oĩbus alijs ꝯtractibus ex ꝯſenſu deſcẽdẽtibꝰ. h̃ dicit.

Explicit liber terciꝰ inſtitutionũ.

Incipit liber quartus

## De obligatõibꝰ que ex delicto naſcunt̃.

Superiori libro expoſitũ eſt ꝛc. Nõ eſt h̃ opꝰ aliqua ꝯtinuatiõe. In textu em̃ inuenit̃ ꝯtinuatio in effectu talis. Sup̃ dictũ eſt q̃d ẽ obligatio. ꝛ ꝙ oẽs obligatões aut ſũt ex ꝯtractu. aut ex q̃ſi ꝯtractu. aut ex maleficio. vł q̃ſi vt dictũ eſt. ſ. de obli. §. ſequẽs diuiſio. Cũ igit̃ in ſupioribus ſatꝭ dictũ ẽ de obli. q̃ ex ꝯtractu vł q̃ſi cõtractu naſcunt̃. Nũc tractandũ ẽ de oblig. que ex maleficio vł q̃ſi deſcẽdũt. Scire tñ debetis ꝙ obligatões q̃ naſcunt̃ ex ꝯtractu q̃druplici genere repiunt̃. vł in q̃tuoꝛ genera diuidũtur. obligatões tamẽ que naſcunt̃ ex maleficio in vno genere repiunt̃. Semp eñ naſcunt̃ re ipſa. i. ab ipſo delicto ꝑpetrato veluti ex furto aut dãno aut iniuria. h̃ di. Sꝫ ſup. §. iſto dubitari põt ſup id quod dicit ꝙ obligatões ex ꝯtractu in q̃tuoꝛ genera diuidunt̃. Obligatões tñ q̃ ex maleficio naſcũt̃ ſũt vniꝰ generis. Et q2 ſicut obligatõnes q̃ ex ꝯtractu naſcunt̃ aliq̃n re. aliq̃n ꝟbis. aliq̃n lr̃is. aliq̃n ex ꝯſenſu naſcunt̃. ꝛ ſic oblig. que ex maleficio oriunt̃ aliq̃n fiũt re vt ptꝫ ĩ furto. aliq̃n ꝟbis vt patꝫ in ꝯtumelia. aliq̃n lr̃is vt ptꝫ in libello famoſo ad infamiã alicuiꝰ cõpoſito. Quid eſt ergo qđ dicit obli. ex maleficio eſſe vniꝰ generꝭ magiſq̃ꝫ obligationes ex ꝯtractu. ſi dicas ꝙ oẽs naſcant̃ ex re ipſa. i. ex maleficio ipõ. ſic ſimilr̃ ꝛ ex alia pte oẽs obligatões ex ꝯtractu naſcunt̃. ad h̃ dicas ꝙ ex vno fonte naſcunt̃ obli. ex maleficio. ideoq̃ꝫ oẽs ſũt eiuſdẽ generis. vñ lꝫ oẽs ſint odioſe ꝛ ſtricti iuris diuerſã habeãt penã. Secus tñ eſt in obligatõibꝰ q̃ naſcunt̃ ex ꝯtractu. q2 diuerſaꝫ ſoꝛtiunt̃ naturaꝫ ſm̃ diuerſitatẽ ꝯtractus ꝛ qualitatẽ. Quedã eñ ſũt obligatões bone fidei. quedã ſtricti iurꝭ Itẽ obli. que fiũt ex maleficio. ſtatiꝫ obligãt maleficio cõmiſſo. Sic aũt nõ ẽ in obligatõibus q̃ naſcunt̃ ex ꝯtractu. ſed diceret aliq̃s. Nõne actio iniurie diſſimulatõe abolet̃. q̃re ẽ ipõ maleficio nõ videt̃ malefactoꝛ obligatꝰ. Rñdeo imo deberes ꝯtrariũ ꝯcludere ſi eñ abolet̃ diſſimulatõe ergo nata fuit. Furtũ ꝛc. Queſiui a legiſlatore q̃d eſſet furtũ. et q̃d rapina ꝛc. Et ipſe ꝑmo ponit diffinitõem de furto d. ꝙ furtũ ẽ ꝯtractatio rei aliene ĩuito dño. ꝛ expoĩt h̃ nomẽ rei. d. ſiue ipſiꝰ rei. i. ꝓprietatꝭ ſiue poſſeſſiõis. ꝛ iſtud furtũ cõiter fuit ꝓhibitũ a lege diuina. ſcꝫ ꝑ p̃ceptuꝫ iſtud. Nõ furtũ facies. h̃ d. Manifeſtꝰ fur ꝛc. Sup̃ dictũ ẽ ꝙ furtoꝝ duo ſunt genera Nã aliud ẽ furtũ manifeſtũ. ꝛ aliud nõ ma

nifeſtū. Sȝ dñe q̇d ē fur maifeſt⁹. dr̄ i greco
q̄ greci vocāt ſic volūt. i. ille q̇ dep̄hēdit
in ipſo furto. ⁊ nō ſolū ille q̇ in furto dep̄hē-
dit dicit fur manifeſtus. ſȝ ille q̇ eo loco vbi
fecit furtū dep̄hēdit dicit fur manifeſt⁹. ⁊
ponit de h̄ duo exēpla in lr̄a. Ulteri⁹ ſcire d̄-
bes ꝙ ſi extra locū q̇ furtū fecerit viſus fue-
rit cū re furtiua vl' dep̄hēſus in q̇cūq̧ loco
publico vl' p̄uato. vel ab extraneo vl' a dño
anteq̄ꝫ p̄uenerit ad locū vbi furtū ferre de-
ſtinaſſet. fur manifeſt⁹ dicit. vez ſi ad locuȝ
cū re furtiua p̄uenerit anteq̄ꝫ cuȝ re furtiua
dep̄hēdat fur nō manifeſt⁹ dicit. Sȝ dñe
q̇s ē fur nō manifeſt⁹. Frater hic tibi pate-
re debet ex his q̄ dix im⁹. Cū eñ ↄtrarioꝝ
eadē ſit diſciplina. ſi p̄ꝫ tibi q̇s eſt fur mani
feſtus ſ̄ ⁊ q̇s nō maifeſt⁹. Nā q̇ nō ē mani-
feſtus h̄ nō manifeſt⁹ dr̄. h̄. d. Furtoꝝ aūt ⁊c̄
Satis ſup̄ dictū ē q̇d ē furtū. ⁊ vnde dicat.
Modo dicēdū eſt q̄t ſūt genera furtoꝝ. ⁊ di
cit ꝙ duo. Quia furtū aut ē manifeſtū. aut
nō manifeſtū. Immo diceret aliq̇s ꝙ q̄tu-
or ſūt genera furtoꝝ. Aliud ē manifeſtū. ali
ud nō manifeſtū. aliud ↄceptū. ⁊ aliud obla
tū. Et rñ. ꝙ nō eſt ita. q2 ↄceptū ⁊ oblatū po
nūt ſpecies poti⁹ q̄ꝫ genera. Et dubitat ſup̄
h̄ q̄d in iſto. §. dr̄. ꝙ ſi extrane⁹ viderit fureȝ
rem meā furtiue aſportantē ꝙ p̄pter viſionē
extranei fur ille dr̄ manifeſt⁹. ⁊ ita actiōe fur
ti manifeſti tenet mihi ad q̄druplū. ⁊ ita p̄
viſionē extranei mihi acq̇rit actio. q̄d eſt cō
tra illud generale p̄ liberā p̄ſonā nihil nob̄
acquiri. Ad h̄ dicūt quidā ꝙ h̄ eſt ſpeciale i
odiū furti. ſic ⁊ in odiū furis h̄ introductū
eſt ꝙ aliq̇s teneat actio. furti p̄petuo. tñ alie
p̄torie actōnes penales ſūt annales. Aliī di
cūt ꝙ in iſto caſu mihi acquirit actio p̄ libe
rā p̄ſonā. ſȝ ex delicto furꝭ mihi acquirit cū
exinde vitat. h̄ dicit. Cōceptū furtū ⁊c̄. Di-
xi iuſti. Dñe. ſatis vidi q̇d eſt furtū manife-
ſtū ſed intellexi a vobis fieri mentōeȝ d̄ fur
to ↄcepto ⁊ oblato. vnde quero. dñe quid ē
furtū ↄceptū. Et dicit impa. Frater hodie
furtū ↄceptū nō eſt in vſu. olim tñ erat talis
ei⁹ natura ꝙ ſi aliq̇s credebat rem furtiuā ī
domo alicui⁹ ēē ad eā cū magna pompa. cō
ueniebat ⁊ dñs dom⁹ eā reſtituere nolebat
q̄ꝫ q̄ꝫ nō eſſet fur dabat tñ dño rei ↄtra eum
actio furti cōcepti. Olim q̄ꝫ erat alia ſpeci-
es furti que vocabat oblatū. ⁊ habebat oliȝ

locū actio furti oblati in tali caſu. pone ſic.
Quidā erat amicus me⁹ ſpecialis ⁊ penes
eū erat res furtiua depoſita. ip̄e aūt videns
ꝙ res furtiua cū magna diligentia quere-
bat. plus diligēs ſuā honeſtatē q̄ꝫ me peneſ
me rem illā furtiuaȝ depoſuit. Deinde fuit
res illa furtiua penes me inuēta. vnde tene
or ego actōe furti concepti ⁊ ille qui penes
me rē illā depoſuit tenet mihi actōe furti ob
lati ad reſarciendūȝ q̇cq̇d illis ſoluero ↄuē-
tus acti. furti ↄcepti. Fuit etiā olim quedaȝ
actio q̇ vocabat actio furti p̄hibiti q̄ datur
ↄtra eū q̇ me q̄rere p̄hibuit teſtib⁹ p̄ñtibus
rem furtiuā quā in domo ſuo eſſe dicebaȝ et
ad hoc ex edicto pretoꝝ fuit inſtituta actio
furti nō exhibiti aduerſus eū qui rem fur-
tiuā queſitā ⁊ penes eū inuētā non exhibu-
it. ſed omēs iſte actōnes vicȝ furti concepti
oblati p̄hibiti nō exhibiti que p̄pter requiſi
tionē rei furtiue olim erant adinuēte. hodie
in diſuetudinē abierunt. quippe cum hodie
requiſitio rei furtiue locū non habeat eo ꝙ
hodie omēs qui rem furtiuaȝ ſic receperint
⁊ collocauerint. furti nō manifeſti teneāt. h̄
dicit. Pena manifeſti ⁊c̄. Queſiui a iuſti. q̇
eſſet pena furti manifeſti. Reſpondet iuſti.
ꝙ pena furti manifeſti eſt quadruplū. non
manifeſti aūt duplū. hoc dicit. Furtū auteȝ
fit ⁊c̄. Queſiui a iuſtinia. qualiter fieret fur-
tū. Reſpondit dicens ꝙ nō ſolū fit furtum
q̄ñ animo intercipiendi cauſa. i. intrandi p̄
prietatem aliquis amouerit. ſed cū aliquis
rem inuito dño ↄtractat. vnde ſi creditoꝛ pi
gnore vtat vl' depoſitarius re depoſita pe-
nes ip̄m vl' res que ad vnū vſum ↄcedit. in
oībus his caſib⁹ furtū fit. Unū ſcire debes
ꝙ illi qui habent rem ſibi ad vnū vſum cō-
modatā ſi in aliū vſum ↄuertat. ita demum
furtum cōmittūt ſi intelligant inuito dño
hoc facere. ſed pone quid ſi nō credant ſe in
uito dño hoc facere ⁊ dñs hoc ratū habeat
fit ne furtū in hoc caſu. Reſpondet ꝙ non.
vnde ad hoc ꝙ cōmodatarius ↄuertat rem
ſibi cōmodatā in aliū vſum q̄ꝫ in eū ad quē
cōmodata erat furtū faciat. duo exigunt vi
delicet ꝙ credat ſe inuito dño hoc facere et
credat eū non p̄miſſurū. hoc dicit. Unde il
lud ⁊c̄. Supra dictū eſt ꝙ furtū non fit niſi
cum ↄtractatōne rei aliene ⁊ dño inuito. et
ita neceſſe eſt ꝙ duo ↄcurrant. ſcȝ ꝙ contra

ctans credat ſe inuito dño ↄtractare ꝙ domino inuito ↄtractet. ⁊ quia ita eſt ideo queritur vtrum verũ eſſet furtũ cõmiſſum in tali caſu. Ticius acceſſit ad ſeruũ meũ ⁊ eum ſollicitauit hoc modo. Dñe ſerue neqꝫ vade furari dño tuo res iſtas ⁊ cũ eis venias ad me ⁊ caſtrũ meum. ⁊ ego bñ defendam te cõtra dñm tuũ. Seruus autẽ ille acceſſit ad me dñm ſuũ. ⁊ intimauit mihi oĩa hec. Ego aũt volens ticiũ in furto comprehendere dixi illi ſeruo meo. Serue bone ⁊ fidelis ſup multa te conſtituam. vnde volo ꝙ res illas capias ⁊ fugias ad ticiũ ſolicitatorẽ. Seruus aũt ille de voluntate mea res illas detulit ad ticiũ. venio poſtea ⁊ res meas furtiuas ſeu furatas ſimꝉ cũ ſeruo meo inuenio apud ticiũ. facio eũ in iudiciũ ↄueniri ⁊ intento ↄtra eũ tam actionẽ furti q̃ȝ ſerui corrupti. Ex aduerſo aduocati ticij ipſuȝ viriliter defendẽtes dicũt ſe paratos eſſe oſtendere ꝙ neutra iſtaꝝ actione teneaꝛ. Innotuit eñ iam nobis tota veritas. Actiõe eñ ſerui corrupti nõ teneꝛ dicũt ipſi. qꝛ ſeruus nõ eſt corruptus. qꝛ non habet res illas me inuito ſꝫ magis me volente ⁊ iuſſu meo fuerunt ſibi deportate. Sup iſta queſtione olĩ fuit magna dubitatio. Cõſtitutio tñ dñi iuſti. ſtatuit ꝙ teneaꝛ actiõibus ambabꝫ. qꝛ q̃ȝtũ i fuit ipſo res illas inuito dño ↄtractauit ⁊ etiã ſeruũ corrupit. Et ꝓpter hoc ſtatuit iuſtini. ꝙ predictis duabꝫ actionibꝫ teneaꝛ vt auferaꝛ occaſio delinquẽdi. ne forte ſi in caſu iſto impunitus remaneret ex huiꝰ impunitate alij temptarẽt ſeruos alienos corrũpere qui ꝺ facili poſſent corrũpi. q̃ȝuis iſte bonus nõ fuit corruptus. ⁊ hoc dicit. Interdũ aũt ⁊c. In ſupioribꝫ eſt notatũ ꝙ qui ſeruũ alienũ corruperit furtũ cõmittit. ⁊ nõ ſoluȝ fit furtũ in ſurripiendo nobis ſeruos noſtros. ſꝫ ⁊ ſi ꝗs aliquẽ liberoꝝ nroꝝ nob ſurripuerit furtũ cõmittit. ⁊ h̃ dic. Aliqñ aũt ⁊c. Lr̃a iſta poſita fuit hic ꝓpter quoddã ꝟbuȝ qꝺ vidiſtj poſitũ. ſ. in diffinitiõe furti. Supra eñ dictũ eſt ꝙ furtũ ẽ ↄtractatio rei aliene. ⁊ ex hoc videꝛ ꝙ nõ poſſet fieri furtũ i re ꝓpria. vt ſi rẽ ſuã ꝓpriã quã ꝗs creditori obligauit ſubtraxerit. ⁊ h̃ dic. Interdũ furti ⁊c. Scire debes ꝙ qñqꝫ teneꝛ ille ꝗ furtũ nõ facit. ⁊ h̃ repiꝛ in illo cuiꝰ ope ⁊ ↄſilio furtũ factũ ẽ cuiuſmodi ẽ ille ꝗ ꝺ manu tua pecũiaȝ ſeu nũmos excuſſerit. ⁊ ab alio ſurripiũꝛ. Et etiã ꝗ tibi volẽti euadere reſiſtit vt aliꝰ res tuas rapet. nec nõ ⁊ ille ꝗ pãno rubeo. vꝉ aliq̃ alio mõ oues vꝉ boues fugauerit. vt aliꝰ ſbigẽs eas ſurripet. ⁊ h̃ veꝝ ẽ ſi h̃ eo aĩo fecerit vt aliꝰ eas ſurripet. ſi eñ p laſciuiã h̃ fecerit ⁊ nõ vt ab aliq̃ alio ſurripenꝛ. tũc non teneꝛ ac. fur. ſꝫ. l. acq̃. ⁊ h̃ d. Cũ aũt ita opevniꝰ alꝛ fur. fecerit ambo act. fur. tenenꝛ. ⁊ caue tibi ꝙ bñ ſcias lr̃aȝ ⁊ naturaȝ diſtinguere. qꝛ qꝺ iã dictũ ẽ ꝙ ille cuiꝰ ope fit fur. teneꝛ actõne furti. intellige de eo ꝗ opẽ expreſſã ꝓbuit. ſic ſi aliqs furtũ volentẽ facere ſciens ꝙ ipẽ facturus eẽt accõmodauit ſcalas vt feneſtrã aſcẽdat ⁊ frangat nã aliter vult lr̃a ſequens ſcꝫ ꝙ ille ꝗ prebet ↄſiliũ tm̃ faciẽti furtũ. actione furti ñ teneaꝛ. veluti ſi aliqs ſolũ ↄſiliũ dederit alicui faciẽti furtũ. qꝛ tũc act. fur. nõ tenebiꝛ. ⁊ h̃ d. Et ita habes in h̃. §. tres caſꝰ vnꝰ eſt qñ aliqs opẽ vꝉ ↄſiliũ expreſſuȝ ꝓbuit furtũ faciẽti. ſcꝺs qñ opẽ vꝉ ↄſiliũ tacituȝ. tercius qñ ſolũ ↄſiliũ ⁊ nõ opeȝ. In ꝓmis duobꝫ caſibꝫ teneꝛ act. fur. in tercio nõ teneꝛ h̃. d. Hi ꝗ ſũt. Pone. Meus filiꝰ vꝉ ſeruus meꝰ codicẽ meũ mihi ſurripuit. nunꝗd poſſum ↄtra eũ agere act. fur. Rñ. ꝙ non. Res tñ ipſa in furtiuã cauſã deuenit. vñ nec vſucapi põt añq̃ȝ in dñi ptãtẽ ↄuertaꝛ. ſi tñ aliqs filio meo vꝉ ſeruo mihi furtũ faciẽti ipſe ↄſiliũ ⁊ opẽ dederit tenebiꝛ act. fur. h̃ d. Furti aũt ⁊c. Dixi legiſlatori. dñe iã bñ video in ꝗbꝫ põt fieri fur. qꝛ nedũ in re aliena. ſꝫ in re ꝓpria. Sꝫ dñe p deo cui cõpetit act. fur. Rñ. d. ꝙ act. fur. cõpetit ei cuiꝰ intereſt rẽ ñ fuiſſe ſurreptã q̃ȝuis nõ ſit dñs rei ſurrepte. qꝛ etiã ipi dño rei nõ cõpetit niſi eiꝰ interſit furtũ factũ nõ eſſe. vñ ꝺ ſi creditori res obligata ſurripiaꝛ dño rei. ſcꝫ debitori ñ cõpetit actio furti ſꝫ magꝫ ipi creditori. Q̃uãuis eñ creditor habeat actionẽ pſonalẽ p quã poſſet a debitore ſuũ ↄſequi ſi ydoneꝰ fuerit debitor tñ tutius eſt ei pignori incumbere q̃ȝ in pſonam agere. ⁊ hoc vult innuere. qꝛ ſi debitor creditori pignus ſurripuerit. poterit creditor ↄtra debitorẽ furti expiri. h̃ d. Itẽ ſi fullorẽ. Sup poſitũ ẽ vnũ exẽplũ in ꝗ act. far. daꝛ ei cuiꝰ intereſt licet nõ ſit dñs vt dictum eſt in creditore. Hic poniꝛ aliud in fullone ⁊ ſarcinatore. Si eñ fullo vel ſarcinator veſtimẽta mea ꝗ ſibi curãda ſarcinanda ve

certa mercede ↄſtituta furto amiſerit mihi
nõ cõpetit actio furti eo ꝙ mea nõ intereſt
veſtimẽta illa nõ fuiſſe ſurrepta cuꝫ iudicio
locati a fullone eſtimationẽ veſtimentoruꝫ
meoꝝ ↄſequi poſſim. ꝛ h̄ d. Sꝫ ꝛ bone fidei
ꝛc. Iã habuiſtis duo vl̾ tria exẽpla in q̇bus
cõpetit actio furti illis q̇ꝝ intereſt furtũ fa/
ctũ nõ fuiſſe. Hic adhuc poīt q̇dd̃ exẽpluꝫ
de eodẽ. Si em̄ bõe fidei emptor a non dño
rem emerit ꝛ ſibi fuerit tradita ꝛ poſtea ſur/
repta. q̄ꝗ̄ nõ ſit dñs ſibi nihilominꝰ cõpe/
tit actio furti ſicꝫ creditori. Scire tñ dẽs ꝙ
aliter fulloni vl̾ ſarcinatori nõ cõpetit actio
furti niſi ſint ſoluẽdo. rõ qꝛ nihil ẽ ꝑiculo eꝰ
q̇ nihil habet. Silr̄ ſi ꝑ ꝑte fuerit ſoluendo
fullo vl̾ ſarcinator dño non fulloni cõpetit
actio. h̄. dicit. Que de fullone ꝛc. Supra di
ctũ ẽ ꝙ ſi veſtimentũ fulloni vel ſarcinatori
curandũ vl̾ ſarcinandũ traditũ ſurreptũ fu
erit ꝙ fulloni ſi ſſoluẽdo fuerit nõ dño com
petit actio furti. Idẽ intelligas ſi res fuerit
ſurrepta cõmodatario qꝛ ſi fuerit ſoluẽdo
ſibi ꝛ non cõmodatario cõpetit actio. qꝛ ad
rẽ reſtituẽdã nõ tenet̄. ꝛ hec vera fuerũt ſm̄
iura antiq̄. dñs tñ iuſt. ponit in q̄dã ↄſtitu/
tione quã habes. C. de furt. ꝛ ſer. cor. l. fi. §.
tales. itaqꝫ h̄ emẽdauit Statuit em̄ ꝙ in ele
ctõe cõmodatoris ſit vtꝝ velit agere ↄtra cõ
modatariũ act. cõmodati vl̾ aduerſus eũ q̇
rem ſurripuit. act. furti. ꝛ ſi dñs vnã iſtarũ
elegerit ad alterã nõ põt redire. Si ei dñs
act. furti moueat aduerſꝰ furẽ cõmodatari
us penitꝰ liberat̄. ſi aũt ↄtra cõmodatariuꝫ
moueat actionẽ nõ poterit poſtea ↄtra furẽ
agere. ſꝫ cõmodatariꝰ q̇ a cõmodatore ↄue/
nit̄. poterit aduerſus furẽ hr̄e act. ꝛ nllꝰ cõ
modator niſi ignarꝰ rei ſurrepte ↄtra cõmo
datariũ act. cõmodati egerit ꝑmo. Ex h̄ em̄
nõ obĳcit̄ ſibi obſtaculũ a iure recõꝑta. q̇n
poſſit agere niſi a cõmodatario ſibi fuerit
ſatiſfactũ. ꝛ h̄ d. Si is apud quẽ ꝛc. Dictuꝫ
eſt ſuꝑ de fullone ꝛ cõmodatario q̄lr̄ eis cõ
petit actio ꝑ re aliena. modo videamꝰ de de/
poſitario vtꝝ ſi res apud aliquẽ d̄poſita fu
erit. depoſitario cõpetat actio furti. Nõ em̄
tenet̄ niſi de dolo. ꝛ ita nõ intereſt ſuã rẽ nõ
fuiſſe ſurreptã. ſi aũt in dolo fuit nõ dabit̄ ſi
bi actio ne ex malicia ſua actionẽ ↄſequat̄. ꝛ
hoc dicit. In ſũma ꝛc. Dixi iuſtin. Dñe q̇d
plura vultis dicere in ti. iſto. Iam tñ dixi/
ſtis de materia iſta ꝙ generat̄ tedium deoꝝ
toti mũdo. ꝛ reſpõ. iuſti. Frater. vt breuiter
hũc titulũ expediamꝰ ſcire debes ꝙ apd̄ an
tiquos queſitũ fuit vtꝝ impubes rem alie/
nam amouẽdo furtũ facere poſſit. ꝛ placuit
dño iuſt. ꝙ ſi impubes animũ furãdi habu
eritꝫ in ipſũ poſſet cadere in iſtud delictũ h̄
eſt ſi ſit ꝓximus pubertati ꝙ actio furti te/
neat̄. ꝛ hoc dicit. Furti actio ꝛc. Queſiui a
iuſti. de natura furti ſcꝫ ad q̇d det̄ actio fur
ti. ꝛ reſpõdet iuſt. ꝙ actio ſiue ſit ad dupluꝫ
ſiue ad quadruplũ dat̄ ad penã ꝛ non ad rẽ
ſuam ꝑſequendã. dat̄ etiã dño alia actio ſcꝫ
rei vendi. ꝛ ↄdictio furtiua. Scire tamẽ de/
bes ꝙ rei vendicatio dat̄ ↄtra quẽlibet poſ/
ſidentẽ. ↄdi. furti. datur ↄtra furem ꝛ eiꝰ he/
redem. ꝛ hoc dicit.

De vi bonoꝝ raptorum Rub.

Iſo de furto ſequit̄ de rapina q̄ eſt
ſpecies furti. Qui res alie. Dixi iu
ſti. Dñe iã vidi ꝙ ille q̇ rẽ alienã clã
ſurripit tenet̄ act. furt. ſꝫ quid dicitis de illo
qui rem alienã rapit. ꝛ rñdet ꝙ ille ſilr̄ acti.
furti tenet̄. Nullus em̄ magis rẽ inuito do
mino ↄtractat q̄ꝫ qui eã vi rapit. vñ impro/
bus fur dr̄. ꝛ ꝑ iſta improbitate pretor indu
xit act. vi bo. rap. ꝛc. infra annũ quadruplũ
poſt annũ ꝓ ſimplũ. ꝛ dat̄ ꝓpter vnuꝫ rẽ vi
raptã q̄ꝗ̄ aliter ſecus videret̄ ꝓpter ꝟba in
numero plurali poſita a pretore ĩ noĩe acti.
ſcꝫ vi bo. rap. ꝛ h̄ d. Quadruplũ aũt ꝛc. Su
pra dictũ ẽ ꝙ act. vi bo. rap. infra annũ dat̄ ĩ
q̄druplũ poſt annũ ꝓ in ſimplũ. quero vtꝝ
quadruplũ iſtud ſit totũ pena. ꝛ rñdet ꝙ nõ
ꝛ in iſto quadruplo ſimplũ ineſt. ꝛ tripluꝫ ẽ
pena. ſiue cõprehẽdat̄ raptor in delicto ſiue
nõ. Non em̄ debet eſſe melioris ↄditõis ra
ptor q̄ꝫ fur. ꝛ h̄ d. Queri ſolet cõiter ſuꝑ hoc
q̇d dicit̄ in fi. §. ꝙ ridiculũ eſſet ꝙ ille qui ra
pit eſſe melioris ↄditõnis q̄ꝫ ille qui rẽ clam
ſurripit. Contrariũ em̄ videmꝰ. maior em̄
pena infligit̄ furibꝫ q̄ꝫ raptoribꝫ. cũ in pena
furti manifeſti totũ quadru. ſit pena. In pe
na aũt raptoris ſolũ triplũ eſt pena Ad hoc
aũt diuerſimode reſpondet̄. Quidã em̄ cõ
cedũt ꝙ maior pena furibꝫ q̄ꝫ raptoribꝫ ꝑ l.
infligit̄. ꝛ nõ ſine cauſa. vicꝫ quia ſepius fit
furtũ q̄ꝫ rapina. vnde ne huiuſmodi male/
fi. impunito facilꝰ talia facinora perpetren
tur vt vnꝰ pena ſit metus mltoꝝ. vt. C. ad

l.iul.rep.l.i.talis pena p̱ furto ꝛ maioꝛ q̄ꝫ p̱
rapina itroducta ē. Alij aliter dicētes rn̄dꝫ
ꝙ q̇ in vno grauat̄ i alio debet releuari. vn̄
pena raptoꝛis plus ꝯtinet. ſi nā criminal'r
ꝯtrahit̄ eū ſuſpēdi debet. Uocat em̄ lex ra‑
ptoꝛes famoſos latrones. ff de penis. l. ca‑
pitaliū. §. famoſi. In furto aūt nō dꝫ aliq̇s
mortē pati. vt in aut. ſignata. C. de ſer. fu. ſu
per illa. l. lex noua ꝑterea ſi cōueniat̄ ciuil'r
raptoꝛ equū ē vt ei minoꝛ pena iſligat̄ q̄ꝫ fu‑
ri. dn̄s aūt Guido lr̄e adherens dicit ꝙ q̇ i
vno grauat̄ in alio debet releuari. vt. ff. de
iureiur. l. eū qui. Raptoꝛ em̄ in h̄ qꝛ releuat̄
ſi nō cauſa rapina deprehendat̄ tenet̄ ſolū‑
modo ad triplū. ſꝫ grauat̄ in hoc. qꝛ nō ha‑
bet remediū aliq̇d ſi nō dep̄hēdat̄ cū fur‑
to. quia ſp̱ tenet̄ ad triplū. ſed fur. in hoc re
leuat̄ ꝙ ſi nō deprehēdat̄ cū furo anteq̄ꝫ de
ueniat ad locū deſtinatū. nō tenet̄ niſi i du‑
plū ꝛ ideo in alio grauat̄. ſ. ꝙ lꝫ dep̄hendat̄
cū furto ꝙ teneat̄ ad q̄druplū. ꝛ ſi dicat q̇s
qual'r pōt raptoꝛ n̄ deprehēdi hāc queſtionē
habes ſufficienter ſolutā in glo. ſignata in
iſto codē. §. ſup̱ illis verbis. ſiue deprehen‑
dat̄ ſiue nō. Alij ad hoc aliter rn̄dēt dicētes.
ꝙ nūq̄ꝫ eſt melioꝛis ꝯditōis raptoꝛ q̄ꝫ fur. eo
ꝙ ſp̱ pōt act. fur. ꝯueniri. vt. ff. de fur. l. ſi ven‑
didero. §. cū ſcriptoꝛ. Sed h̄ notandū ꝙ ſi
fur furti maifeſti act. ꝯuīncat̄ in q̄druplū cō
demnat̄. raptoꝛ q̄ꝫ in quadruplū p̱ ac. vi bo.
rap. ꝯdemnat̄ ꝛ ſil'r p̱ act. furti maifeſti pu‑
niet̄ ꝯuict᷒. ꝛ ita adhuc reſtat p̄mū ꝙ pl᷒ ve
nit in actiōe furti q̄ꝫ in act. vi bo. rapt. Quia
tn̄ ꝛc. In iſto. §. dic̄ ꝙ act. vi. bo. rap. ita com
petit ſi aliquis rē alteri᷒ dolo malo rapuerit
Ceterū ſi aliq̇s erroꝛe duct᷒ rē alienā credēſ
eſſe ſuā. eā alteri rapuerit iure p̄muno nō
tenet̄ act. vi bo. rap. ſed ne inueniat̄ via per
quā raptoꝛes ſuā maliciā īpune poſſint ex‑
ercere ꝯſtitutōibꝫ p̄ncipū ē ꝓuiſū. ne alicui
liceat rem mobilē vel īmobilē lꝫ ſuā eē dicat
vl' eſtimet alicui p̱ vim auferre. ſi ꝯtra h̄ ſta‑
tutū venerit ſi ſit dn̄s rei qui eam capit ca‑
det a dn̄io ſue rei. ſin aūt res aliena fuerit d̄
bet eam p̄mo reſtituere ꝛ poſtea in penā ſui
delicti eſtimatōem rei p̄ſtare. ꝛ illud nō ſolū
habebit locū in rebꝫ mobilibꝫ vt ex hac cau
ſa ab oī rapina hoīes ſe abſtineāt. h̄ d. Sa
ne in hac acti. ꝛc. Dixi iuſti. Dn̄e cōpetit ne
mihi hec actio ita demū ſi dn̄s fuero rei. Re

ſpon. ꝙ imo ſiue in bonis ei᷒ fuerit res rap‑
ta. ſiue in boīs vicꝫ ei᷒ q̇ ius aliq̇d habuerit
in re. vt qꝛ ſibi ſit cōmodata vl' impignorata ſi
ue locata vl' depoſita vl' aliq̇d iuris habeat
in ea. ita ꝙ ei᷒ interſit modo nō rapi. Sp̱ em̄
cōpetit iſta actio vt nō dn̄ium rei rapte acci
piat̄ ſꝫ ꝙ res ſibi rapta reſtituat̄ ꝛ vt breui‑
ter me expediā. ex q̄cūq̄ꝫ cā pōt cōpetere ali‑
cui actio furti ꝑter furtū datū in re. ex oīmi
ꝯſili cauſa pōt dari actio vi bo. rap. ꝑter ra
pinā in re factā. h̄ d. Poſt maleficiū rapine
de dāno exequit̄ q̇d p̱ l. acquil'. punit̄.

De lege acq̇lia Rub.

Damni iniurie ꝛc. Hic po. ſic ca. Si
aliq̇s mihi dederit damnū p̱ iniuri
am ad dānū iſtō puniēdū ꝯſtituit̄
actio p̱. l. acq̇. Et ſciēdū ē ꝙ. l. acq̇. tria ſūt ca
pita. uidendū ē ḡ de p̄mo capite. In primo
aūt capite eſt cautū. vt ſi aliq̇s ſeruū alienū
alienāue q̄drupedē que in pecudū numero
ſit iniuria occiderit q̄ꝫti p̄ciū ea res in āno p̱
ximo p̄terito fuerit tm̄ dn̄o dare dānet̄. h̄. d.
Nō aūt nō p̄ciſe ꝛc. Poſitis material'r v̄bis
galli acq̇l'. q̄ aliq̄ꝫtulū ſūt obſcura. intēdit im
p̱atoꝛ v̄ba illa p̱ ordinē exponere. Et p̄mo ex
poīt q̄ꝛe nō ſuffic̄ ſibi dicere p̄ciſe ſi q̇s hoīeꝫ
alienū alienāue q̄drupedē occiderit ſꝫ adie
cit q̄ in pecudū nūero ſit. h̄ em̄ adiecit ad ſi‑
gnificādū ꝙ ſi aliq̇s occiderit vrſū meū vel
leonē vl' aliā ferā beſtiā ꝙ nō debeat puniri
p̱ p̄mū caput. l. acq̇. eo ꝙ nō ſūt de nūero pe
cudū illaꝝ. q̄ gregati paſcunt̄. i. in paſcuis
cuſtodiūt̄. ſic̄ equi. muli. oues ꝛ boueſ capre
ꝛ ſil'ia. Sꝫ dn̄e de ſuibꝫ q̇d dicem᷒ ꝯtinent̄
ne ſub pecudū numero. Et rn̄det di. ꝙ ſic.
qꝛ gregatim paſcunt̄. ꝛ h̄ ꝯfirmat p̱ auctem
antiq̄ꝝ. d. ꝙ ſic voluerūt homerus elius et
martian᷒ Iniuria aūt oc. ꝛc. Exponit iuſt.
illud verbū poſitum prius iniurie occide‑
rit di. ꝙ ille iniuria o. cidit qui nll'o iure oc‑
cidit. ꝛ manifeſtat p̱ exempla qual'r quis p̄e
iure occidere qꝛ hoc videtur alicui dubiuꝫ.
vn̄ dicit. Si em̄ ſeruū meū latronē diurnū
dum tn̄ telo ſe defenderet quis occiderit iu
re p̱mittente eū occidere videtur. ꝛ ideo nō
tenetur. ꝛ hoc intellige ita ſi nō poſſit occiſoꝛ
alio modo euadere p̱iculum. Ild̄ē dicit de eo
q̇ caſu occidit ſeruū alienū ſi n̄ fuerit in cul
pa ꝛ dolo ꝛ de h̄ ponit̄ tale exēplum. Quidā
milites ludebāt cum iaculis in campo eis

deputato ad ſe exercitandos. ſi ſeruꝰ alienꝰ ibi tranſitū fecerit ad ludū reſpiciendū cū tñ eiꝰ nō interſit. ſi eū aliqs militū ſe exercitā tiū traiecerit nō intelligit miles eē in culpa ⁊ ideo nō tenet. Si aūt aliquis ꝑuatꝰ h̄ fe‑cerit cuiꝰ nō intererat telo traijcere culpe re‑us eſt ⁊ nō tenet ex ꝑmo capite. l. acqui. eo‑dē modo ſi alio loco q̄z i loco militib; ad ſe ex‑ercitandos deſtinato h̄ fecerit culpe reꝰ eſt ⁊ tenebit. h̄ dicit. Itē ſi puta ⁊c̄. Hic ponit ali‑ud exemplū in q̄ ſi in culpa fuerit q̄ hoīem occiderit. tenet ac. l. acq̄. ſi aūt eū ſine culpa occiderit nō tenet. ⁊ eſt exēplū tale. Quidā putator ex arbore deiecto ramo ſeruū alicu‑ius interfecerit. vnde q̄d iuris in iſto caſu ſit querit ⁊ rn̄det q̄ diſtinguit q2 aut illud fa‑ctū eſt ꝓpe viā publicā aut ꝓpe viā vicinalē ⁊ tūc ſi nō preclamauit videt eē in culpa ⁊ te‑net. ſi aūt ꝓclamauit ⁊ q̄ trāſibat h̄ ñ obſtāte ꝓceſſit ⁊ ſibi ꝓcauere noluit. tūc putator ex‑tra culpā eſt ⁊ nō tenet. Idē dico ſi ꝓpe locū aliquē vbi nō erat ius ꝯuerſandi vl' tranſeū‑di ramo ex arbore deiecto putator ſeruum aliciꝰ ibidē tranſeuntē occiderit. q2 tūc q̄uis nō ꝓclamauerit extra culpā ē. niſi d' dolo pu‑tatoris ꝯtiterit quē cū videret tñ non ꝓcla‑mauit. In iſto tñ caſu ſp ꝓſumendū ē ꝓ puta‑tore. ſc; eū eſſe extra culpā ⁊ dolū niſi dolus poſſet ꝓbari. ⁊ ſic intellige qd̄ hic d'r. Preter‑ea ſi medicꝰ ⁊c̄. Adhuc nota bonū aliud exē‑plū in q̄ ſi aliqs ſeruū aliciꝰ occiderit ſi fue‑rit in culpa tenebit. ſi aūt nō fuerit in culpa nō tenebit. Si eñ medicꝰ ſeruū tuū ſecuit ⁊ poſtea curationē eiꝰ reliqt ⁊ ſeruꝰ tuꝰ mor‑tuꝰ eſt. in culpa ē medicꝰ. ⁊ ideo tenebit. idē erit ſi impꝛite eū ſecuit ⁊ ꝓpter h̄ mortuꝰ ē. In culpa eñ ē ⁊ iō tenet. Impitia eñ culpe an‑numerat ⁊ hoc. d. Impetu q̄z ⁊c̄. Habebas mulionē quēdā q̄ ſeruū ticij impetu mula‑rū q̄s ꝓpter impitiā retinere nō potuit oppꝛi‑ſit. vñ mulio iſte in culpa ē ⁊ iō tenet. Si aūt ꝓpter infirmitatē eas retineri nō potuit. aliꝰ tñ bñ eas retinuiſſet adhuc in culpa ē ⁊ te‑net. Idē iuris ē in eo q̄ aſcendit equū tuū ⁊ ꝓpter impitiā vl' infirmitatē eū retinere non potuit ⁊ equus tuū aliciꝰ oppꝛeſſerit. eque tenet. Si aūt ſatis fortis fuit mulio. ſi tñ ali‑quo caſu fortuito ꝑ mulas q̄s ducebat vel equū quē aſcēdebat ſeruꝰ aliciꝰ oppꝛeſſꝰ fue‑rit nō tenet. attamē infirmitas vl' imperitia

aliciꝰ nulli deb; eē damnoſa. hoc d. His aūt v̄bis expoſitis duob; verbis poſitis ſup in ꝑnci. Hic exponit certū membꝝ. ſc; hoc qd̄ dictū eſt ibi q̄ti in eo āno plurimi fuerit dicēs q̄ h̄ nihil aliud eſt dictu. niſi q̄ ſi ali‑quis interfecerit ſeruū tuū. ſi eo die q̄ inter‑fecerit fuerit luſcus vel mancus in anno tñ ꝓximo preterito fuit integer ⁊ precioſior val‑de q̄z eo tpe quo occiſus fuerit. tenet q̄ti in anno ꝓximo preterito plurimi fuerit ⁊ non q̄ti eo die q̄ occiſꝰ fuerit. ⁊ ideo d'r hec actio penalis de ſui ꝑmitiua natura q2 obligat d'‑linquentē. nō tanti q̄ti dānū datū eſt. ſ; ali‑qñ lōge pluris. Et ꝓpterea etiā in heredem nō dat. in eū aūt daret niſi vltra damnū lis eſtimaret. h̄ dicit ⁊ caue. q2 quidā voluīt dice‑re q̄ hec acio de ſui ꝑmitiua natura nō eſt penalis ſ; ꝑenabilis ſolū. Dñs aūt guido dicit hāc eſſe penalē de ſui ꝑmitiua natura. ſic ſatis pō ꝓbari ꝑ lr̄a; iſtā. penalē aūt dīc eā eſſe. verū eſt dicit ipē in duplū. q̄ aūt du‑plū preſtet in hac actione h̄ ꝯtingit ꝑ infici‑atione. ⁊ ſic eſt penabilis in duplū ⁊ in pena‑li de ſui ꝑmitiua natura ſp intellige. Illō nō ex verbis legis ⁊c̄. Scire debetis q̄ nō ex verbis. l. ſed ex interpretatōne eſt. vt ſi ali‑quis ſeruū meū occiderit iniuria nō ſolum act. l. acquil. ſiet eſtimatio ſerui ꝑ empti ſ;m qd̄ iam dictū ē. ſ; ⁊ oīs damni mihi in ſui‑tio meo ꝑ illud corpꝰ occiſū dati in alijs re‑bus meis. veluti ſi ſeruꝰ meꝰ inſtitutꝰ fuerit heres ⁊ anteq̄z hereditatē adiret ab aliq̄ fue‑rit occiſus nō ſolū corpis mei ſerui fiet eſti‑matio. ſ; hereditatis amiſſe ē habēda ratio. Ad h̄ etiā adiūgere poſſū multa alia exem‑pla. Si eñ ex vno pari mularꝝ vna occiſa fuerit vl' ſi ex quadrigis equorꝝ vnꝰ occiſus fuerit vel ex comedis vnus occiſus fuerit nō ſolū eſtimatio corpis eſt habēda. ſed ſi ꝓp vnius mortē alter vl' altera minꝰ vtilis facta vel factus fuerit totiꝰ illiꝰ dāni ratio eſt ha‑benda. Hoc dicit. Liberum ⁊c̄. In iſto. §. vlti. dicit iuſt. q̄ ſcdm̄ q̄ iam dictū eſt ſi ſer‑uus meus iniuria iam occiſus fuerit ſi vo‑luero ꝯtra eū agere ad ꝓſeq̄ndū dānum mi‑hi datū i ſuo meo occiſo poſſū h̄ facere act. l. acq̄. ex ꝑmo capite. poſſum etiā ſi voluero criminaliter ꝯtra eū agere. vl' poſſum eum accuſare. l. cornel. de ſicca. ⁊ h̄ intellige ſi do‑loſe eū occiderit. Secus aūt ē ſi ſolū fuerit

in culpa occiſor. ⁊ hoc dicit. Caput ſcd̄m ⁊c.
Dixi iuſti. Dn̄e ſatꝫ vidi de p̄mo capite. mo
do dicatis de ſcd̄o capite. Et rn̄det. Frater
caput ſcd̄m in vſu nō eſt. ⁊ hoc dicit. Capi/
te tercio ⁊c. Sup̄ vidi de capite p̄mo ⁊ ſcd̄o
Reſtat videre de tercio capite. Et ſcire d̄bes
ꝙ in capite tercio cauet̄ de omi dāno d̄ quo
nō ē cautū in capite primo. Unde terciū ca
put locū habet cū aliq̄s ſeruū vl' q̄drupedē
illā que pecudū numero ē vulnerauit vl' oc
ciderit. ⁊ ſic caue tibi qꝛ mors venit in iſto ca
pite tercio ſicut in p̄mo. ſed nō in illis aīali/
bus in q̄bus venit in p̄mo. Itē dānū iniu/
ria datū in certis aīalibus ⁊ in ceteris rebꝫ
inanimatis h̄ tercio capite vindicat̄. vn̄d ſi
quid fuerit ruptū vel fractū vſtū vel ceſum
actio ex hoc capite cōſtituit̄. Scire tn̄ d̄bes
ꝙ plura v̄ba hic poſuerūt iuris ꝯditores
q̄ꝫ neceſſe fuerit. Om̄ia em̄ v̄bo rupti ꝯtine
ri poterūt. Adhuc eciā ſcire debetis ꝙ ſi ali
quis in alienū vinū vl' oleū aliquid imiſcue
rit ꝑ qđ natura vini vl' olei corrumpat̄. hoc
tercio capite. l. acquil'. tenet̄ ⁊ hoc dicit. Il/
lud palā ⁊c. ſicut in occiſione de qua in pri/
mo capite tractat̄ ꝑ. l. acq̄. Pena imponitur
ſi dolo vl' culpa facta fuerit occiſio ⁊ aliter
nō. Silr̄ ⁊ hic nō debēt puniri ꝓpter dānū
datū d̄cl̄ꝫ in tercio capite tractat̄. niſi dolo vl'
culpa h̄ factū fuerit. ⁊ h̄ dicit. Hoc tn̄ capite
⁊c. Scire debetꝫ ꝙ in p̄mo capite punit̄ oc/
ciſor tanti q̄ꝫti plurimi fuerit res in anno re
tro. ſꝫ in tercio capite fit eſtimatio q̄ꝫti pluri
mi fuerit in. xxx. diebꝫ retro ⁊ non rep̄it̄ hec
dictio plurimi in hoc tercio capite. Suff. ē
em̄ cauſam eſſe poſitā in p̄mo capite. Intel
ligit̄ em̄ hec dictio q̄ꝫ plurimi ⁊c. in p̄mo ca/
pite poſita in tercio repetita. h̄ dicit ſup̄ iſto
§. queri ſolet cōiter ⁊ etiā in glo. de h̄ fit mē
tio. q̄re min⁹ ſpaciū in tercio capite q̄ꝫ in p̄/
mo apponit̄. Ad hāc queſtionē rn̄debat Jo.
d. ꝙ hanc queſtionē ſoluit apollo. ⁊ hēs no
tatū. ff. eo. l. i. Dn̄s aūt azo dicebat. ꝙ p̄mo
capite tenet̄ q̄s ſolūmodo ꝓpter ſeruū occi
ſum vl' quadrupedē. ſꝫ in tercio capite tenet̄
q̄s ꝓpter ſeruū vel quadrupedē vulneratuꝫ.
ꝓpterea qꝛ q̄ p̄mo capite delinquit ⁊ graui⁹
delinquit ⁊ grauius punit̄. Contra hoc autē
eſt ꝙ non ſoluꝫ ꝓpter animalia occiſa tenet̄
quis primo capite ſed etiam tercio vt ꝓpter
animalia que ſunt de numero pecudū. ſed

ad hoc poteſt dici ꝙ plus delinquit qui ho
minē occidit qui ad imaginē dei factus ē q̄ꝫ
qui aliud aīal. ⁊ etiā plus delinquit q̄ aīal oc
cidit qđ de pecudū numero eſt q̄ꝫ qui aliud
aīal ſicut canē vl' ferā beſtiā. Tales aūt ſūt
q̄ primo capite tenent̄ ⁊ ideo plus puniri d̄
bent. e. Lex placuit ⁊c. Scire debetꝫ ꝙ tūc
demū hꝫ locū act. l. acq̄. directa cū de corpe
ſuo aliq̄s dānū d̄diti corp⁹. qn̄ āt aliq̄ alio⁹
q̄ꝫ corpe ſuo aliq̄s dānū d̄derit i corp⁹ hēbit
ꝯtra ip̄ꝫ act. l. acq̄. vtilis locū. veluti ſi hoīeꝫ
alienū aut pecus ita incluſerit vt fame ne/
caret̄. ⁊ ſilr̄ in aliis exemplis poſitis in lr̄a.
ſꝫ q̄d dicem⁹ de illo qui ſeruū alienū in fluui
um deiecit ⁊ is ſuffocat⁹ fuerit. Rn̄. ꝙ non
eſt dubiū q̄n corpe ſuo in corp⁹ damnū de/
derit. ⁊ iō act. l. acq̄. tenet̄. ſꝫ dn̄e q̄d ſi alicui
dānū datū fuerit a nō corpe in nō corp⁹. vt/
puta ſi aliq̄s miſcd̄ia ductus ſeruū alicui⁹
compeditū ſoluerit vt effugiat. quid dicem⁹
in iſto caſu. Rn̄. ꝙ neq̄ꝫ dabit̄ in hoc caſu.
act. l. acq̄. directa nec vtilis ſed act. in factū
ſbſidiaria que dat̄ ꝑ damnis que. l. acqui.
nō ꝯprehendunt̄ tenebit̄. h̄ dicit.

De iniuriis Rub.

Poſt alia priuata delicta de iniuriis
ponit dn̄s Juſti. quod eſt priuatū
delictum tamē non competit cuili
bet ſed iniuriato. Generaliter ⁊c. Queſiui
a iuſtinia. quid dicatur fieri ꝑ iniuriam. Et
reſpondet dicens. ꝙ generaliter dicit̄ fieri
iūria quod nō iure fit. ⁊ ita ponit̄ hic aūt p̄/
uatiue. Specialiter aūt dicit̄ iniuria ꝓ ꝯtu
melia. a ꝯtemnendo dicta quā greci appel/
labant ſic voluerunt. Qn̄q̄ꝫ aūt ſpecialiter
dicit̄ culpa. ſic ſumit̄ in act. l. acquil'. vbi po/
nit̄ damnū iniuria datum. i. culpa faciētis
datum. Tercio modo ſumit̄ iniuria ꝓ ini
quitate vel pro iniuſticia. vnde cum pretor
vel iudex ꝯtra aliquē pronunciat. ille cōtra
quē iudicatum eſt iniuriam accepiſſe dicit̄
ſiue iniuſticiam. Iniuria aūt ⁊c. Scire de
bes in p̄cipio ꝙ licet iniuria quatuor mo
dis ſumat̄ vt ex p̄cedenti reſpōſo liquet. At
tamen in toto iſto titulo ꝓp̄ie ſumit̄ iniuria
pro ꝯtumelia. Uolui ergo ſcire a legiſlato/
re quomodo dicit̄ iniuria ſiue contumelia
cōmitti. Et rn̄det dicens. ꝙ nō ſolū cōmitti
tur iniuria cū quis pugno pulſatus fuerit
aut fuſtibus ceſus vel verberatus. ſꝫ etiam

ſi alicui conuiciū aliqͦd dictuꝫ fuerit. Item
plus dico ꝙ ſi aliqͥs vellet poſſidere bōa ali
cuiꝰ tanꝗ̄ bona debitoris ſui ſciēs euꝫ nihil
ſibi debere iniuriā cōmittit. Idē dico ſi ali-
quis ad infamiā alicuiꝰ libellū cōpoſuerit
aut ediderit iniuriā cōmittit. ſi aliqͥs pudi-
citiā alicuiꝰ bone matrone attēptauerit vel
matrifa. aſſociatus fuerit vel pretextatū. ſcꝫ
feminā affectatus fuerit. ⁊ alijs pluribꝫ mo
dis. hoc dicit. De ptextata aūt. de qua ī iſto
titu. fit mētio. antiqui diuerſas fabulas no
tauerūt. ſꝫ dñs Io. ⁊ eius ſequaces dicebāt
ꝙ hoc nomē ptexta habuit ortū a q̄dam no
biliſſimo iuuene filio ſenatoris. Referebat
eīn ꝙ quidā nobiliſſimꝰ vir quedā filiū ha-
bebat. xiiij. an. vel. xv. Contigit aūt ꝙ qua-
dam die ſecutꝰ fuit patrē ſuū ad capitolium
⁊ ibidē cū pr̄e ſuo interfuit. vbi pater eiꝰ cum
alijs ſenatoribꝫ de ſecretis vniuerſi orb tra
ctauerat. Finito ꝯſilio cū iſte tanꝗ̄ puer re
uerteret̄ domū mater eiꝰ queſiuit ab ipo vn
de veniſſet. Qui reſpondit ꝙ fuit cuꝫ patre
ſuo in ꝯſilio vbi pater eiꝰ cū vniuerſis alijs
ſenatoribus tractauerat de ſecretis multis
Hoc mater eiꝰ more mulierū cepit a pue-
ro pſcrutari quid in conſilio illo. ⁊ de q̄ tra-
ctaſſent. puer iſte ꝗ̄ꝗ̄ iuuenis nihilominꝰ
diſcretus cogitās qꝛ nō eſſet bonū cōſiliuꝫ
ſenatoꝝ matri reuelare. cepit dicere matri
ꝙ totū ꝯſiliū fuiſſet qualr̄ pater eiꝰ pullos
matris ſue poſſet diſſipare. qꝛ multos habē
bat. Domū aūt reuertente pr̄e ſuo incōtinē
ti dixit ei mulier inflāmata. Bene ſcio quid
in cōſilio veſtro feciſtis hodie. Machina-
ti eſtis in mortem pulloꝝ meoꝝ. Dña dixit
ſenator. quis tibi h̄ intimauit. Que reſpon
dit filiꝰ meus q̄ vobiſcū erat in conſilio. ⁊ to
tū cōſiliū audiuit ⁊ mihi retulit. Hoc aūt
pater diſcretionē filij nolētis cōſiliū ſenatoꝝ
ꝓpter aliqua blandimēta matris ſue reuela-
re perpēdēs. accepit pueꝝ ⁊ dixit corā ſena-
toribus ⁊ ſeriem illiꝰ facti eis narrauit. q̄ p-
pter diſcretionē ſuā incontinēti puerū in ſe
natorē elegerūt. ⁊ ꝓpter miraculū tāte diſcre
tionis in puero fecerūt ſibi fieri quandā ve
ſtē que vocabat̄ ptexta forte dicta a pr̄e ⁊ te-
gogis. que ꝑ alijs veſtibꝫ eum tegebat erat
forte quedā veſtis ampla q̄ tegebat oēs ali
as veſtes ſicut faciūt cappe noſtre. ⁊ poſtea
ſtatutū erat nobiliū romanoꝝ vt filij coruꝫ
hac veſte vterent̄. Patit̄ aūt quis ⁊c̄. Sup̄
dictū eſt quot modis fit iniuria. modo vidē
dū eſt qualr̄ quis patit̄ iniuriā. Patit̄ autē
quis iniuriā nō ſolū ſi aliquo pdictoꝝ mo-
doꝝ ei directo fiat iniuria vtputa qꝛ cōuici
um ei dictū fuit vel aliq̄ alio modo. ſꝫ etiam
ſi liberis eius quos in ptāte habet aliquo p̄
dictoꝝ modoꝝ fiat iniuria pater dicit̄ paſſꝰ
iniuriam. vñ ꝓ iniuria facta vni pſone. qñ-
ꝗ̄ tribus qñꝗ̄ q̄tuor dat̄ actio iniuriarum
veluti ſi facta fuerit iniuria filiefam. nupte
dat̄ actio iniuriarū patri mulieris ⁊ etiam
mulieri ⁊ marito mlieris. Sed q̄d ſi mari-
to fuit iniuria facta pōt ne vxor agere ꝓ in-
iuria ſibi facta ⁊ ecōuerſo. Reſpōdet ꝙ nō.
Equū eīn eſt vxores a viris defendi. ⁊ non
maritos ab vxoribꝫ. Quatuor eīn pſoīs cō
petit actio iniuriaꝝ ꝓ iniuria facta vni pſo
ne in tali caſu. Pone ꝙ aliqua filiafa. nup-
ta filio meo ſit quā in ptāte habebā. huic ſi
facta fuit iniuria cōpetit actio iniuriaꝝ nu
pte ⁊ mihi ſocero ꝓ iniuria facta nurui mee
⁊ etiā filiofa. marito mulieris, ⁊ etiā pr̄i mu
lieris. Seruis aūt ⁊c̄. Supra dictū ē ꝙ pa
tit̄ aliquis iniuriā nō ſolū ꝑ ſemetipm ſed ⁊
ꝑ vxorē ſuam ⁊ liberos ſuos quos in pote-
ſtate habet. Hec aūt oīa intelligere debes
vera eſſe in liberis. Si eīn alicui ſeruo fiat
iniuria nō intelligit̄ fieri aliqua iniuria eo
ꝙ inſpecto iure ciuili ſeruo ꝓ nullo haben
tur. ſed dño ſerui fit iniuria ꝓ iniuria facta
ſeruo ſicut ꝑ iniuriā factā vxori vl' liberꝫ in-
iuria fit marito vxoris ⁊ illi in cuiꝰ ptāte li-
beri ſunt. Solū eīn in duobꝫ caſibꝫ fit dño
iniuria ꝑ iniuriā factam ſeruo vl' ſi in cōtu-
meliā dñi apte facta fuerit ſeruo iniuria li-
cet nō atrox. Ceterū ſi aliquis cōtra ſeruuꝫ
tuū cōclamauerit ⁊ eū leuiter pugno pcuſſe
rit dabit̄ tibi actio iniuriarū. ⁊ hoc d. Si cō
muni ſeruo ⁊c̄. Supra dictū eſt ꝙ ſi ſeruo
alicuiꝰ qui in totū alicuiꝰ eſt fiat iniuria ꝙ ī
duobꝫ caſibꝫ actio iniuriaꝝ cōpetit dño ſed
pone ꝙ ſeruo cōmuni alicuiꝰ ſimplicis ho-
minis ⁊ alicuiꝰ nobilis viri ꝓ equalibꝫ ptī-
bus fiat iniuria ex qua naſcat̄ actio iniuria
rū. qualr̄ debeat iſta iniuria eſtimari. Et re-
ſpondet ꝙ nō debet fieri iniurie eſtimatio ꝓ
ea pte ꝓ qua quiſqꝫ eoꝝ dñs eſt. ſꝫ ex pſoniſ
dñoꝝ hoc eſt dignitatibꝫ. hoc eſt dicere ꝙ li
cet humilis pſona tātū habeat in ſeruo ꝗ̄tū

ꝛ nobis non tamē tantū debet iniuria ſua eſtimari q̄tū iniuria facta nobili ad. l. autē inductā ꝑ ꝯtrariū. ff. eo. l. ſꝫ nō eſt equū. Rn̄det ſic exponēdo. l. ſed nō eſt equū ꝓ maiori pte q̄ꝫ ꝓ qua dn̄s eſt damnatiōeꝫ fieri. Hoc ſic intelligo ꝙ quilibet dn̄oꝝ habebit dimidiam emende reſpectu facto ad ſuū totum. Si em̄ ſeruus cui facta eſt iniuria totus fuiſſet nobilis. eſtimaret̄ iniuria ſua. xx. ſolid. ſed qꝛ nō eſt niſi dimidius eſtimabit̄. x. ꝛ ita eſtimatio nobilis viri deducit̄ ad ſuū totuꝫ aut illud eſtimabit̄ habito reſpectu ad diuturnitatē. Si aūt ſeruus cui facta eſt iniuria nō valeat. x. Cū ergo nō habeat niſi medietatē in ſeruo ſuo nō eſtimabit̄ q̄nq̄ꝫ. aliiſ aūt modis ſoluit̄ ibidē. Sed q̄d ſi fiat iniuria ſeruo in quo aliq̄s habet vſumfructuꝫ cui cōpetit actio iniuriarū. Et rn̄det̄ ꝙ dn̄o ꝓprietatis. Sed pone ꝙ alicui libero homi q̄ tibi bona fide ſeruiat fiat iniuria. dabitur ne tibi actio iniuriarū. Et reſpōdet̄ ꝙ nō ſꝫ ſibi. ꝛ hoc verū eſt niſi in ꝯtumeliaꝫ tui dn̄i cui bona fide ſeruit ſit vulneratus vł pulſatus. Idē eſt in ſeruo alieno tibi bo. fi. ſeruiēte. vt tunc ꝓ iniuria ei facta tibi ꝯcedat̄ actō iniuriarū q̄n in ꝯtumeliam tui iniuria fuerit ei facta. ꝛ hec ſūt que in lr̄a ꝯtinent̄. Pena aūt iniuriaꝝ ꝛc. dixi iuſt. Dn̄e dicatꝭ mihi que pena imponit̄ ꝓ iniuria in actione iniuriaꝝ ꝛ ipſe notat mihi antiquas fabulas dicens ꝙ antiquit᷒ imponebat̄ vna pena ꝓ iniuria ꝑ. l. xii. tab. ꝛ alia ꝑ pretores. Poſtea ſcd̄a. ꝛ vt breuiter dicā membꝝ ꝓ membro ꝓpter autem os fractū. vt ſi aliq̄s in ore percuteret̄ ita ꝙ ſanguis vndiq̄ꝫ flueret. ſcd̄m dominū Guid. ſunt pecuniarie pene ꝯſtitute ꝓpter veteꝝ paupertatē. qꝛ ita paupes erant tūc ꝙ ſatis puniebant̄ ꝑ os fractū ſi paruꝫ de pecunia ſoluerent. Maluerūt em̄ tūc tēporis ſuſpendi q̄ꝫ aliquid d̓ pecunia ſua dare. vł poteſt hoc qd̓ dicit ꝓpter nimiā paupertatē veterū referri nō ad ꝓximū dictū ſed ad aliud qd̓ dicit erat pena talis. Quia em̄ ita paupes erant olim ꝙ nō habebāt pecuniā vnde ſatiſfacere poſſent membꝝ ruptū ꝛ ꝓpter hoc fuit ſtatuta pena taliōis ſed poſtea pretores circa naturā iniuriarū tractantes ſtatuerunt ꝙ ꝓ iniuria agat̄ ciuiliter. ꝛ tunc debet iudex intantū condemnare iniuriantem q̄ti ille cui fit iniuria. iniuriam ſibi factam eſtimauerit vel minoris ſcd̄m ꝙ ſibi equū viſum fuerit dicit etiā iuſti. ꝙ pena legis. xii. tabu. in diſſuetudinē abiit. pena aūt a pretorib᷒ introducta hodie habet locum. nam ſcd̄m qualitatē ꝑſone cui fit iniuria creſcit. vel minuit̄ iniurie eſtimatio. ꝛ hoc dicit Sed ꝛ lex corne. ꝛc. Scire debes ꝙ ꝓ omi iniuria de mōd debet agi actiōe iniuriaruꝫ ex. l. cor. de iniuriis qd̓ ꝯtingit in trib᷒ caſibus. puta ſi aliquis dicat ſe pulſatū verberatum vel domū ſuā vi introitam ꝛ appello domū tuā ſiue ꝓpria tibi fuerit ſiue locata ſiue gratis ꝯceſſa. ꝛ hoc dicit. Atrox iniuria ꝛc. Intellexi dn̄e iuſti. ſupius fieri mentioneꝫ de atroci iniuria. ſed dn̄e qualr̓ cognoſcam attrocem iniuriaꝫ. Et ipe reſpon. dicens ꝙ atrox iniuria quatuor modis cognoſcit̄. videlicet ex loco duplex ſcꝫ ex loco vbi fit vł ex loco vulneris. Iteꝝ ex facto. vt ſi aliq̄s vulneratus fuerit vel grauiter leſus. ꝛ etiā ex ꝑſona vt ptꝫ ex lr̄a. ꝛ hoc dicit. Parum refert ꝛc. Scire deberis ꝙ nō refert vtrum atrox iniuria fiat filiofamilie an patrifa. Equaliter em̄ dicit̄ atrox ꝛ hoc dicit. In ſumma dicendum eſt de omi iniuria ille qui patit̄ iniuriam poteſt agere de iniuria ſibi illata ciuiliter ſi voluerit vel criminaliter. Si aūt ciuiliter agat eſtimatione facta ſcd̄m ꝙ ſupra dictū eſt iudex penam reo irrogabit. Si aūt criminaliter. tunc extraordinaria pena reo eſt imponēda. Hoc tamē vult ſemꝑ obſeruare dn̄s Iuſti. quia illuſtres ꝛ ſupillustres iniurias ſibi illatas ꝑ ꝓcuratores agere poſſint tam criminaliter q̄ꝫ ciuiliter ſcd̄m tenorē ꝯſtitutionis leonis quā habes. C. eo. l. finali ad quam recurre. Non aūt ſolū ꝛc. Scire debes ꝙ non ſolum tenet̄ actione iniuriarum qui fecit iniuriam. ſed ꝛ ille qui ꝓcurauit vt ab alio fieret. ꝛ hoc dicit. Hec actio ꝛc. Si aliquis fecerit mihi iniuriam ꝛ ego diſſimulauerim. ſi peniteam poſtea ꝛ velim agere iniuriarum non poſſum. ꝛ hoc. d.

¶ De obligationibus que ex quaſi maleficio naſcuntur.

Quia de obligationib᷒ que ex maleficio naſcunt̄ dictum eſt. ſequit̄ de obligatōibus que ex quaſi maleficio naſcunt̄. ꝛ ꝓpterea ꝯuenienter ponit̄ hic rub. de obliga. que ex quaſi malefi. na. Si iudex ꝛc. In toto titulo iſto nihil aliud dicit̄

niſi ꝙ ponūť quedā exempla in quibꝫ q̄dez
exemplis teneť aliq̄s ex quaſi delicto. ⁊ in-
ter oīa exempla primū exemplū eſt de iu-
dice qui cognoſcens inter me ⁊ aduerſariū
meū ꝑ ſuā imprudentiā vł̄ impitiaꝫ ꝯtra iu
ſticiā meā ꝓnunciauit credens bene facere.
Iſte eñ iudex diciť litem facere ſuā hoc eſt
damnū alterius in ſe trāſferre. In id etiam
mibi teneť in quo ꝑ imperitiam ſuam me le
ſit. Sed quo genere dicemus ipſū mihi ob
ligatū. Reſponſio vt ſupius dictū eſt ꝙ cū
nō ſit obligatus ex ꝯtractu nec ex quaſi con
tractu. eo ꝙ neqꝫ ꝯtraxit neqꝫ quaſi ꝯtraxit
neqꝫ ex maleficio qꝛ credebat bene facere ex
quaſi delicto obligať. Sed pro deo inq̄ſtū
ſuſtinebit iudex iſte imperitus penam. Re
ſpondeť ꝙ inq̄ſtū equū viſum fuerit iudici
maiori. hoc eſt ſꝫm plus vł̄ minꝰ iudex ma-
ior viderit ipſū erraſſe. Secus eñ eſt ſi cir
ca certa ⁊ cōmunia aliquis iudex errauerit
⁊ ſecus ſi errauerit circa occulta huiꝰ pħie.
⁊ hoc dicit. Circa titu. iſtū ſolebat dñs meꝰ
Jac. de bal. rimari mirabilr̄ ⁊ querere q̄re
ita eſt ꝙ ſi aliquis iudex male iudicauerit ꝑ
imprudentiā ſuam vł̄ imperitiaꝫ quare hoc
appellať quaſi malefi. Si aūt medicus ali-
quis ꝑ imprudētiā vł̄ impitiam ſuā aliquē
male ſecuerit vł̄ malā potiōem ſibi dederit
illud appellať vere malefi. vt. ff. ad. l. acq̄. ⁊. ſ
ad. l. acqui. §. Preterea ſi medicꝰ. Quare h
ſolebat dñs Jaco. in ꝑmis dicere ſit ꝓ rōe
voluntas. Et talē deinde allegabat ꝑſuaſi
onē vł̄ ꝑ functionē iudiciū male iudicantiſ
ꝑ imperitiā nō numerať inter genera male
ficioꝝ. mala aūt ſectio annumerať. Huius
aūt ratio pōt eſſe qꝛ in his in quibꝫ maiꝰ pi-
culum vertiť maior cautela eſt adhibenda
vñ qꝛ in mala ſectione ⁊ in mala potiōe ver
titur piculū corporis. Statutū fuit ꝙ ſi ali
quis male ꝑ imperitiam ſuā ſecuerit vł̄ ali-
cui mala medicamina dederit. ꝙ ex malef.
tenereť. vt ſic metu pene pterriti impiti me-
dici ne de facili ꝓſilirent ad malas ſectiōes
vel malas potiones dandas ne ita ꝑ impe-
ritiam interficiant homīes ſicut infra. In
iudicijs aūt non vertiť tantū periculuꝫ. qꝛ
non eſt ibi periculū corporis. ſed tantū pe-
cunie. Et ppterea ſufficit ꝙ ex quaſi delicto
teneať iudex. Item ponit aliam rationē ta
lem. In mala potione vel in mala ſectione
non eſt maleficium tantū. In iudicio aūt ꝑ
ignorantiaꝫ facto eſt aliter in cuiꝰ reſpectu
dicitur beneficiū ſcꝫ ille ꝓ quo ferť ſenten-
tia. Ille eñ cōmodum ſuſtinet licet alius ī
cōmodum. ⁊ ppterea non appellatur malefi
cium ſicut ſectio. Iteꝫ is ex cuius cenaculo
⁊c. Jam vidiſtis vnū exempluꝫ vbi obliga
tus eſt aliquis non ex cōtractu neqꝫ ex qua
ſi contractu neqꝫ ex maleficio ſed ex quaſi
maleficio eſt obligatus. Modo ponit hic
aliud exemplum. vt ecce. Si de cenaculo ali
cuius fuerit aliquid eiectum vel effuſum ex
quo aliquis ledať iſte de cuius cenaculo il-
lud eijcitur vel effundiť eſt obligatus non
ex contractu neqꝫ ex quaſi contractu nec ex
maleficio quia ipſe non eiecit. ſed ex quaſi
maleficio id eſt quo ad id quod iminet qua
ſi deliquiſſe videtur eo ꝙ viſus eſt opa ma-
lorum hominū. ⁊ poſſum coniūgere ſequē-
tem verſiculū ſi ex certa ſcientia non facio.
vt ꝑ exempla diſtinguam. Cui ſimilis eſt ⁊c̄
Jam viſtiſtis duo exempla in quibus eſt
obligatus ex quaſi maleficio. adhuc ponit
aliud exemplū parum differens a ſecundo
Ecce ſi aliquis habebat aliquid poſituꝫ vł̄
ſuſpenſum ſupra viam publicam quod no
cere poſſet tranſeuntibus qui ita patiť poſi
tum vel ſuſpenſum teneť ex quaſi delicto vł̄
maleficio q̄uiſ nemo leſus fuerit. dum tamē
id quod poſitum eſt vel appenſū ledere poſ-
ſet aliquē ſi ceciderit ⁊ punitur ex ſecūdo edi
cto de deiectis ⁊ effuſis in. x. aureis. licet nihil
nocuerit. Non eñ inſpiciť hic euentus ſed
quid euenire poteſt. In deiectis ꝓ vł̄ effu
ſis tunc deinde puniendus eſt quis cum ꝑ
eiectum vel effuſum alicui nocitum fuerit
Sed domine pro deo que eſt pena eiectis
⁊ effuſis. Et reſpondet dominus iuſtinia.
ꝙ ex primo edicto de eiectis vł̄ effuſis pena
eſt dupli damni. Si autem liber homo in-
terfectus fuerit ꝑ eiectum vel effuſum. tunc
conſtituta eſt pena. l. aureoꝝ. Si aūt veni-
at liber homo ⁊ per eiectum vł̄ effuſuꝫ ei no
citum ſit tunc puniet inq̄ſtum iudici equū
videbiť. Debet eñ iudex cōputare impen-
dia in curatione facta ⁊ opas eius quibus
caruit forte ſi ſcriptor manu dextera muti-
latus eſt vł̄ alibi eſt vulneratus ita ꝙ ſcribe
re non poteſt vł̄ quibus cariturus eſt vtpu
ta ſcriptor eſt ⁊ manus ē ei abſciſa qua ſcri

bere ſolebat quod tamē difficilimū eſt enar
rare. dicit gloſa q̄ nō referas ad impendia
ſed ad opas quibus caruit ꝛc. Licet enim
ita eſſet q̄ ſolebat quolibet anno decem li-
bras ſcribendo lucrari. non tamē ꝓpter hoc
ſequit̄ q̄ in poſterum faceret. Poſſet em̄ cō
tingere q̄ nō inueniret qui opas ſuas con
duceret. ꝛ hoc vult dicere litera iſta. Si fi-
liuſfami. ꝛc. Supra dictū eſt q̄ ſi aliquid d̄
hoſpitio patriſfami. eiectum vel effuſuʒ ſit
quod alicui nocuerit vel ſi aliquid poſituʒ
vel ſuſpenſum fuerit ſupra viam publicam
cuius caſus tranſeuntibꝫ ſit piculoſus. qua
liter agat̄ contra patrē fami. ex edicto de eie
ctis vel effuſis. Sed pone q̄ ex domo ali-
cuius filijfa. ſeorſum a patre habitantis fu
erit aliquid eiectū vel effuſum quod alicui
tranſeūti nocuerit vel aliquid habuerit ap
penſum ꝛc. Quid iuris in iſto caſu dab tur
ne actio in patrem. Et reſpondet iuſtini. q̄
non dabit̄ in patrem aliqua actio nec etiaʒ
actio ex peculio ſed ↄtra filiūfami. eſt agen
dum. Hoc etiā idem obſeruandū dicit lite-
ra in filiofam. iudice qui p imperitiam ſuaʒ
litem ſuā fecit. ꝛ p imprudentiam ſuā Hoc
aūt exponunt quidam q̄ ſi filiuſfa. p impe-
ritiam litē ſuam fecerit ſi ſeorſum a patre ha
bitauerit non tenet̄ pater etiam de peculio
Si aūt cum patre habitauerit pater de pe-
culio tenet̄. ſed dn̄s Guido. pro ↄſtanti po
nit q̄ ſi filiuſfam. p imperitiā litē ſuam fece
rit ſiue ſeorſum habitauerit a patre ſiue cuʒ
patre. ſed hoc nō refert. Semp p em̄ filius te
net̄ in ſolidū. pater aūt pecuotenus ꝛ gloſat
ſcḋm q̄ in glo. ordinaria eſt. Idē eſt in filiofa
mi. quo ad hoc ſcʒ vt ſemp teneat̄ filiuſfam.
in ſolidum ſiue ſimul cū patre habitauerit
ſiue ſeorſum a patre. ſed tamē quā filius li-
tem ſuam facit pater tenet̄ de peculio. licet
filius ſeorſam habitauerit q̄ꝫq̄ꝫ in caſu quā
do filiuſfami. aliquid appoſitū habet quod
nocere poſſit pater nō teneat̄. Iterū exerci-
tor ꝛc. Non ſolū in exemplis predictis tene
tur quis ſiue obligat̄ ex quaſi maleficio. ſed
ſimilr̄ pōt ↄueniēter poni exemplū de exer
citore nauis aut caupone. aut ſtabulario.
Si em̄ aliquod furtū vł damnū fuerit ſcḿ
in naui vł caupono vł ſtabulo p aliquē eo-
rum quoꝝ opa vtit̄ magnus executor na-
uis vel ſtabli vł dn̄s caupone ex quo male
ficio obligat̄. quia q̄ deliquiſſe videt̄ q̄ opa
malorum hominū vtit̄. In oībꝫ aūt qua
tuor exemplis ſiue caſibꝫ ſupradictiſ poteſt
aliquis p actio. in factū que heredi dat̄ ſed
non contra heredem conſequi illud in quo
ſibi obligant̄ predicti. Hoc dicit.

¶ De actionibꝫ Rub.

Ex obligationibꝫ viſuʒ eſt. modo vi
dendū eſt de actōnibus. Et ſi tu di
cas quare dicit de actōibus in plu
rali. Frater quia multe ſūt diſtinctiones ſi
ue diuiſiones actionū. Et ſi tu queras. qua
re ergo dn̄s iuſti. diff. nit actionē in ſingu-
lari. Frater hoc facit volens loqui in gene
re. ſciens q̄ genus generaliſſimū plura ge
nera ꝛ plures ſpecies ſub ſe comprehendit.
Diffinitio aūt generis cōuenit ſingulis ſpe
ciebus. nō tamē vertit̄ ꝛ ꝓpterea cōuertitur.
ꝛ ꝓpterea melius in ſingulari ſub genere q̄ꝫ
ſub ſpecie diffinit actionē. Supereſt vt de
actionibus loquamur ꝛc. Acceſſi ad iuſti.
impato. ꝛ dixi ſibi. Dn̄e iam ſatis dixiſtiſ p
deo imponatis veſtro finem volumini. Re
ſpondet dicēs. Supeſt vt de actionibꝫ loq̄
mur. p hoc aperte deſignans q̄ prius ꝓmi
ſit de his aliquid determinare quod veruʒ
eſt vt ſupra de iure na. gent. ꝛ ciui. §. fi. qua-
ſi dicat poſt multos ꝛ varios tractatos ſu-
pereſt ꝛc. Sed dn̄e dixi ego circa actiones
quid ꝓmittitis tradere. Frater ſcire debes
q̄ in toto titulo iſto intendimus duo face-
re. ſcʒ diffinire actionē ꝛ diuidere actiones
Unde pmo diff nit actionē dicens q̄ actio
nihil aliud eſt q̄ꝫ ius perſequēdi in iudicio
quod ſibi debet̄. ꝛ hoc dicit lr̄a iſta. Super
eſt ꝛc. Et hec eſt prima ps ꝛ durat vſq̄ꝫ ad il
lū. §. Oīm ꝛc. Sed querit hic dn̄s Ia. vn-
de ſumit̄ hec neceſſitas. dicit ipe. Frater di
cam tibi. Iſta neceſſitas ſumit̄ ex hoc q2 to
tus liber iſte imo quod plus eſt totuʒ corpꝰ
iuris ↄſiſtit in tribus. Omne em̄ ius quo
vtimur aut ptinet ad perſonas aut ad res
aut ad actiones vt. ſ. de iur. na. gen. ꝛ ciui. §
fi. In primo libro dictū eſt de pſonis. in ſe-
cundo ꝛ tercio de rebus vſq̄ꝫ ad locum iſtū
Modo ergo ſupeſt vt de actionibus loq̄-
mur. vł ſic. Iſta neceſſitas poteſt ſumi a na
tura ſucceſſorū edicti vt primo tractet̄ de p
ximiori niſi in agnatis. Olim em̄ in agna-
tis nō habebat locum ſucceſſio. vt ſatis ap

parere poteſt inſpicienti ꝑ illud qd̄ notatur ſup. l. i. ꝛ. ij. ff. de ſuc. edicto. Ordo tn̄ ſucceſſorij edicti eſt pꝰ patre de filio ſiue pꝰ matrē de filia tractare vt latēter pōt colligi ex quadam. l. ff. de act. ꝛ obli. l. filiusfa. Cū ergo tractatū ſit de obli. que ē mater act. reſtat d̄ eiꝰ filia tractare. Tercio modo ſumit̄ neceſſitas ſic. ſ. vidimus de mltis ꝛ varijs iurib⁹. modo videndū ē de effectu iuriū ꝛ ꝓpter hoc dicit. Supeſt ꝛc̄. Parū em̄ eſſet iura ee ī ciuitate niſi mgr̄atus eēnt q̄ iura reddere poſſent. Silr̄ parū eēt obligatōes eē natas niſi eſſent actiones q̄ obligationum ſiue iuriū ſūt executiue. Nūc aūt actionū ꝛc̄. Hic incipit ſcd̄a ps ꝛ durat vſq₃ in fi. tit. ſed q₃ iuſti. in hoc ti. ponit ſex diuiſiones actionū quarū quinq₃ ſūt de ꝑncipalib⁹ actionib⁹ ſiue d̄ ꝑncipalib⁹ diuiſionib⁹ acti. ꝛ ſexta extrauagans eſt ꝓut ibi dicet̄. ideo ſbdiuidas iſtā ꝑtem in q̄nq₃ ꝑtes ꝑncipales in quaꝝ ꝑma ꝑte ponit primā diuiſionē talē actionū. qꝫ q̄dam actōes ſūt in rem. quedā in ꝑſonam. ꝛ durat vſq₃ ad illū. §. Sed iſte ꝛc̄. Ibi icipit ſcd̄a in qua ponit talē diuiſionē qꝫ quedam actiōes ſunt pretorie. quedā ciuiles. ꝛ durat vſq₃ ad illū. §. Sequens ꝛc̄. Ibi incipit tercia. in q̄ ponit talē diuiſionē qꝫ q̄dam actiones ſūt rei ꝑſecutorie. q̄dam pene. ꝛ q̄dā mixte. ſc₃ tam rei q̄₃ pene ꝑſecutorie. ꝛ durat vſq₃ ad illū. §. Omēs aūt actōes ꝛc̄. Ibi icipit quarta ps in q̄ ponit quartā diuiſionē actionū q̄ talis eſt qꝫ oīs actio aut ē in ſimplū aut in triplū aut quadruplū. ꝛ durat vſ₃ ad illū. §. Actionū aūt ꝛc̄. Ibi incipit q̄nta ps in q̄ ponit q̄ntā diuiſionē actionū ſc₃ qꝫ quedā actiones ſūt ſtricti iuris queda₃ bone fi. ꝛ durat vſ₃ ad illū. §. Sūt preterea ꝛc̄. Ibi incipit ſexta in q̄ innuit talē diuiſionē actionū extrauagantiū qꝫ q̄dā actōnes ſūt ꝑſecutorie ſolidi q̄dam nō. et iſtam extrauagantē actionē ꝑſequit̄ vſq₃ in finē ti. Metamꝰ ergo que ſeminauimꝰ ꝛ colligimꝰ q̄ ſparſimus ꝛ redeamꝰ ad primā ꝑtē in qua ſic po. caſu₃. Dicit iuſt. ꝯtinuando ꝓceſſum ſuū ex q̄ expeditū ē ꝑmo de ꝑſonis ꝛ rebus. Supeſt vt iam de actionibus loq̄mur. ꝛ hoc in prima pte. Sz pone dn̄e, iam video quia vos vultis tractare de actione. Dicatis ḡ mibi quid ē actio. Ad hoc reſpondet iuſti. diffiniendo actionē ſic. qꝫ actio nihil aliud eſt q̄₃

ius ꝑſequēdi in iudicio qd̄ ſibi debet̄. ꝛ hoc in ꝑma pte prime diuiſionis vſ₃ ad illu₃. §. Omniū ꝛc̄. Hic incipit ꝑma ps ſcd̄e partſ. in qua iuſti. ponit bimembrē diuiſionē actionū. ſed alterū membroꝝ diuiſionis ſue nō ꝑſequit̄ vic₃ actiones in rem. ſ₃ quia quedā actiones in rem cōpetunt ꝓ rebus corꝑalibus vendicandis ꝛ q̄dā ꝓ incorꝑalib⁹ vendicandis vel denegandis. idcirco ſubdiuidas iſtam particulam in duas particulas. In quarū prima pte tractat de actionib⁹ in rem que locū habent ꝓ rebus corꝑalibus. In ſcd̄a pte tractat de actionibus in re₃ q̄ cōpetunt ꝓ rebus incorꝑalibus. Prima pſ durat vſ₃ ad illū. §. Sed iſte ꝛc̄. Et in parte iſta ita ꝓcedit. primo ponit diuiſionē ſuā ſecūdo aſſignat rōne₃ ſue diuiſionis. tercio exemplificat tanq₃ de primo membro ſue diuiſionis. His igit̄ breuiter prelibatſ ita ponamus caſum. Acceſſi ad iuſti. ꝛ ita ꝓpoſui coram eo. Dn̄e ego ſatis bn̄ video quid eſt actio. pro deo dicatis mihi ſi placet aliqua₃ compendioſam viā vl' diuiſionē actionis. ꝛ ad hoc reſpondet iuſti. Amice libenter dico tibi q₃ oīm actionū quibus iter aliquos litigatores apud iudices ordinarios vl' delē. vl' etiam apud arbitros cōmiſſarios d̄ q̄cunq₃ re corꝑali vl' incorꝑali agit̄ ſumma diuiſio in duo genera deducit̄. Aut em̄ omēs actiones ſunt in rem aut in ꝑſona₃. ꝛ qꝫ iſta diuiſio ſit bona liquet tali ratōne. Na₃ quicunq₃ in iudicio aut experit̄ aut agit cu₃ eo qui obligatus eſt ex contractu vl' quaſi. aut ex malef. vl' quaſi. aut alijs quibuſdam. id ē ex varijs cauſarū figuris. ꝛ in hoc caſu q̄ndo agitur contra eū qui aliquo predictorū modoꝝ obligatus eſt ꝓdite ſunt actiones in ꝑſonam ꝑ quas actor intendit aduerſarium ſuū aliquid ei dare aut facere oportere. aut agit cum eo qui nullo iure eſt ſibi obligatus. mouet ei tamē controuerſiam de aliqua re ꝛ in hoc caſu ꝓdite ſunt actōes in rē. Cū ḡ q̄cunq₃ agit aut agit cōtra eū qui ſibi obligatus eſt ꝛ tunc contra eū habet locu₃ act. in ꝑſonam. aut contra eu₃ qui nullo iure eſt ſibi obligatus ꝛ tunc habet locū actio in rem. ꝛ pluribus modis agi non poteſt. Liquet igit̄ manifeſte q₃ ſupradicta diuiſio bona ſit. ſed dn̄e iam video quia diuiſionem veſtram ſatis probabili rōe ꝯfirmatſ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑ deo ſi placet ponatis mihi familiare exē-
plum qualiter agit̄ cū eo qui nullo iure ē mi
hi obligatus. Ad hoc rn̄det impator. Ami
ce ponam⁹ ꝙ aliquis poſſideat aliquā rem
corꝑalem quam ticius affirmat eſſe ſuam. ⁊
ille qui poſſidet dicat rem illam ſuam eē. nā
in caſu iſto ſi ticius rem illam ſuā eſſe inten
dat ⁊ a poſſeſſore iure dn̄ij eā vendicet. tūc
actio in rem locū habet. ⁊ hec dicunt̄ in hac
ꝑte vſ ad illum. §. Eque ſi agat ⁊c̄. Viſo d
actione in rem q̄ locū ſibi vendicat in rebus
corꝑalibus. hic incipit iuſti. tractare d acti
onibus in rem que locū habent in reb in-
corꝑalib. ſed qꝛ petunt̄ ſeruitutes ⁊ vēdicā
tur ⁊ hoc ꝑ ꝯfeſſoriā actionē in rē ⁊ aliquā
do negant̄ deberi. ⁊ hoc ꝑ negatoriam in rē
actionē. idcirco diuidas ꝑtem iſtam in du-
as ꝑtes. in quaꝝ prima ꝑte tractat de cōfeſ
ſoria actione ꝑ quam vendicant̄ ſeruituteſ
In ſecūda tractat de negatoria ꝑ quam ſer-
uitutes denegāt̄. ꝑma ꝑs durat vſ ad illū
§. Econtra q̄ ⁊c̄. ibi incipit ſcd̄a ⁊ durat vſ
ad illū. §. Sed iſte ⁊c̄. In ꝑte iſta ita ꝓcedit
primo tractat de ꝯfeſſoria ꝑ quam vendicā
tur ſeruit. ruſti. prediorꝝ. in ſcd̄a tractat de
ꝯfeſſoria ꝑ quā vendicant̄ ſeruitu. vrban. ꝑ
dio. ⁊ eundē ꝓcedendi ordinem obſeruat in
ſcd̄a parte. Primo em̄ tractat de negatoria
ꝑ quā denegant̄ ſeruitu. ruſtico. predi. ſcd̄o
tractat de negatoria per quā denegant̄ ſer-
uitutes vrbano. predi. Ultimo in fine iſti-
us ꝑtis aſſignat differentiam inter actionē
negatoriam in rem que locū ſibi vendicat
in reb incorꝑalibus. ⁊ illam actionem ne-
gatoriam in rem que cōpetit ꝓ rebus corpo
ralibus. His igit̄ ad vberiorem doctrinam
prenotatis venio ad caſum. ⁊ eſt caſus taliſ
Acceſſi ad iuſtini. ⁊ ita queſiui ab eo ⁊ dixi.
Dn̄e iam video de actione in rem. ⁊ vnde a
ctio in rem habet locum ꝓ dn̄o rerū corpo-
ralium. ſed nunquid ſunt plures actiones
in rem. Et reſpondet iuſti. ꝙ ſic. Sicut em̄
dixi tibi ꝙ actio in rem locū ſibi vendicat
quando aliquis rem corporalem aliquam
iur. dn̄ij in iudicio intentat ſuam eſſe eodē
modo dico tibi ꝙ ſi aliquis ius vtendi fru-
endi ſibi eſſe in fundo vl̄ edibus vicini ſui
dicat vel ſi dicat ius ſibi eſſe ducendi aquā
in fundum ſuum ꝑ fundum vicini ſui. In
omnibus his caſibus actio confeſſoria lo
cum habebit. ⁊ non ſolum in ſeruitutibus
ruſtico. predio. vendicandis locum habet
in rem actio cōfeſſoria. ſed ⁊ in ſeruitute vr
banorꝝ predio. Eiuſdem em̄ generis actio
que de iure vrbanor. predi. competit veluti
ſi aliquis agat ſe habere ius ne vicinus ſu
us altius edes ſuas tollat vel ſi aliquis di-
cat ſe habere ius proſpiciendi in fundū vi
cini ſui vel proijciendi aliquid d̄ fundo ſuo
in fundum vicini ſui. aut ſi agat ius ſibi eſ-
ſe vtendi mittendi tignū de edibus ſuis in
edes vicini ſui. ⁊ ſic in his omībus ſuperio
ribus caſibus actio confeſſoria locum ha-
bet in rem. Et hoc in prima parte illius vl-
time partis. Modo pone caſum in ſecun-
da. Dn̄e iam ſatis liquet mihi de confeſſo-
ria in rem que locum habet in vendicatio-
ne rerum incorporalium. ſed nunquid dn̄e
ſunt plures actiones in rem que locum ha
bere poſſunt in rebus incorꝑalibus. Ad h̄
reſpondet dn̄s Juſtinia. ꝙ ſic. Nam ſicut
ego dixi ꝙ in ſeruitu. ruſtico. vel vrbano ꝑ-
diorum. vendicandis locum habet confeſ-
ſoria in rem. Eodem modo dico tibi in ca-
ſu conuerſo ꝙ ſi aliquis negat te habere ſer
uitutem ruſtico. vel vrba. predio. competit
ei actio in rem negatoria. Nam de vſufru.
⁊ de ſeruitu. ruſtico. predi. Item de ſeruitu
te vrbano. predi. prodite ſunt in rem actio-
nes negatorie veluti ſi quis agat ius vten-
di fruendi in fundo ſuo vel in edibus ſuis
aduerſarium ſuū non habere. vel ſi aliquis
agat ius nō eſſe aduerſario ſuo eundi vel
agendi ꝑ fundum ipſius aduerſarij. vel ſi q̄
dam dicat aduerſariū ſuum nō habere ius
in edibus ipſius actoris vt ipſe actor non te
neat̄ altius tollere edes ſuas vel ſi quis di-
cat aduerſarium ſuum non habere ius ꝓ-
ſpiciendi ꝑ fundū ſuum vel ꝓiciendi ali-
quid i fundo ſuo. vel ſi aliquis agat ius nō
eſſe aduerſario ſuo mittendi tignum ex edi
bus aduerſarij in edes ſuas. Nam in omī
bus caſibus his ſicut in ſuperioribus ha-
bent locum actiones in rem. ſed tamē nega
torie. Sed hoc genus negatorie ſcꝫ actio-
nis in rebus corꝑalibus locum non habet
Nam licet in his caſibus ſupradictis agat
poſſeſſor negatoria. ⁊ hoc in rebus incorpo
ralibus. in rebus tamē corporalibus ille a-
git qui non incumbit poſſeſſioni. quia non



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt aliqua actio a iure prodita beneficio cu
ius actionis poſſit negare illam rem corpo
ralem actoris eſſe. ſed licet tibi dixerim re/
gulariter ꝙ poſſidenti ⁊ detinēti in rebus
corꝑalibus nō cōpetat actio in vno tñ caſu
ille qui poſſidet nihilominꝰ actoris ꝑtez ſu/
ſtinet ſicut in latioribꝫ. ff. libris aptius ap/
parebit. Et hec dicunṫ in ſcđa ꝑte ⁊ expedi/
ta eſt ꝑ̄ma diuiſio actionū quā ꝓſequiṫ vſꝫ
ad illū. §. Sed iſte ⁊c. Hic incipit ſcđa diui
ſio ꝑ̄ncipalis act. quā ꝓſequiṫ iuſt. vſꝫ ad il
lū. §. Sequens illa ⁊c. Et in hac ſecunda ꝑ
te ita ꝓcedit. Primo ponit generalē diuiſio
nē actionū. Scđo ſubdiuidit ſecundū mē/
brū diuiſionis. ⁊ ſm̄ hoc diuidas ꝑtē iſtam
in tres ꝑtes principales. In quarū prima
ꝑte ponit diuiſionē generalē actionū vt dixi
que talis eſt. Actiones quedaꝫ ſunt ciuiles
quedam pretorie. Et durat hec ꝑs vſqꝫ illuc
Lū in ſe ⁊c. Hic incipit ſcđa pars in q̄ ſub
diuidit latenter ſecundū membꝝ ſue diuiſi
onis vicꝫ p̄torias act. ⁊ latenter innuit taleꝫ
diuiſionē ꝙ pretoriarū actionū quedā ſunt
in rem quedā in ꝑſonam. non tamen hanc
dico eſſe generalem diuiſionē actionum. qꝛ
nō eſt generalis imo bimembris cum in di
uidentibus contineanṫ omēs ſpecies ipſiꝰ
diuiſionis igiṫ in hac diuiſione ſole preto/
rie ꝯtinenṫ. Dico ergo iſtam diuiſionē acti
onū generalē nō eſſe. ⁊ durat hec pars vſqꝫ
ad illum verſiculū. Ecce plerunqꝫ ⁊c. Ibi i
cipit tercia ꝑs in qua ſic proſequiṫ vtrunqꝫ
membꝝ ſue diuiſionis. ſcꝫ pretorias actio.
tam in rem q̄ꝫ in ꝑſonam. De ciuilibꝫ em̄ ni
hil dicit principaliṫ in hac ꝑte ⁊ durat iſta ꝑ
ticula vſꝫ ad predictū. §. Sequēs breuiter
⁊c. His prelibatis ſic pone caſum. Dñe iaꝫ
poſuiſtis mihi vnā compendioſaꝫ diuiſio
nem actionū ⁊ membra diuiſionis ꝑ diluci
da exempla declaraſtis. Pro deo nunquid
ſunt plures diuiſiones actionū. Et reſpon
det iuſti. ꝙ ſic. Nam actiones quedam ſūt
ciuiles quedam pretorie. Iſte em̄ actiones
de quibus ſuperiꝰ mentionē habuimus et
ſi que eis alie ſimiles ſunt ex legittimis ⁊ ci
uilibus cauſis deſcēdūt. i. ciuiles ſunt. alie
aūt actiōes ſunt quas pretor ſ introduxit ex
ſua iuriſditione. ⁊ hoc in prima. Sed nun
quid dñe pretorie diuidi pñt. ⁊ reſpondet ꝙ
ſic. Pretoriarū em̄ quedā in rem quedā in
ꝑſonam ſunt. Pretor em̄ quaſdā actiones
ex ſua iuriſditione comparatas habet tam
in rem q̄ꝫ in ꝑſonam quas etiā ipſas preto/
rias neceſſariū eſt. i. vtile exemplis oſtende
re. Et hoc in ſcđa ꝑte vſqꝫ ad illū verſiculū.
Ecce plerunqꝫ ⁊c. Hic incipit quarta ꝑs in
qua iuſti. ꝓſequiṫ mēbra ſue diuiſionis. ſed
qꝛ illa ſubdiuiſio continet illa duo mēbra.
idcirco diuidas hanc terciam ꝑtem in du/
as ꝑtes principales. In quaꝝ prima ꝑte ꝓ
ſequiṫ actio. pretorias in ꝑſonā. Prima ꝑs
durat vſꝫ ad illū. §. In ꝑſonaꝫ. Hic incipit
ſecunda ⁊ durat vſqꝫ ad illū. §. Sequens il
la ⁊c. In prima ꝑte ita procedit. Primo in
generali ſub breuiloquio tangit duas preto
rias in rem. Secūdo ſpecialṙ vtrunqꝫ diui
ſum ꝓſequiṫ de vtroqꝫ ponendo exempla di
lucida. Tercio interſerit quandā pretoriaꝫ
ꝑſonalē ꝓpter ſimilitudineꝫ ⁊ cōuenientiam
quaꝫ habet cū duabus ſuꝑioribus realibꝫ
ſicut in apparatu plenius declaratur. Quar
to reuertiṫ ad pretorias in rem que cōpetūt
alicui rōne iuris qđ habet in re aliena. His
viſis ita pone caſum. Dñe vos dixiſtis mi/
hi ſupra ꝙ pretoriarū actionū quedā ſūt in
rem quedam in ꝑſonam. ⁊ ꝓmiſiſtis ꝙ eaſ
dem ꝑ exempla mihi oſtenderetis. Ad hoc
reſpondet iuſti. amice libenter. Ecce plerū/
qꝫ p̄tor permittit in rem agere. ita vt actor di
cat ſe aliquā rem quaſi vſucepiſſe quā in ve
ritate nō vſucepit. ⁊ tamē vtili in rem actio/
ne pretoria ita vendicat ſuā eſſe quaſi vſuce
piſſet. Et nō ſolū in caſu iſto locum habet
actio pretoria in rem. ſed in caſu conuerſo.
Nōnqꝫ em̄ ita promittit pretor in reꝫ agere vt
aliquis dicat aduerſariū ſuū rem quaſi nō
vſucepiſſe quā in veritate vſucepit. ⁊ ita eaꝫ
rem ab eo pretoris auxilio aduocat q̄ſi eam
nunq̄ꝫ vſucepiſſet. Sed bone dñe ꝓ deo di
catis mihi exemplū familiare in quo actor
dicit ſe quaſi vſucepiſſe rem quam in verita
te non vſucepit. Ad hoc reſpondet. Amice
dabo tibi bonū exemplū. Nam pone ꝙ ali
qua res alicui ex cauſa iuſta puta Petro a
non dño tradita ſit. veluti ex cauſa emptio/
nis vel donationis aut ex cauſa dotis. aut
ex cauſa legatoꝝ. vel ex alia ſimili cauſa ap/
ta ad dñij tranſlationē. necdum petrus bo
nefidei poſſeſſor illiꝰ dñium bñficio illiꝰ vſu
capionis adeptus ſit ſi poſſeſſionem illius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rei aliquo caſu amittat nullā habet de iure
ciuili directā actionem inrem ad illam rez
ꝑſequendam. Ita eñ ꝓdite ſūt actiones in
rem de iure ciuili vt q̇s rōne dñij rem ſuaz
vendicaret. Cū igit̄ de iure gentiū. puta ꝑ
traditionē non ſit illi⁹ rei dñs effect⁹ neqȝ d̄
iure ciuili puta ꝑ vſucapionē. liquet mani-
feſte ꝙ oīe bñficiū iuris ciuilis in hoc ca-
ſu petro ſit precluſum. ſꝫ quia pretori q̇ na-
turali equitate mouet̄ durum videbat̄ ⁊ h̄
caſu petro poſſeſſori bo. fi. deficere penitus
actionē quandā. actionē de equitate intro-
duxit bñficio cui⁹ actōnis petr⁹ qui poſſeſſi
onē amiſit dicit ſe eam rem q̄ſi vſucepiſſe. ⁊
ita p̄toria in rem vendicat ſuam eſſe ſicut ſi ī
rei veritate eam vſucepiſſet ⁊ directa in rem
ciuili eam vēdicaret. ⁊ iſta actio de equitate
pretoris in hoc caſu introducta publiciana
appellat̄ que ideo ſic appellat̄ qꝛ primū a pu
blicio pretore in edicto ꝓpoſita eſt. ⁊ hec dicū
tur vſꝫ ad illū. §. Ruſus ex diuerſo ⁊c̄. In
parte iſta tractat caſū conuerſum. ſcꝫ ad ca-
ſū p̄cedentē. In p̄cipio eñ pri. §. duo di-
xerat ⁊ nō exemplificauit niſi de vno. ſcꝫ qñ
actor dicit ſe vſucepiſſe qd̄ non vſucepit. et
circa materiā iſtam venio ad tale exemplū.
Quidā eñ erat abſens cauſa reipublice in
abſentia ſua vſucepit rem pñtis. Qualiter
eñ hoc poſſit eſſe habes in glo. Pretor in-
fra annū abſentis reciſa vſucapione ꝑ bñfi
ciū reſtitutionis ꝑmittit actorez petere rem
ſuam ac ſi reus nō vſucepiſſet rē illaz. Et ad
hoc ꝓponit actōnē reciſſoriā. ⁊ iſta reciſſoria
nō ſolū competit in duob; caſib; predictiſ ſꝫ
etiā in quibuſdā alijs eam accōmodauit p̄
tor ſimilr̄ equitate motus ſicut ex latiore di
geſtoꝝ vl̄ pandectaꝝ volumine pleni⁹ pate
re pōt. ⁊ hoc d. Ruſus ex diuerſo ⁊c̄. Duo
ſunt hic poſita. ſ. ruſus que ē dictio iterati
ua ⁊ etiā hec dictio ex diuerſo. dictionē ite-
ratiuā ideo bis poſuit qꝛ ſicut ſupra tracta
uit de pretoria in rem ſic ⁊ hic. licet aliquis
poſſet dicere ꝙ hic tractet̄ de pretoria in ꝑ-
ſonam. in plurib; tamē dicit̄ reciſſoria in rē
⁊ hec etiā fuit ratio quā dñs Johan. in ar-
bore act. poſuit inter actiōes reales referēs
ſe ad ea que frequentius accidūt ⁊ cōtingūt
Et ita reſpondebat dño Jaco. de balō. rep-
hendenti dñm Johan. eo ꝙ reciſſoriam in
ter reales ordinauit in arbore ſua. Ex diuer

ſo aūt dicit. quia hic tractauit de actione ꝑ
quam actor negat aliū vſucepiſſe qd̄ vſuce-
perat. in ſuꝑiori. §. tractauit qualiter actor
affirmat ſe vſucepiſſe qd̄ nō vſucepit. quali
ter aūt abſens rem pñtis poteſt vſucapē ha
bes in glo. Itē ſcire debes ꝙ in iſto. §. notat̄
ſcd̄a cauſa inuētionis tituli de maiorib; re-
ſtituendis. Prima eñ cauſa fuit ne abſētes
a pñtibus lederent̄ vl̄ ſi lederent̄ vt reſtitu
erent̄. ⁊ de iſta cauſa tractatuz eſt ꝓ primo. §.
Secunda cauſa fuit ne lederent̄ pñtes ab
abſentib;. ⁊ de iſta ſcd̄a cauſa tractat. §. iſte
ſcꝫ de reſtituendis pñtibus ꝯtra abſentes.
ſꝫ quid ſi ambo eſſent abſentes. reſtitueret̄
ne vnus ꝯtra aliū. Reſpondet̄ ꝙ ſic. Bene
eñ reſtituit̄ priuilegiatus ꝯtra priuilegiatū
vt eccleſia ꝯtra eccleſiam ⁊ minor ꝯtra mi-
norē. Tria eñ principaliter debes ſcire cir
ca iſtū. §. Primū eſt quibus ⁊ qñ det̄ reſti-
tutio. ⁊ de hoc vſqꝫ huc dictū eſt. Secundū
eſt infra qd̄ tempus det̄ reſtitutio de quo di
uerſimode dicūt vt habes notatū ſuꝑ. l. C.
ꝙ tp̄e militie. ⁊ ff. ex qui. cau. ma. l. ab hoſti-
bus. §. Sꝫ qd̄ ſimplr̄. Dñs aūt Ja. dicebat
ꝙ tp̄us ipſius nō mutat̄ ſed ē ſꝑ quadrienni
um ꝯtinuum. ſed cū aliquis in tp̄e leſus ſit
tp̄s ad qd̄ bene mutat̄. Terciū eſt de reciſ-
ſoria. doctores aūt dicūt ꝙ nō eſt ꝓpriuz no-
men act. ⁊ dicebant ꝙ minores reſtituūtur
iur. act. ⁊ maiores offi. iudi. Dñs iaco. dicit
ꝯtrariū. Dicit eñ. l. qꝛ ſimili modo reſtitu-
untur maiores ⁊ minores vñ dicebat ꝙ ni-
hil aliud ē reciſſoria q̄ꝫ actio que p̄mo ante
vſuca. vel p̄ſcrip. fuit directa modo ē vtilis.
Itē quid eſt qd̄ dicit hūc libꝝ corrigi ꝑ. C.
cū liber iſte poſtea factus ſit. ⁊ ante pande-
ctam codex factus ſit. vt. ſ̄. in prohe. C. ⁊ cū
ſacratiſſimas. Ad hoc reſpondet̄ ꝙ verum
eſt ꝙ impator p̄mo ad impiales ꝯſtitutio-
nes curā ſuā direxit. ⁊ ex trib; codicib;. ſcꝫ
hermoge. grego. ⁊ theodo. fecit fieri vnū. C.
quē ſuo felici noīe nuncupauit. deinde ere-
xit curā ſuam ad imenſa veteris prudentie
volumina ⁊c̄. Et tercio libꝝ iſtū mandauit
cōponēdū vt habet̄. ſ̄. in ꝓhe. ī preallegato
§. Sꝫ poſtea videns impator ita ꝯſtitutio
nes vagari extra corpus iuris mādauit p⁹-
ea diſſolui codicē ⁊ ꝙ insererent̄ ille ꝯſtitu
tiōnes. ⁊ ſic factū fuit. vñ ꝯſtitutio illa q̄ cor
rigit libꝝ iſtū eſt vna de ꝯſtitutionib;. Itez



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſi quis in fraudē. ⁊c. De receſſione alienatio
nis. ſcʒ qualr̄ ego poſſum petere p̄ reciſſori/
am rem meam abſente me vſucaptā vel pre
ſcriptā reciſſa vſucapione p̄ bn̄ficium reſti
tutionis ſatis dictum eſt. ṡ. in materia ſua.
Nūc aūt videndū eſt de quadā alia reuoca
tione que fit alio caſu vicʒ de reuocatione q̄
fit a creditore qn̄ debitor in fraudē credito/
rū mala fide alienat. Et circa hāc materiaʒ
dicit legiſlator breuiter ꝙ ſi debitor malafi/
de in fraudem creditoꝝ alienauerit p̄mittit
creditoribꝫ bona fide reuocare ab ipſo ea q̄
ſunt alienata p̄inde ac ſi bona illa remanſe
rint in bonis d̄bitoris illius. vn̄ hic tractat
de alia reuocatoria quā fecit in pri. §. q̄ vo/
cat pauliana. ſʒ videt in principio ꝙ pretor
p̄mittat mētiri hic ſicut in duobꝫ pri. §. Et
reſpondet ꝙ nec hic nec ibi p̄mittit pretor
mētiri. Ipſa eīm verba hic poſita ſūt ſicuti
bonis debitoris manſiſſēt. ⁊ v̄ba poſita ſu/
perius ac ſi nō vſucepiſſet effectū denotant
q. d. ſicut in reciſſoria p̄mittit ei qui fuit ab
ſens cauſa reipublice vel alia iuſta de cauſa
duʒ res ſua vſucapta fuit in effectu agere ac
ſi rē ſuam nō vſu cepiſſet aduerſarius eo ꝙ
fingit lex rem nō ēē vſucaptam reciſſa vſuca
pione p̄ bn̄ficiū reſtitutionis. ⁊ ſicut pretor
fingit h̄ nō ēē vſucaptū qd̄ in veritate ē vſu/
captum remouēdo vſucapionē de medio ⁊
ſic fictio hec veritati p̄iudicat ſicut ⁊ alibi ī
fictōne. l. cor. que fingit captiuū mortuū p̄/
mortuū prima hora captiuitatis ⁊ in fictio/
ne poſtliminij vbi fingit captiuū ſilr̄ ſemp̄
fuiſſe in ciuitate vt. ff. de capt. ⁊ poſtli. re. l.
poſtliminiū ⁊. l. pater. §. fi. ⁊. l. ꝙ ſi filius. ſic
⁊ in iſta reuocatoria p̄mittit creditoribꝫ reʒ
debitoris in eoꝝ fraudē alienatam ac ſi nō
eſſet alienata petere. ſʒ videt ꝙ male ponit ī
lr̄a hec dictio iteratiua Itē. cū in pri. §. tra/
ctatū ſit de reuocatoria p̄toria in rē cū pauli
ana ſit in p̄ſonā. Cū igit ſim⁹ in tractatu p̄/
toriarum realiū ſicut p̄ʒ infra ⁊. ṡ. ⁊ ī illo. §.
In p̄ſonaʒ. vbi de p̄ſonalibus aget. male vi
det hic inſerere act. p̄torias p̄ſonales. ⁊ ma
le videt hic poni hec dictio itē iteratiua cuʒ
q̄ſi de alia materia hic tractet. Ad h̄ rn̄det.
nō ē dubiū q̄n pauliana de qua p̄ncipalr̄ ī
hoc. §. tractat. ⁊ alie due de quibꝫ fit mentio
ſcʒ pauliana fauiana ⁊ caluiſiana. ff. d̄ vſu.
Videam⁹. §. in fauiana inter p̄ſonales. tn̄

eas inter p̄torias interſerit ꝓpter ſimilitudi
nē quam habēt in r̄uocādo ideo dicit. Itē
ſup̄ iſto. §. pōt reformare vnū quare tale re/
uocat p̄ paulianā quod in fraudē creditoꝝ
a debitoribꝫ ē alienatū. Per caluiſianā aūt
⁊ fauianā q̄ꝗ ſup̄ hoc ſit diſſenſio reuocat
illud qd̄ in fraudē patroni ē a liberto alie/
natū. Quero ḡ cū neceſſe ſit ꝙ p̄bet fraus
tam emptoris q̄ꝗ vēditoris ad hoc ꝙ credi/
tor poſſit reuocare illud qd̄ in fraudē eius ē
alienatū. In reuocatōne aūt q̄ fit a patro/
no rei alienate in eius fraudē a liberto ſuo
ſufficit ꝙ p̄bet fraudē alienantis ſolū. Ad
hoc dicit ꝙ creditor qui agit pauliana r̄uo
cat alienata ab eius debitore nō ſoluto pre
cio ⁊ ꝓpter hoc grauat. q2 tam emptoris q̄ꝗ
vēditoris fraudē neceſſe habet p̄bare. Pa/
tronus aūt qui vult reuocare alienata ī ei⁹
fraudē neceſſe habet ſoluere preciū empto
ri. ⁊ ideo in hoc releuat q2 non habet neceſ
ſe p̄bare niſi fraudē alienantis. Sed dn̄e q̄
eſt ratio hui⁹ diuerſitatis ꝙ plus debeat gra
uari patronus q̄ꝗ creditor qui reuocat. Fra
ter dicit iuſt. Ratio vna iam dicta eſt ſcʒ q2
qui in vno grauat in alio debet releuari. p̄. l.
ff. de iureiur. l. euʒ qui. Alia ratio ē iſta ⁊ ma
gis ſpēalis. q2 patronus qui reuocat certat
de lucro captando. creditor aūt de damno
vitando. De actione aūt pauliana fauiana
⁊ caluiſiana diuerſi diuerſimode ſentiunt.
Quidam eīm ſicut gar. ⁊ omēs antiqui vſq̄ꝫ
ad. b. Jo. ⁊ Azo. dixerūt q2 caluiſiana datur
p̄tono. ⁊ pauliana creditori. ⁊ fauiana vtri/
q̄ꝫ. Et pro ſe allegabant. l. ff. de vſu. videam⁹
§. de fauiana. Dixerūt eīm ꝙ in. l. illa dicit li
tera p̄ q̄s vnde iſti fecerūt tales v̄ſus. Cal.
pa. ſʒ pau. cre. fauiana cauebit vtriq̄ꝫ. Jo. ⁊
H. ⁊ eoꝝ ſequaces dixerūt ꝙ fauiana dat
patrono. pauliana creditori ⁊ caluiana dat
vtriq̄ꝫ p̄ alios v̄ſus. Creditor a paulo fauio
q̄ꝫ patronus amet Iſtis caluiſius cōmu/
nis amicus habet. Dn̄s autē Hui. dicit ꝙ
pauliana dat ſoli creditori ſ̄m ꝙ omēs alij
dicūt. q2 cal. ⁊ fa. dant ſoli patrono ⁊ nunq̄ꝫ
creditori. nec meminit ſe vidiſſe. l. que dicat
fauianā vl̄ calui. dari creditori niſi in. l. vid̄
amus de vſur. iſta lr̄a p̄ quas qd̄ nō credit.
cōmunis eīm eſt lr̄a p̄ quā ⁊ nō p̄ q̄s. Itē ſer
uiana ⁊c. Adhuc p̄ſequit iuſti. materiā ſuā
dicēs ꝙ nō ſolū precedentes ſunt pretorie ⁊ ī

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rem ſed etiam ſeruiana ꝛ quaſi ſeruiana q̄ꝛ
ypothecaria vocat̄. ꝛ ſtatim dicit effectum
vtriuſq̄ꝫ. Seruiana eñ ꝯpetit locatori ſiue
dño domus ꝑ rebꝫ coloni que e pignori iur.
ꝓ mercedibꝫ fundi vl' domus tacite obligā-
tur. q̄ſi ſeruiana aūt vocat̄ alia ꝑ quā credi-
toris pignora ypothecaſq̄ꝫ ꝑſequunt̄. Que
aūt ſit drñtia inter iſta tria noīa ſeruiana et
q̄ſi ſeruiana ꝛ ſaluianū interdictū que vidē
tur noīa ſynonima ſatis pōt patere ex notu
lā. Et licet ypothecaria reuocet nudā poſſeſ
ſionē ꝛ ſaluianū interdictū ſilr tamē differt
qꝛ qui intēdit ſal. interdictū nō habet ꝓba-
re niſi vnū ſcꝫ ꝙ ille qui īduxit domū tem-
pore ꝯductōis poſſedit res illas. In ſeruia
na ꝟo debet ꝓbare duo. Dñs aūt Jac. hic
agitabat vnū verbū de quo nunq̄ꝫ fecerunt
mentionē gloſatores. ſcꝫ quare vna actio vo
cat̄ ſeruiana alia quaſi ſeruiana. Et ad iſtā
queſtionē ita reſpondebat. Actiones vocā
tur vere ꝛ directe in caſu iſto in quo ſunt ex
tenſe. Seruiana aūt ſicut ex primitiua ſui
natura eſt. inueniebat̄ ꝯtra colonū ꝛ poſt-
ea extēdebat̄ contra quēlibet aliū debitorē.
ꝛ tūc ꝑ extenſionem ſortita eſt naturaꝫ quaſi
ſeruiane. vel ſic ꝛ melius. Seruiana dicit̄ il
la actio que nobis ſeruit vere ſicut dicit̄ ali-
quis nobis vere ſeruire qñ grat̄ſ ſeruit. Sic
aūt eſt de actione ſeruiana. Dū eñ domuꝫ
meam tibi loco nō conuenio tecū ꝙ res il-
late mihi ſint obligate. ꝛ tñ ſūt. ꝛ ita ſine pa
cto interueniēte res illate mihi obligate ſūt
ꝛ ꝓ eis competit mihi ſeruiana. Inter pi-
gnus ꝛc. Volui ſcire a legiſlatore que ſit dif
ferentia inter pignus ꝛ ypothecā. ad hoc qꝛ
in fi. pr. §. dixit ꝙ quaſi ſeruiana eſt actio ꝑ
quam creditores pignora ypothecaſue ꝑſe
quunt̄. Et ipſe reſpōdet dicens ꝙ nulla eſt
differentia inter pign⁹ ꝛ ypothecā q̄ ad acti
onē ypothecariā. Nam quecunq̄ꝫ res fue-
rit a debitore creditori obligata ſiue fuerit
creditori tradita ſiue nuda conuētione ſine
traditōne ſibi obligata ſemꝑ pōt creditor il
lā rem a quocunq̄ꝫ poſſeſſore petere ꝑ ypo-
thecariā actionē. In alijs tñ facim⁹ differē
tiā inter hec ꝟba dicim⁹ etiam ꝙ pign⁹ ꝓprie
dicit̄ res obligata ꝛ tradita creditori. Res
dico mobilis quādo aūt aliqua res nuda cō
uentōne ſine traditione obligat̄. eā dicim⁹
appellatōne ypothece ꝯtineri. hoc dicit Sꝫ

videt̄ in princi. ꝙ lr̄a dicat falſum cū dicat
ꝙ inter pignus ꝛ ypothecā nulla eſt differē
tia. qꝛ actio ypothecaria vendicat̄ habenti
poſſeſſionē. ff. de pigno. ꝛ que nōdū ſūt. §. i.
ſed qui habet pignus habet detentioneꝫ ad
minus. quare ḡ nō pōt hr̄e actionē ypothe-
cariā. Frater qui habet pign⁹ ſine dubio q̄ꝫ
diu habet pignoris poſſeſſionē ſiue detenti
onē nō habet ypothecariā. ſꝫ ſi pign⁹ tradi-
tū fuerit poſtea amiſſuꝫ. vl' ſi pign⁹ alij p̄ca-
rio ꝯceſſerit. tūc cōpetit creditori ypotheca
ꝛ poſtea caute dicit in notula vt hac actiōe
peti poſſit a q̄libet poſſeſſore. ꝛ h̄ ē q̄d di. In
ꝑſonā q̄ꝫ actōes ꝛc. Nō ſolū pretor introdu
xit actionē in rē ſꝫ etiā actionē in ꝑſonā. cuꝫ
igit̄ ſuꝑ dictū ſit de realibꝫ p̄torijs. reſtat de
ꝑſonalibꝫ p̄torijs tractare. Pretoriarū autē
ꝑſonaliū actionū ad min⁹ due ſūt actōnes
pretor aūt quaſdā induxit actōes in ꝑſonā
q̄ ſūt rei ꝑſecutorie ꝛ nō penales. ꝛ q̄ſdā itro
duxit penales. In ꝓmo igit̄ mihi ponit exē
pla p̄toriaꝝ act. i ꝑſonā q̄ nō ſūt pe.. Primū
exēplū ē i act. ð ꝯſti. pec. ꝛ illi act. erat olim i
ſiml' actio q̄ dicit̄ receptiua. ſꝫ ſi q̄d antea ple
ni⁹ habēt hodie in actiōe de ꝯſti. eſt trāſmiſ
ſum. ꝛ ea tanq̄ꝫ ſuꝑuacua hodie ꝯſtitutōni
bus ꝑſonalibꝫ iuſſa ē recedere ab aula. Se
cundū exēplū ē in aciōne ð peculio. Pretor
eñ ꝓpoſuit actionē de peculio ſeruoꝝ vel fi
lioꝝ. Terciū exemplū ē de actōne in factū q̄
deſcēdit de iureiurā. Pretor eñ introduxit
actōꝫ ex iuramēto in q̄ ſolū q̄rit̄ an actor iu
rauerit. ꝛ nō ſolū has actōs ꝑſonales. ꝛ act.
pena. introduxit p̄tor. ſꝫ ꝛ alias plures. hic
ꝛ h. d. In pecunia aūt ꝛc. Sup. pri. §. poſu
it iuſt tria exēpla p̄toriaꝝ actionū ꝑſonaliū
penaliū q̄ꝝ ꝓmū fuit de act. de ꝯſti. pe. ſꝫ di
xi ei. dñe ꝓ deo dicatiſ mihi effectū act. de cō
ſti. pe. ꝛ qñ agit̄ act. de ꝯſti. pe. ſiue cui cōpe-
tit act hec. Frater dic ipe. Iſta actōne agit̄
ꝯtra oēs illos q̄cūq̄ꝫ ꝓ ſe vl' ꝓ al' o ſe aliq̄d ſo
lituros ꝯſtituert. dū tñ nō interponat̄ aliq̄
ſtipulatio. nā ſi ſtipulatio eēt interpoſita te-
nerent̄ iure ci. ꝛ nō act. p̄toria. ꝛ h̄ di. Nota
ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄d veniat in act. de ꝯſti. nēce
eſt ꝙ ſit debitū. vl' ciuile. vl' ciuile ꝛ natura-
le vl' naturale tm̄. Nota etiā ꝙ ex illo. §. pro
bat̄ ꝙ ex nudo pacto orit̄ actio. Itē cum ſti
pulatio a iur. gen. vl' nat. habeat illō qd' ma
ius eſt. ſcꝫ ꝯſenſus. videt̄ ꝙ magis ðberet

ſ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

denoīari a iure gen. vel natu. ꝙ̄ a iure ciui-
li. Frater vnūqđꝙ in ſua ſingularitate de-
nominaṫ. ⁊ ꝑ illud cognoſciṫ. vñ ſi dicaṫ co
mes venit neſciṫ ꝗs venit. ſꝫ ſi dicaṫ comes
talis loci venit ꝑ ſuā ſingularitatē cognoſci
tur ⁊ ab eadē ſingularitate denoīaṫ ſtipula-
tio. qꝛ a iure gen. vel natu. habet qđdaꝫ cōe
ci ⁊ oīni ꝯtractui. vtꝫ ꝑ illū. §. Adeo. Sin-
gulare aūt habet a iure ciuili ſcꝫ ꝙ debeat ꝓ
cedere interrogatio ⁊ ſequi reſponſio. vñ qꝛ
ſua ſingularitas a iure ciuili fuit introdu-
cta a ſua ſingularitate diciṫ eē de iure ciuili
Actiones aūt de peculio. Dixi dño iuſtini.
Dñe iam vidi effectū primi reſponſi. ꝓ deo
dicatis mihi de ſcđo exempla quare inuēta
fuit de peculio actio. rñdet. Frater equū fu
it ꝙ iſte actiones inuenirenṫ ꝑ quas cōtra
patrē vl' dñm poſſet agi ex ꝯtractu filiorū fa.
vl' ſeruoꝝ. qꝛ licet actione de peculio de iu-
re ciuili nō teneanṫ patres vel dñi. Equuꝫ
tamē eſt ꝙ peculio tenꝰ teneanṫ eo ꝙ peculi-
uꝫ eſt qͥ pͥmoniū filioꝝ vel ſeruoꝝ. ⁊ ħ dic.
Itē ſi aliquis poſtulante ⁊c̄. Dixi iuſt. Dñe
iam vidi naturā duoꝝ exēploꝝ nunc ſi pla-
cet dicatis mihi naturā tercij exēpli ſcꝫ acti
onis in factū q̄ daṫ ex iuramēto ſcꝫ quando
habet locū hec actio. ⁊ ipſe rñdet. Frater di
xit ipſe. Si aliquis petierit. x. ab aliquo di
cens illa ſibi deberi ⁊ reus ſacramentuꝫ ſi
bi deferat ⁊ actoꝛ delato ſibi iuramēto iura
uerit illud eſſe ſibi debitū quod petit. ⁊ poſt
iuramentū noluerit ſoluere quod petitū eſt
in iſto caſu accōmodat pretoꝛ ſibi actioneꝫ
ꝑ quā querit an iurauerit vl' nō. ⁊ an nō ſit d
bitū. qꝛ iuramentū hic pro veritate eſt acce
ptū. ⁊ hoc dicit. Nota ꝙ mľtipliciter acci
piṫ iuramentū in corpe iuris. vt ſatꝭ habes
notatū in glo. ſꝫ illud iuramentū vocaṫ đ re
.i. veritate. ſic ⁊ quidā ſubtiliter loqui volen
tes dicūt in re. i. in veritate. Hic ſolebat que
rere dñs Jaco. vtrū actio in factum que de
ſcendit ex iureiurando eēt ꝓtoria vl' ciuilis.
ꝙ ſit ꝓtoria apparet aptiſſime ꝑ lr̄am iſtā. ꝙ
aūt ſit ciuilis videṫ qꝛ actio in factū que daṫ
ex ſnīa eſt ciuilis ꝭm oēs. Actio aūt in factū
ex iureiur. daṫ ad ſilitudinē iudicati. vt C. đ
rebꝰ credi. ⁊ iureiur. l. actoꝛ. Ad hoc reſpon
deṫ ꝙ ſilitudinē habet cū iudicijs eo ꝙ iſta
actio procedit ex iuramento ⁊ iuramentum
multas habet ſimilitudines cum ſnīa ⁊ mľ

tas diſſimilitudines. Pla. etiaꝫ dicit ꝙ iſta
actio in factuꝫ tunc deinde daṫ ex ſentēcia
quando nō ē ſententia ſecuta. Secuta eñ
ſententia daṫ actio in factum ex ſententia q̄
eſt ſimilis. Doctores aūt dicunt ꝯtrariū vt
apparet in glo.. Penales qꝫ ⁊c̄. Multe diui
ſiones cōſueuerūt notari in hoc. §. Adhuc
tamē nō habuimꝰ principalr̄ niſi duas. qua
rū prima ē ꝙ oīnis actio autē in rem aut in
ꝑſonam. ſecunda ē ꝙ omēs actiōes aut ſūt
ciuiles aut ꝓtorie. Sub materia aūt ꝓtori-
arum multe ſunt diuiſiones. quia pretoria
rum alie ſunt in rem alie in ꝑſonam. Item
actionū ꝓtoriarū ꝑſonaliū. alie ſunt pena-
les. alie nō penales. De pretorijs aūt actio-
nibꝰ nō penalibꝰ ꝑſonalibus dictū eſt. s̄. in
pri. §. De ꝓtorijs aūt ꝑſonalibus videndū
eſt in lr̄a pn̄ti. Non ſolum eñ dicit iuſti. in-
troduxit pretoꝛ actiones ꝑſonales non pe-
nales. imo ⁊ multas ꝓtorias ꝑſonales pe-
nales. ⁊ de hoc ponit tria exempla. Primuꝫ
eſt ꝙ ꝓtoꝛ introduxit tria. actionem ꝓtoriā
ꝑſonalē penalē in eum qui album ipſiꝰ cor-
rupit. Scđm eſt ꝙ pretoꝛ introduxit actio
nē pretoriam ꝑſonalem penalē in eum q̄ pa
tronū parentē ue in ius vocauerit anteꝙ̄ ħ
a iudice impetraſſet. Terciū eſt ꝙ pretoꝛ in
troduxit actionē ꝓtoriam ꝑſonalē penalē in
eum qui in ius vocatū vi exemit vel aduer-
ſus eū cuiꝰ dolo fuerit exemptus. ⁊ hoc dic.
Que aūt ſunt differentie inter actōes preto
rias ꝑſonales penales ſatis pꝫ. Iſte eñ. §
longe meliꝰ ē motus ꝙ̄ ſequens. §. ꝭm opini
one dñi Hui. cur tamē hoc dixerit neſcio. ni
ſi qꝛ deficiebat glo. ſignata ſup illo ꝟbo fere
Et ipſe nihil aliud dixit ꝙ̄ dicit illa glo. ſed
qꝛ glo. non habuit ita dixit. Preiudiciales
aūt ⁊c̄. Supra dictum ē ꝙ ſub materia pre
toriarū multe ſunt diuiſiones. Quedā eñ
ſunt actiones ꝓtorie in rem ⁊ quedam in ꝑ-
ſonam. Pretorie aūt in rem ſubdiuidūtur
quia quedam ſunt penales ⁊ quedam non
penales ſicut iam infra dictum eſt. Modo
redeundum eſt ad alterum membrum diui
ſionis prime pretoriarū ſcꝫ ad pretorias in
rem. ⁊ de illis ſcire debetis ꝙ realium actio
nū pretoriaꝝ quedam ſunt preiudiciales đ
quibus hic tractaṫ. ⁊ quedam non preiudi-
ciales de quibꝰ aūt dictū eſt ſupra. Et ponit
iuſti. tria exempla in iſto. §. In honore ſcīe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

trinitatis de actionib9 pretorĳs pre iudicia⸗
libus. Primū exemplū ē de actōne in rē ꝑ
quā queritˀ an aliqˀs ſit liber vlˀ ſeruus ſim⸗
pliciter. Scdm exemplum eſt in actione ꝑ
quā vendico te in libertū meū. Hec em̄ actō
eſt ꝑtoria ⁊ realis ⁊ ꝑiudicialis. Terciū exē
plū eſt in actione qua te dico filiū meū eſſe
⁊ heredē vēdico te in filiū. tu aūt econtra vi
riliter te defendis. hec em̄ actio ſilˀr ē realis
⁊ pretoria ⁊ preiudicialis. Scire tñ debetis
ꝙ vna iſtaꝝ triū actionū fere legittimā ha⸗
bet cauſam. i. fere eſt ciuilis. illa ſcꝫ q̄ queri
tur an aliquis ſit liber vlˀ ſeru9. Certe autē
due bñ ſunt ꝑtorie. Hoc dicit. Et nota h̄ ꝙ
quatuor reperiuntˀ actiones ꝑiudiciales. q̄
rū due ſunt ꝑtorie mere. tercia ē mere ciuilˀ.
quarta ē fere ciuilis. Prime due ſūt actio in
rem qua vendico aliquē filiū meū ⁊ actio q̄
vēdico aliquē in libertū meū. Tercia aūt ꝑ
iudicialis que ē mere ciuilis ē petitio heredi
tatis. Quarta aūt que eſt fere ciuilis ē actio
qua vēdico aliquē in ſeruū meū. Sꝫ dñe ꝓ
deo que ē ratio ꝙ due prime ſunt ꝑtorie. ter
cia eſt mere ciuilis. Frater hec ꝓprie actio ī
rem ſm ius ciuile cōpetit ei qui ē dñs rei pe
tite de iure gentiū vel ciuili. Hoc aūt nō eſt
reperire in duab9 primis actionib9. Patron9
em̄ nō dñs liberti ſed ſolū ius habet patro
natus in eū. Similˀr pater nō ē ꝓprie dñs fi
lĳ. ſꝫ magˀ habet poteſtatē q̄ꝫ dñium in filio
Hereditas aūt ē res que de iure gentiū vel
ciuili pōt dño noſtro ſubĳci. ⁊ ꝓpter hoc di
citˀ ꝙ tercia ē ciuilis. Similˀr ⁊ ſeruus dño
noſtro ſubĳcitˀ. vnde quarta actio ſimilˀr di
citˀ ciuilis niſi aliud conſtaret. Sꝫ quid ē
illud. Frater qꝛ in ea nō contingeret diſcer
nere inter rē petitā ⁊ ꝑſonā a qua res petitˀ ⁊
ꝓpterea dicitˀ fere ciuilis. Hoc em̄ ē vnde de
illis quatuor que in ciuilib9 queſtionibus
ꝯſiderantˀ vt habes notatū ſup illo v̄bo fe⸗
re. que notula deficiebat dño Hui. Et ꝓpter
ea in his q̄ hic recitantˀ fecit magnā ſolenni
tatē ⁊ mirabiliter repꝑhēdebat notatorem.
Sic itaq3 diſcretis ⁊c̄. Inter omēs ꝑncipa
les diuiſiones actionū hec ꝑncipalior eſt. ſ.
ꝙ actōnes aut ſūt in rē aut in ꝑſonā. Hec ei
diuiſio locum habet in iure ciuili ⁊ in iure ꝑ
torio. Cum igitˀ ſuperius dictū ſit ꝙ actio⸗
nes quedam ſunt in rem ⁊ quedam in ꝑſo⸗
nam. ⁊ etiam que ſunt reales ⁊ que ꝑſona⸗
les. ⁊ hoc ſiue ſint ciuiles ſiue ꝑtorie. Sic
itaq3 diſcretis ⁊ diuiſis actionib9 ſcꝫ ꝙ q̄dā
ſūt in rē ⁊ q̄dā in ꝑſonā neceſſariū eſt naturā
vtriuſq3 videre. Natura aūt actionis rea⸗
lis eſt vt ꝑ eam petat aliquis rem ſuam ſibi
reſtitui. Iſta autē natura realis non tan⸗
gitur hic niſi in fine. §. Quaſi incidēter vbi
dicitˀ q̄ꝫuis ſit aduerſus eos hec in rē actio
per quam aliquis rem ſuam petat. Natura
aūt actionis perſonalis eſt vt per eam pe⸗
tat quis rem alienam ſibi dari. Certum eſt
ergo aliquem non poſſe petere rem ſuam ꝑ
actionem ꝑſonalem per quam perſonalem
dicat aduerſarium dare oportere. quia qđ
meum eſt meum amplius fieri non poteſt.
ſed dare eſt accipientis facere. quare nō po
terit aliquis agere ad rem ſuam petendam
actione perſonali. quia intendit aduerſari
um ſuum dare oportere. hoc verum eſt cō
muniter loquendo. In quibuſdam tamen
caſibus poſſum petere rem meam per actio
nem ꝑſonalem vt patet in conditione furti
ua. Quamq3 em̄ hoc regulariter ſit verum
ꝙ actione ꝑſonali non poſſit quis rem ſu⸗
am petere. in odium tamen furti eſt ſtatu⸗
tum contrarium in hoc caſu vt ſcilicet con
tra fures ſi actio fuerit ad petitonem dupli
ſi ſit furtū nō manifeſtuꝫ vel ad quadru⸗
plum ſi manifeſtum competat dño ad rem
ſuam recuperandam conditione furti. que
eſt ꝑſonalis actio non obſtante ꝙ dñs rei
eſt ⁊ eam poteſt vendicare. Hoc dicit. Sꝫ
videtˀ in principio ꝙ dicat falſum dicens ꝙ
ab alio q̄ꝫ a fure non poſſet aliquis rem ſu⸗
am petere actione ꝑſonali. In actione em̄
cōmodati depoſiti ⁊ ſimilibus bene petit a⸗
liquis rem ſuā ⁊ actione perſonali. Frater ī
his actionibus competit actio perſonalis.
ad hoc vt ſibi tradatˀ ⁊ non vt ſibi detur vt
patet in glo. videtur etiam ꝙ non ſit in odi
um furum ꝙ pluribus actionibus tenean
tur ſcꝫ reali ⁊ ꝑſonali. Bene em̄ video ꝙ cō
tra alios q̄ꝫ fures dantur plures actiones.
veluti realis et perſonalis vt contra cōmo
datarium. Poteſt em̄ qui rem ſuam com⸗
modauit actione cōmodati rem ſuam pete
re que eſt ꝑſonalis vel rei vendi. ſic etiam vi
deo in pignora. actione ꝙ ſoluto precio poſ
ſit dñs rem ſuam petere actio. pignora. que
eſt ꝑſonalis vel rei vendica. q̄ꝫq3 non ſit ei

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſanum conſilium illam rem vendicare dñ
alia ſibi.competit actio.eo ꝙ ſi alius proba
uerit ſe dñm rem ſuam amittet.dicunt tñ q̄
dam ꝙ licet ei a quo res petit̄ queſtionem
dominij referre abſq; iuſt.imo certe intro/
ductum eſt in odium furum ꝙ teneantur
actio.reali ⁊ pſonali que infamat. Sed do
mine nõne dici.l.ꝙ ceſſat infamia in condi
tionibus.vt.ff.de act.⁊ obli.ceſſat.frater ig
minia iur.ceſſat ſed nõ facti. De facto infa/
mat conditio furtiua.⁊ ſi non de iure.vnde
dicit̄ alibi ꝙ conditio furti nõ competit li/
berto contra patrẽ.⁊ hoc q2 infamat de factõ
⁊ ſic intellligo illã.l.ff.de obſe.pa.preſtand.
Dñs Jaco.dixit ꝙ legũ conditores non fu
erunt contenti ꝙ fures eſſent infames d̾ iu
re tm̄.ſed etiam voluerũt ꝙ eſſent infames
de facto.⁊ ꝓpterea inuente ſunt contra eos
due actiones.ſcz act.furti que infamat de
iure.vt.ff.de fur.l.Sicut põt.⁊ cõditio fur.
que infamat de facto. Adhuc contra ſoluti
onem ſupra in princi.dicam ſic. Oppono:a
ctio directa depoſiti infamat quia cum illa
actione agit̄ quaſi de pfidia.⁊ ſimiliter pe/
nalis eſt in quatuor caſibus. veluti quan/
do aliquis deponit cauſa incẽdij.ruine nau
fragij vl̕ tumultus.⁊ ſimil̕r actio manda.di
recta infamat.⁊ iſte dant̄ ei vt dictũ eſt ſup̄.
in prima oppoſitõne cui datur rei ven.⁊ ſic
prima reſponſio nulla. Frater dicit dñs ia
co.vt ceſſent om̄es iſte anguſtie dic ꝙ nun
q̄; comperies ꝙ reus qui nõ habet cauſam
ab actore teneat̄ actione pſonali ad rem re
ſtituendam preterq̄; in fure ⁊ ſic ceſſant op/
poſitiones de depoſito ⁊ cõmodato ⁊ ĩ alijs
ex ꝯtractu vbi inter reũ ⁊ actorem naſcitur
actori actio pſonalis. Inq̄tum tñ fere dñs
rei eſt dat̄ ſibi vẽdicatio . Appellam⁹ aũt ⁊c.
Jã dicta eſt natura realiũ actionũ ⁊ pſona
liũ q2 realis dat̄ ad rem ſuã pſequendam.p
ſonalis aũt ad debitũ. Modo q2 de realibꝫ
⁊ pſonalibꝫ dixerat actionibꝫ dñs iuſt. Ad
vberiorẽ eoꝝ doctrinã plus de illis in lr̃a p̄
ſenti determinat.⁊ dicit ꝙ appellam⁹ actões
in rem vendicatõnis.⁊ ideo vbi in .C.⁊.ff.
tractat̄ de realibꝫ actõibꝫ ab illis qui erãt le/
gũ cõpoſitores ĩtitulant̄ ti.de rei ven. Acti/
ones aũt in pſonã q̄bꝫ dare vl̕ facere opor/
tere aliq̄d intendim⁹ vocam⁹ ꝯditiões.⁊ ita
oẽs actões pſonales de mõo ꝯditõnes pñt

dici.⁊ hoc erat olim conſonũ effectui actio/
nis in pſonam.ſed hodie nõ eſt ita. In acti
onibꝫ eñ pſonalibꝫ olim fiebant denũciati
ones que fiebãt p verba ſolennia in actione
pſonali tm̄.⁊ quicũq; cadebat a ſillaba ca/
debat a cauſa. Alijs modis exponit̄ iſta de
nunciatio in notula.ſ; hodie ceſſant iſte de
nunciatõnes.⁊ ꝓpterea vocant̄ abuſiue acti
ones in pſonã. Seques illa diuiſio ⁊c. Di
cit gloſator ⁊ male ꝙ hic ponit̄ quarta diui/
ſio. Si eñ loq̄mur de principalibꝫ diuiſio
nibus que tradunt̄ a p̄deceſſoribus noſtri;
non eſt niſi tercia p̄ncipalis. Prima eñ fu
it hec. Actionũ quedã ſunt in rem ⁊ quedã
in pſonã.ſcõa fuit hec. Actionũ quedaz ſũt
ciuiles ⁊ quedã pretorie.tercia aũt principa
lis eſt diuiſio iſta.cõnumerando aũt ſubdi
uiſiones prehabitas cũ pr̄icipalibꝫ diuiſio
nibus.hec eſt quarta diuiſio. Prima eñ fu
it hec q2 oĩs actio aut eſt in rem aut in pſo/
nam. Scõa hec eſt.oĩs actio aut eſt ciuilis
aut ẽ pretoria. Tercia hec eſt. Pretoriarũ;
alia in rem alia in pſonã. Quarta hec ẽ.om
nis actio pſonalis p̄toria aut eſt penal̕ aut
non penalis. Quinta hec eſt.pretoria in rẽ
aut eſt p̄iudicialis aut nõ ẽ p̄iudicialis. Et
hec de q̄ agim⁹ in p̄nti eſt ſexta. Supponen
do g̃ ꝙ ſit tercia diuiſio p̄ncipalis venio ad
caſũ in hũc modũ. Poſt duas diuiſiões p̄n
cipales de q̄bꝫ ſup̄ dictũ eſt ponit hic iuſti.
terciã diuiſionẽ p̄ncipalẽ.⁊ eſt talis diuiſio.
Inter om̄s actões de mũdo quedã ſũt inẽ
te cauſa rei pſequẽde.⁊ q̄dã cauſa pſequẽde
pene.⁊ quedã mixte tã gratia rei pſequende
q̄; pene. Rei pſequẽde cã inuẽte ſũt oẽs rea/
les actões ⁊ fere oẽs pſonales que ex contra
ctibus naſcunt̄. veluti cũ aliquis pecuniaz
mutuam vel in ſtipulatum deductaz petit.
Et de hoc etiam potes hr̃e exemplũ in com
modato ⁊ mandato etiam p ſocio ⁊ in acti/
one ex empto ⁊ vendito ⁊ locato ⁊ cõducto
pſonales que ex contractibꝫ naſcunt̄ ideo
dixi ad differentiam illarũ que ex delictis na
ſcunt̄. Fere aũt ideo dixi ꝓpter quandã acti
onem perſonalem que ex contractu proce
dit.⁊ tamen in quatuor caſibus eſt perſecu
toria rei ⁊ pene. Hec autẽ eſt actio depoſiti
Si eñ rem meam penes te depoſuerim cã
incendij vel ruine vel tumultus vel nau/
fragij ⁊ poſtea non vis mihi eam reſtituere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel dolum in ea feceris cõuenires in duplũ
hoc dicit. Videt ꝙ iſta diuiſio ſit eadẽ cũ
diuiſione ſuperius habita que eſt ꝙ actio-
nũ ꝑtoriarũ ꝑſonalium quedam eſt non
penalis ⁊ quedam penalis. Frater non eſt
Hec eñ diuiſio eſt in contractu ciuiliũ. vn
de hic dicit ꝙ ciuiles quedã ſunt penales
⁊ quedam nõ. Prior aũt fuit in cõtractu ꝑ-
toriarũ. ⁊ ſic non eſt vna eadem cum altera
Itẽ ſcire debes ꝙ actiones mixte dicuntur
duobus modis. vno modo dicit actio mix
ta que ɔtinet rem ⁊ penam ⁊ de tali mixtio-
ne loquit hic. Alia eñ mixtura eſt ꝙ que-
dam actiones dicunt mixte. quia ſunt i rẽ
⁊ in ꝑſonam. ⁊ de illa mixtione habes infra
eo. §. quedam. Ex maleficijs ⁊c. Iam vidi-
ſtis vnam diuiſionẽ in qua cauet ꝙ actio-
nes aut ſunt introducte rei ꝑſequende cau-
ſa. aut pene tm̃. aut ſunt mixte. ⁊ d̃ illis que
ſunt introducte tm̃ rei ꝑſequẽde cauſa. iam
habuiſtis que ſũt omẽs reales actiones ⁊ fe
re omẽs ꝑſonales actiões que deſcendunt
ex ɔtractibus. Modo vult tractare de acti
onibus ꝓcedentibus ex delictis. Quarum
quedam ſunt pene ꝑſecutorie tm̃. ⁊ quedam
rei tm̃. ⁊ quedã mixte tam pene q̃ rei. ⁊ ſic ꝓ-
ſequit ꝑtes illas ꝑme diuiſionis hic poſite
in. §. Sequens illa diuiſio. Et ꝑmo tractat
de actõib' ex maleficijs ꝓcedentib' penam
tm̃ ꝑſequẽtib'. ⁊ de hoc ponit vnũ exemplũ
ſcʒ in actõne furti. Si eñ agat actõne fur-
ti manifeſti ad q̃druplũ ſiue non manifeſti
ad duplũ. totũ duplũ vł q̃druplũ ẽ pena. q̃
ꝓpter iſtã actionẽ cõpetit dño rei vendicatio
ad rem ſuã vendicandã ſiue ille fur rẽ ſuam
poſſideat ſiue aliq̃s alius. ⁊ ꝑter hoc dat cõ
ditio furtiua ɔtra furẽ. h̃ dicit. Iſtud ꝑo ⁊c
Cũ dicit ex maleficijs ꝑo ⁊c. eſt aduerſarius
q. d. nedũ de actionibus realibus. ſʒ etiã ꝑ
ſonalib' deſcendẽtib' ex contractu ex quib'
ſupra dictũ eſt. ꝑo ꝑ ſed ⁊ de actionib' deſcẽ
dentib' ex maleficijs. Vi bonoꝝ rapt. In
ſuꝑiorib' dictũ ẽ de actionibus deſcenden-
tibus ex delicto que ꝑſequunt penã tm̃. mo
do videndũ ẽ d̃ illis actionib' q̃ ꝓficiſcunt
ex delictis. ⁊ ſũt mixte tam rei q̃ pene. ⁊ de h̃
ponit duo exempla. Primũ ẽ in actione vi
bonoꝝ rap. que dat infra annũ ad quadru
plũ. ⁊ de illo quadruplo triplũ ẽ pena ⁊ ſim
plũ ꝓ rei ꝑſecutõe. ⁊ ita eſt mixta ⁊ continet

rem ⁊ penam. Scdm exemplũ ẽ in actõe. l.
acq̃. que quãdo dat cõtra inficientẽ ẽ in du
plũ ⁊ vnũ ſimplũ eſt pena. Et aliud ꝓ rei ꝑ-
ſecutione. ⁊ ita ſilr eſt mixta q̃ continet rẽ
⁊ penã ɔtra inficiantẽ. Et etiã poteſt eẽ mi
xta actio. l. acqui. veluti ſi aliquis ſeruũ me
um occiderit qui tpe quo occidebat luſcus
fuit. vel aliter fuit ita deterioratus q̃ vilis
precij erat. in anno tamẽ retro magne eſtia-
tionis vł magni precij fuerat. tunc condẽ-
nabit occiſor q̃ti pluris fuit in anno retro
ex primo capite. hoc dicit. Iterum mixta ẽ
actio ⁊c. Vidiſtis ſupra de realibus actioni
bus que ſunt rei ꝑſecutorie tantũ. ⁊ etiam d̃
ꝑſonalibus que deſcendunt ex contractu.
que ſunt reales fere omnes. ⁊ de actionib'
ꝑſonalibus que deſcendunt ex delictis que
ſunt pene ꝑſecutorie tm̃. ⁊ etiam de actioni
bus deſcendẽtibus ex delictis que ſunt mi
xte. modo intendo dicere de quadã actõne
ꝑſonali que nõ deſcendit ex ɔtractu nec ex
delicto. ſed eſt ꝑſonalis mixta que deſcẽdit
ex q̃ſi contractu. ⁊ eſt mixta tã rei q̃ pene. ⁊ d̃
hac venio ad tale exemplum. Quidã teſta
tor fecit teſtamentũ ipſe aliquid reliquit ali
cui eccleſie vł alicui venerabili loco. heres
teſtatoris id diſtulit ſoluere legatũ donec i
iudicium vocaretur. ille heres conuentus
actione ex teſtamento q̃ deſcẽdit ex quaſi cõ
tractu ɔdemnãdus eſt in duplum. hoc dic
Frater actio iſta ex teſtamẽto de qua fit mẽ
tio in iſto. §. deſcendit ex quaſi contractu ut
ſ. de obli. que ex q̃ſi ɔtra. naſ. Alij voluerũt
dicere ꝙ ꝑſequit hoc modo materiã ſuam
inchoatã ⁊ ꝙ hic tractat de delictis. ⁊ ꝓpter
delictũ eſt h̃ ꝙ ɔdẽnat ad duplũ vicʒ q̃ di-
ſtulit ſoluere donec in iudiciũ reuocaret. ſʒ
dico ꝙ ex ꝑcraſtinatõne ⁊ ꝓ mora ſua con-
demnat in duplum. vnde dico ꝙ deſcendit
actio iſta ex quaſi ɔtractu. Quedã igit ⁊c.
Dictũ eſt ſupra de q̃buſdã acti. q̃ mixte ſũt
tam rei q̃ pene. ponit modo de quibuſdam
mixtis que ſunt tam in rem q̃ in ꝑſonam.
⁊ ſcitote ꝙ poſſet dici ꝙ hic adijcit tercium
membꝝ illi' diuiſionis quã habuiſtis ſuꝑ
eo. in prin. vbi dicit ꝙ actionũ quedã ſunt
in rem. ⁊ quedã in ꝑſonam. Et ibi poſſet ad
di terciũ membꝝ qd̃ hic ponit. ſcʒ ⁊ quedã
ſunt mixte. vt ibi dictũ eſt de actio. hac que
ſt mixta in rẽ ⁊ in ꝑſonam. Ponit hic dñs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuſti.mihi tria exempla. Primũ exemplum
eſt in actione in factũ que competit cohere
dibus de diuidenda heredi. Secundũ ex/
emplũ eſt in iudicio cõmuni diuidũdo qđ
redditꝛ inter eos inter quos aliquid eſt cõ/
mune ſine ſocietate vt diuidatur. Terci/
um exemplũ eſt in act.fi.regun.que habꝫ lo
cũ inter eos qui ꝯfines agros habent.ꝛ in
his tribꝫ iudicijs licebit iudici ex bono ꝛ eq̃
vni rem adiudicare.ꝛ illũ cui res eſt adiudi
cata in certa ſũma pecunie alij cõdemnare.
hoc dicit. Oẽs aũt actões ꝛc. Poſt alias di
uiſiones ſupius poſitas ponit hic aliaꝫ di
uiſionẽ dñs iuſti.que talis eſt.qꝛ oẽs actio/
nes ſiue ſint in rem ſiue in pſonã ſunt ĩ ſim
plũ.aut in duplũ.aut in triplũ.aut in qua/
druplũ.vltra aũt quadruplũ nulla actio pe
nalis debet extendi. Et ſciendũ eſt ꝙ ſi di/
uiſio poſita.ſ.in illo.§.ſequens diuiſio eſſꝫ
quarta ſm qđ male inuenit ſcriptũ in oibꝫ
libris cõiter tũc eſſet hec quinta diuiſio pro
ut fere in oibus libris repies.ſꝫ ſicut ſupra
dixi in illo.§.ſequens illa diuiſio.ponit ter
cia diuiſio.ꝛ hec eſt quarta vt in fi.glo.ſigte
ſup illo ṽbo actionis. Addere etiã potes ꝙ
quidã dicunt ꝙ multũ refert an aliq̃s ſtipu
let penã p verba reſpectiua ſignificantia vł
deſignantia qualitatẽ ꝛ hmõi verba ſũt du/
plũ vł triplũ.vł p verba ſimplicia.puta pro/
mittis mihi.c.noĩe pene vł ducẽta vł mille.
In primo eñ caſu nõ põt eſſe vltra quadru
plũ. In ſcđo caſu bñ põt eſſe etiã vltra qua
druplum. In ſimplũ ꝛc. Dictũ eſt.ſ.ꝙ oẽs
actões aut ſunt in ſimplũ aut in duplũ aut
in triplũ aut in quadruplũ. Modo videa
mus que ſũt iſte actões quibꝫ agit in ſim/
plũ tantũ.ꝛ enumerat eas in lr̃a.ꝛ hoc dicit
In duplũ ꝛc. Dictũ eſt iam que ſũt actiões
que dant ad ſimplũ.modo videndũ eſt que
ſunt actões que dant ad duplũ.ꝛ de h̃ po
nit iuſt.quinqꝫ exempla. Primũ ẽ actio fur
ti nõ maifeſti. Secundũ.act.l.acqui. Ter/
ciũ.actio depoſiti in quatuoꝛ caſibꝫ.ſcꝫ in/
cendio.ruina.naufragio.ꝛ tumultu. Quar
tũ ẽ actio ſerui corrupti q̃ cõpetit ꝯtra eum
cuiꝰ hortatu ſeruꝰ alienus quolibet modo
deterioꝛ factus ſit. Quintũ ẽ actio ex teſta/
mento que dat alicui venerabili loco reli/
cto quod quidẽ legatũ heres diſtulit ſolue/
re donec inˀ iudiciũ vocaret.ꝛ h̃ d. Et nota

ꝙ magna eſt differentia inter iſta quinqꝫ ex/
empla q̃uis hic ꝯiungant tanq̃ actões eẽnt
ſimiles. Due eñ actões furti nõ manifeſti ꝛ
ſerui corrupti a principio ſũt penales. Alie
due ſcꝫ actio.l.acquil.ꝛ depoſiti in quatuoꝛ
caſibꝫ nõ niſi p inficiationẽ. Terciũ aũt ha
bet ſingularẽ vultũ.quia penalis ẽ p infici/
ationẽ ꝛ p nimiã craſtinationẽ.ꝛ ad iſtã dif
ferentiã manifeſtandã habetis.ſ.eo.ſꝫ fur
ti. Tripli ṽo ꝛc. Dixi vobis exempla illarũ
actionũ quibꝫ agit in ſimplũ ꝛ illarũ quibꝫ
agit in duplum. Modo ponam vobis exẽ
plũ de quadã actõne que vocat conditio ex
l.noua ꝛ iſta dat in triplum. Scire aũt de/
betis ꝙ olim erat conſuetudo ꝙ viatores ꝛ
nuncij iudiciũ qui citatões faciebant exige/
bant noĩe ſportularũ magis aut minꝰ a re/
is in iudiciũ conuẽtis ſm ꝙ maioꝛ vel mi/
noꝛ q̃titas erat petita. Quidaꝫ ergo adhuc
vt me reũ grauaret in ſportulis preſtandis
executori maiorẽ quantitatẽ in libello ſuo ĩ
ſeruit.dicit in.l.ꝙ quicq̃d damni reus paſ/
ſus ẽ p maliciã actoris in iſto caſu triplum
ꝯſequet ab actore. Sed dñe q̃ actione Fra
ter conditione ex quadam.l.noua que in
noſtro.C.refulget.ꝛ ſciatis qꝛ.l.illã nonaꝫ
inueni hic.ꝛ forte fuit in.C.veteri queꝫ nõ
habemus.ꝛ ꝯſtitutio iſta ſiue l.noua a.l.cõ
dictitia emanauit. Erat eñ.l.ꝯdictitia oliꝫ
ſub qua erant multe ꝯſtitutões. Sportu
le aũt dicunt ſalaria que dant nuncijs iudi
cis.ꝛ ſic vocat illud qđ dat p eo in quo dat
Sporta eñ vel ſporte vł ſportula eſt quod
dam genus vaſis.de iſtis ſportulis habetꝫ
ſpecialẽ rubricam in principio tercij.C.de
ſportulis. Quadrupli ꝛc. Dixi vobis duo
exempla illaꝝ actionũ quibus agit ad ſim
plum.ꝛ illarũ quibus agit ad duplũ.ꝛ eaꝝ
quibus agit ad triplum. Modo videndũꝫ
eſt de actõnibus que dant ad quadrupluꝫ
ꝛ certe ad quadruplũ agit p actionem furti
manifeſti.ꝛ p actionem ꝙ metus cauſa.ꝛ p
actionẽ in factũ que deſcendit ex edicto de
calumniatoribus q̃ locũ habet quando ali
quid datur alicui vt aliũ calumnioſe vexet.
Dat eñ tunc actio in factũ q̃ eſt inˀ quadru
plũ ei ad cuiꝰ malum id datũ fuerit. Quar/
tũ exemplũ eſt in cõdictitia act.ex.l.vñ dicit
iuſt.q̃ ex noſtra ꝯſtitutiõe orit que imponit
penaꝫ quadrupli illis executoribus litium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui plus exigūt ꝙ̄ fuerit ſtatutū contra con
ſtitutionis noſtre normam. Sed furti qui
dem manifeſti ⁊c̄. Iſti duo ꝓximi.§. ſunt h̄
poſiti ad vberiorē doctrinam quam ſuperi-
us in iſto titul. in illo.§.duplū poſuit quin-
q̄ actiones inſimul ⁊ pro ſimilibꝫ cū tamen
in multis ſint diſſimiles.⁊ ꝓpterea ne ꝓpter
hoc crederet aliquis actiones illas ſimiles
eſſe oīmodo ad errorē illū remouendū po
nit hic iſtos duos.§. In ꝑprimo ergo.§.dat
differentiā inter illas quinq̄ actiones ꝓ du
plo quas ponit.ſ.eo.§.in duplū. vicȝ inter
actionē furti nō manifeſti ⁊ actionē.l.aq̄l.
⁊ actionē depoſiti in quatuor caſibꝫ.⁊ actio
nē ſerui corrupti.⁊ actionē ex teſtamēto que
dat̄ ꝓ legato relicto alicui loco venerabili.
⁊ dicit ꝙ iſtarū quinq̄ actionū due ſūt que
oīmodo ſūt penales a ꝑ̄ncipio ſed demum
inficiatōne ſecuta vicȝ actio depoſiti in qua
tuor caſibꝫ.⁊ actio.l.aq̄. Quinta aūt actio
ſingularē habet fultū. Eſt eīm penalis ꝑ in-
ficiationē ⁊ ꝑ nimiā ꝯcraſtinationē. hoc di
cit primus.§.⁊ quod dicit in lr̄a oīmodo ſꝫ
penales nō intelligas ꝙ ſint ꝑ ſe in pena ſȝ
ſimilr̄ oīmodo.i.a ꝑ̄ncipio ambe ſunt pena
les lȝ nō ſecuta fuerit inficiatio. Itē actio ⁊c̄.
Tu iam vidiſti qualr̄ ſe purgauit a primo
vicio.modo in iſto.§.purgat ſe a ſcd̄o vicio
ponēs differentiā inter quatuor actiones ī
quadruplū quas poſuit. q.ſimiles.ſ.eo.§.
quadrupli.d.ꝙ actio ꝙ metus cauſa eſt in
quadruplū.verū eſt nō a ꝑ̄ncipio ſed ita de
mū ſi iſte fuerit ꝯtumax ⁊ noluerit rem reſti
tuere obediendo prime ſnīe.tūc eīm debet ſe
qui ſnīa ſcd̄a que eſt in quadruplū. Alie au
tē oēs ab initio ſūt in quadruplū.⁊ h̄ dic.
Actionū aūt quedam ſunt bo.fi.⁊c̄. Mul-
tas diuiſiones actionū habuiſtis.ſ.⁊ poſt
illas de quibꝫ dictū eſt.ſ.ponit̄ hic quedā
alia diuiſio. Et h̄ eſt qd̄ dicit dn̄s Jac.diui
ſio eſt hec ꝑ ſe non pendens ex precedentibꝫ
⁊ tractat iſte.§.vt dicit Jo.ď iuſticia poſita
vbi nō reddit̄ alia rō niſi qꝛ ita placuit iur.
ꝯditoribus. Eſt quippe diuiſio quā hic po-
nit talis Actionū quedā ſūt bone fidei.que
dam ſtricti iuris.⁊ enumerat hic.xvij.actio-
nes bone fidei. Prima eſt actio ex empto.ſe
cunda ex vendito. Et ſic de alijs. Eſt ⁊ here
ditatis petiti de qua ſemꝑ ante tpa iuſt.ma
gna fuit dubitatio vtrum eſſet bone fidei vl̄
ſtricti iuris. Noſtra tamē conſtitutio dicit
quā habes. C.de peti. here.l.vlti.diſpoſuit
eam eſſe bo.fi.de.xvij.acti.tractat in ſequē-
ti.§. Notare debes in ꝑn.ꝙ duplex eſt bo-
na fides. vna que ē contraria dolo ⁊ fraudi
Hic mō oēs ꝯtractus bone fidei ſunt. In
omnibus enim debet abeſſe dolus ⁊ fraus.
Eſt ⁊ alia bona fides que anthonomaſice
vocatur bona fi.ꝓpter exuberantē fidē que
eſt in ea ab iſta bona fide dicunt̄ ꝯtractus
in iſto. C.enumeranti bo.fi. Sed dn̄e que
eſt exuberantia fidei que eſt in iſta ſiue ī iſtꝭ
actionibꝫ.reſpōſio. Frater ex h̄ ꝙ in eis mľ
ta eueniunt ex bono ⁊ equo de quibꝫ nō fu-
it actum inter ꝑtes. In contractibꝫ aūt ſtri
cti iuris ſolum veniunt ea de quibus actū
eſt inter ꝑtes vt venirent de act.depoſiti.q̄-
niam ipa ſit bo.fi. Memini venit in dubiū
q̄ſtum ad aliquid. De ipſa tamen dixerunt
quidam antiqui ꝙ ſimplr̄ eſt bo.fi. In qua
tuor tn̄ caſibus.puta tumultus incēdij. ru
ine naufragij. Dn̄s aūt Jaco.dicit ꝙ actio
depoſiti bo.fi.ē ⁊ indiſtincte. Circa.§. iſtuȝ
ſolebant querere antiqui de illis actionibꝫ
in iſto.§ noiatis q̄ ſunt tam directe quā cō
traire. Utrū ꝯtrarie ſint bo.fi.ſicut ⁊ dire-
cte Dicūt doctores ꝙ ſic qꝛ fauor eſt amplꝰ
Jac.ſoluit iſtā queſtionē.cōtrarie ſunt bo-
ne fi.ſicut ⁊ directe.⁊ dicebat ꝙ hic ē caſus
l.quam habes.ff.ď vſur.l.in contraria. De
act.fi.reg.querit̄ vtꝝ ſit bo.fi. Quidā dixe-
runt ꝙ ſic ſicut act.famil.herc̄.⁊ cōi diuidū
do ꝓpter ꝯuenientiā quam habet cum eis.
Iſta eīm tria iudicia ſūt pariter duplicia.ff
de iud.l.in tribus.⁊ ꝑ obliuionē omiſit iu-
ſti.hic eam noiare.vnď preſūmo ꝙ hic dor
mitaſſet bonus homerus ⁊ ꝓpterea non au
deo dicere ꝙ ſit bo.fi.ſed iudico eam ſtricti
iuris.cum eā nō reperiā numeratā inter ali
as in iſto.§.⁊ in hoc reſident doctores ⁊ rd
dunt rationē que potius nititur contra ꝙ̄
pro.⁊ eſt ratio.qꝛ in act.fi.reg adiudicat̄ vni
quod erat ꝓpriū alterꝰ Sed in alijs duobꝫ
caſibus adiudicatur vni quod commune
erat aliorū. Reſpondeatis ad rationē domi
ni Jaco.ſcd̄m ꝙ hic loquit̄ de iuſticia primi-
tiua.⁊ hec ratio diuerſitatis potuit moue-
re eos quare non ponebant eam inter ali-
as. Querit̄ poſtea de acti.preſcꝑ.vtꝝ ſit bo.
fi.⁊ reſpondetur ⁊ dicitur ꝙ ſic in duobus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

caſibus poſitis in lr̃a ſcʒ illa que ꝓponiꝛ de
eſtimato. ⁊ illa que ex ꝑmutatõne competit
In alijs aũt nõ. ſed que eſt rõ quare magis
diciꝛ bo. fi. in illis duobus q̃ȝ in alijs. Fra/
ter dicit dñs Jaco. qꝛ maiorem habet cõue
nientiaȝ cũ actione ex empto ⁊ vendito que
ſunt prime inter act. bo. fi. Non eñ eſt cõue
nientia inter eas qꝛ olim dubitabaꝛ vtrum
iſti duo contractus eſſent emptiõis ⁊ ven/
ditõnis vt. s̃. De actione quoqȝ in factuȝ q̃
riꝛ vtꝝ ſit bo. fi. Et reſpon. vt habes in glo.
ꝙ ſunt genera actionũ in factũ. De actõne
p̃ſcriptis ꝟbis que daꝛ ꝓprietario ſimilr̃ q̃/
riꝛ vtꝝ ſit bo. fi. ⁊ videꝛ ꝙ ſic. p. l. ff. de preca
rijs. l. ij. §. Hoc interdictũ. Dñs Jaco. fecit
magnã vim in. l. iſta. Quidã dixerũt ꝙ oliȝ
erat bo. fi. ſed hodie nõ. ⁊ ita. l. illa p lr̃aȝ iſtã
corrigiꝛ. ſed tu dic ꝙ nunq̃ȝ fuit bon. fi. nec
obſtat. l. p̃dicta. Dicit eñ ꝙ ex bo. fi. eſt qđ
ſic intelligo. i. ex equitate pretoria ⁊ nõ ꝙ ſit
bo. fi. Ultimo quero q̃re magis olim dubi
tabaꝛ de petitõe hereditatis vtrũ eſſet bo. fi
vel q̃ȝ de aliqua alia. Frater dicit dñs Jac.
Adhuc ego dubitarẽ niſi qꝛ inuenio eaȝ hic
poſitaȝ. ⁊ hoc eſt qꝛ magis videꝛ habere na
turam actioni ſtricti iuris q̃ȝ bo. fi. qꝛ natu/
ra actionis bo. fi. eſt ꝙ in ea veniũt fructus
a tpe more. In peti. aũt hered. nõ eſt ita Fu
erat ⁊ antea rei vxorie actio ⁊c. Dñe intelle/
xi ꝙ. xvij. ſunt actões bone fidei que enu/
meranꝛ in primo ſupiori. §. eſt ⁊. xviij. q̃ vo
caꝛ actio ex ſtipulatu p dote de qua in p̃nti
tractare intendim⁹. p deo dicatis mihi que
eſt eius natura. Frater dicit ipſe ſcire debeſ
ꝙ olim erat quedã actio que erat bone fid.
que vocabaꝛ rei vxorie actio que cõpetebat
mulierib⁹ ad dotes ſuas repetendas ⁊ olim
numerabaꝛ. xvij. ſed q̃cq̃d olim erat in acti/
one illa hodie trãſfuſum eſt in actõne ex ſti
pulatu p dote ⁊ illa penit⁹ eſt ſublata. Duo
aũt bona erant in illa actione vicȝ antiqua.
qꝛ erat bo. fi. ⁊ etiã tacitaȝ habuit hipotecaȝ
vnde dicimus ꝙ actio ex ſtipulatu q̃ȝq̃ȝ ſtri/
cti iuris ſit ex ſui ꝓmitiui natura tamẽ qꝛ in
oĩbus ſupplet naturã rei vxorie actiõis quã
do daꝛ p dote dicim⁹ ꝙ habet iſta duo. ſcȝ ꝙ
eſt bo. fi. ⁊ etiã ꝙ tacitã habet hipotecam. et
hoc dicit. Queriꝛ quare mulier nõ preferꝛ
anterioribus creditorib⁹ habentib⁹ expreſ/
ſam hipotecã cum preferaꝛ habentibus ta/
citam. Ad hoc dico. Lex bene põt adimere
tibi beneficiũ qđ contulit tibi. ſed tuũ bene/
ficiũ tibi auferre nõ põt. Et ideo. l. bñficiuȝ
qđ dedit anteriori creditori. ſ. hipotecã taci
tam in fauorẽ mulieris bñ ei aufert. expreſſã
ꝟo nõ qꝛ hoc nõ habet a lege ſed ſuo facto.
Qualiter aũt mulier habeat illud benefici/
um ⁊ etiã heres ſuus ⁊ ꝓcurator eius nõ au
tẽ extraneus habes. C. qui. po. in pig. ha. l.
aſſiduis. In ſupioribus dictũ eſt que actio
nes ſunt bo. fi. ⁊ etiã p oppoſitũ patȝ que ſũt
ſtricti iuris. qꝛ omẽs preter eas que in alijs
p̃cedentib⁹. §. enumeranꝛ. Modo intendit
dñs iuſt. pſequi quandã largã materiã quã
habet iudex in iudicijs bo. fi. Uberius eñ
⁊ pingui⁹ exercet iudex officiũ ſuũ ĩ act. bo.
fi. q̃ȝ in act. ſtricti iuris. adeo ꝙ ex iſta vberã
tia ꝑmittiꝛ iudici ex bono ⁊ equo act. bo. fi.
eſtimare q̃ntum p actiones iſtas actori ſit p̃
ſtandũ in quo iudicis officio ꝯtineꝛ. vt ſi a
ctor qui petit puta. xv. reo teneaꝛ in aliq̃ pu/
ta in. x. cõpenſato eo qđ actor reo debet. iu/
dex reũ in ſolidos. v. ꝯdemnabit fiebat iſta
compenſatio in iudicio bo. fi. ipſo iure ſȝ in
act. ſtricti iur. nõ põt habere locũ cõpẽſatio
oppoſita niſi doli exceptiõe ⁊ mali. ⁊ h̃ erat ĩ
ductũ ex ꝯſtitutõne diui pij. ſed noſtra ꝯſti/
tutio dicit impator induxit ipo iure tam in
ſtricti iuris iudicio q̃ȝ in bo. fi. vſqȝ ad ꝯten
tam in petitõne q̃ntitatẽ in om̃i actõe in qua
petiꝛ q̃ntũ dum tamen q̃ntitas ex alia pte ſit
debita. ⁊ hoc ſiue ſit actio in rem ſiue in pſo
nam excepta actõne depoſiti. in q̃ videꝛ ab/
ſurdũ aliquid cõpẽſatiõis noĩe opponi ne
pretextu compẽſatõis aliq̃d depoſitarũ rex
ex actõe fraudareꝛ. ⁊ hoc dicit. Scire debe/
tis ꝙ officiũ de q̃ hic tractaꝛ multiplex eſt.
Eſt eñ quoddã officiũ iud. qđ vocaꝛ nobi
le iudicis officiũ. ⁊ eſt aliud qđ vocaꝛ mer/
cẽnariũ. ⁊ terciũ qđ vocaꝛ merũ. Primũ ſcȝ
nobile iudicis officiũ eſt illud qđ p actiões
ſupponit ⁊ vicẽ obtinet actõnis. ⁊ in eo fit li
tis ꝯteſt. ⁊ eodẽ modo ꝓcediꝛ ſicut in act. et
p illud officiũ petunꝛ ſalaria aduocatoꝝ ⁊
reſtitutões maioꝝ ⁊ minoꝝ. vt. ff. de mino.
l. ꝙ ſi in minoꝝ. Petunꝛ eñ reſtitutões im
plorato nobili iudicis offi. ⁊ illud officium
alicui nõ deſeruit ſȝ largo modo diciꝛ actio
ff. de act. ⁊ ob. l. actionis verbo. ſed ſm̃ mer
cennariũ iudicis officiũ eſt qđ actõi d̃ſeruit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ actioni inheret ⁊ vna cū actōne perit. ff. d̄
eo qd̄ cer. lo. l. in bo. fi. C. depoſiti. l. iiij. Ter
ciū officiū eſt mer. ⁊ eſt illud quod deſeruit
ſiue inheret actiōib ſtricti iur. ⁊ quibuſdaȝ
arbitrarijs Sed dn̄e in q̄ differt ab officio
mercēnario. Frater rn̄deo. Mercēnariū de
neceſſitate fit. qꝛ h̄ exigit natura actiōis cui
deſeruit. Merū aūt nō ex neceſſitate fit. ſed
ex ſolo iudicis metu vt q̄ſi liber ſit ei. ſcȝ fa
cere vl̄ nō vt dicūt quidā. ⁊ p eis facit. §. in/
fra eo. p̄terea. ſȝ hoc videt̄ falſū. Si eīm agā
q̄ metus cauſa ⁊ reus noluerit parere p̄me
ſnie nō habet neceſſe iudex venire ad ſcd̄aȝ
ſniam ⁊ ip̄m ↄdemnare in quadruplū. ⁊ ſi/
milr̄ oppono de arbitraria loci. ⁊ credo q̄ ſi
iudex hoc nō fecerit poterit ab eo appellari.
vn̄ dn̄s Jac. talē dedit d̄ñtiā inter ea. Di/
xit eīm q̄ officiū iud. mercēnariū qd̄ eſt i bo.
fi. iud. illud offim̄ exercet̄ ex natura act. Of/
ficiū p̄o mer. quod deſeruit ſiue inheret acti
onib ſtricti iuris ⁊ quibuſdā arbitrarijs. il
lud officiū nō exercet̄ ex natura act. ſȝ ex me
ro iud. offi. ⁊ hoc ſic intelligo ſm̄ eū. illud of
ficiū eſt mer. a p̄mitiua natura actōnis q̄a
nō imponit̄ aliqua neceſſitas iudici ex na/
tura actōnis regulariter. p̄terq̄ cū arbitra/
ria loci i q̄ ſola eſt ſpeciale. ſcȝ q̄ d̄ natura a/
ctionis habeat iudex rōnē loci. Neceſſariū
tamē eſt ⁊ nō ſolū voluntariū lȝ de natura p̄
mitiua actōis nō cōpellat̄ iudex illud offi/
ciū exercere. p aliqs tn̄ leges cōpellit̄. Pre/
terea quaſdā ⁊c. Preter actōes de quib fctā
eſt mentio ſup̄. Adhuc ſcire debetis q̄ ſūt
quedā actōes arbitrarie h̄ eſt ex arbitrio iu
dicis depēdentes. In quibuſdā eīm actōib
niſi reus actori iudicꝭ officio ſatiſfaciat ve/
luti rē reſtituat cū rei ven. agit̄ vl̄ rem exhi/
beat cū ad exhibendū agit̄. vl̄ ſoluat cū ali/
quid certo loco eſt ſoluendū. vl̄ ex noxali cā
ſeruū cedat cū noxaliter agit̄ ↄtra ipſū ille q̄
ſic ↄdemnat̄ a iudice reus. ſcȝ ſi nō vult ſa/
tiſfacere ad arbitriū iudicis pōt ↄdēnari vl̄
ad intereſſe vl̄ vt in litē ↄtra eū iuret̄. ⁊ h̄ di/
cit lr̄a iſta. Preterea. q. d. Iſte actōnes de q̄
bus ad pn̄s tractare ppono nec ſūt bo. fi. nec
ſtricti iuris. ſicut ille de quib primo tracta
tum eſt. Sed habent aliam quandā natu/
ram p ſe. ⁊ in hac opinione fuerūt quidā an
tiqui. Alij dicūt q̄ ſūt bo. fi. ⁊ hoc qꝛ in iſtis
habet iudex largas habenas ſic in ↄtractib
bus bo. fi. Sed tu dic q̄ cenſent̄ ſtricti iuris
cū inter eas que ſūt bo. fi. nō numerantur.
Itē videt̄ q̄ iſta lr̄a vl̄ ex noxali cauſa ſeruū
cedat nō innuat q̄ dn̄s q̄ cōuenit̄ noxalr̄ p̄
ciſe cōdemnari debeat ad hoc q̄ ſeruum ce
dat p noxa. cū. l. dicat eſtimationē damni eē
in obligatōne noxe aut deditionē in libera/
tione. ff. de re iudi. l. miles. §. aut noxe. Fra
ter intellige q̄ facta fuit ↄdemnatio in eſti/
matione damni ſȝ poterat euitare illā dam
nationē dando ſeruū p noxa. vnde expone
lr̄am. debet ↄdemnari vl̄ ſic potes dicere q̄
oīa iudicia ſūt abſolutoria adeo q̄ ſi aliqs
alicui in veritate debet. ⁊. qui a creditore in
iudiciū vocet̄. ⁊ in tali ſtatu ſit q̄ ↄtra eum
debeat ferri ſnīa. ſi tn̄ ante ſentētiaȝ ſoluerit
illud iudiciū qd̄ debebat eſſe ↄdemnatoriū
modo erit abſolutoriū. ⁊ ſic intelligo illud
verbū. iudicia ſūt abſolutoria. Pone ergo
q̄ ſeruus ignorante dn̄o damnū dederit in
rem alicuius ille qui damnuȝ paſſus eſt agit
ↄtra damnū petens q̄ damnū emendet. cer
te ↄdemnabit̄ dn̄s ad eſtimationē niſi ante
ↄdemnationē dederit ſeruū p noxa. Sȝ il/
le actiones ⁊c. Dixi vobis q̄ actionū ſtricti
iuris quedam ſunt arbitrarie. Itaq̄ eīm q̄
dam ſunt in rem quedā in pſonā. Arbitra/
rie in rem ſunt vtputa publiciana ⁊ ſeruia
na. In pſonam ſūt actiones q̄ metus cau/
ſa ⁊ de dolo actio que eſt arbitraria actio. ⁊
act. p quā petit̄ pec. certo loco p̄miſſa. ⁊ ac/
tio ad exhibendū. Et in oībus iſtis caſib
⁊ ſilibus p̄mittit̄ iudici ex bono ⁊ equo eſti
mare ſm̄ rei naturā inq̄tuȝ actori ſatiſfieri
oportet. ⁊ hoc dicit. Curare debet ⁊c. Sup
dicte ſunt multe diuiſiones actionū adhuc
ponet plures. ſed in pn̄ti. §. dat quendam ef
fectū actionis ⁊ dicit q̄ ſi quedā actio corā
iudice pponāt curare debet iudex vt q̄tum
poſſibile eſt ⁊ inq̄tū natura act. hoc patit̄ vt
certam ferat ſententiam. hoc dicit. Sȝ ali/
quis agens. In ſupiorib dictū eſt de natu
ra oīm act. nūc aūt nihil aliud intendit legiſ
lator oſtendere niſi qualiter abuſores actio
nū puniant̄. Dicit ergo q̄ q̄tieſcunq̄ actor
plus petit in intentōne ſua q̄ ſibi debeat̄ q̄ſ
cunq̄ genere plus petendi cadit a cauſa. h̄
eſt rem qua petit amittit nec ſuccurrit̄ ei d̄
facili a pretore p in integrū reſtitu. niſi fuerit
minor. Si eīm minor. xxv. annis aliqua fa

M

ꝗ̃ilitate lapſus plus petierit. tunc cauſa co/
gnita ſuccurrit̃ ei. ſed in maioribꝫ plus petē
tibus nullo modo ſuccurrebat̃ q̇n a cauſa
caderent niſi haberent magnā ⁊ iuſtā cau/
ſam erroris. Tunc eñ̄ parcendū erat eis.
⁊ de hoc ponit duo exempla. Primū eſt qñ
aliquis maior petebat totū legatū puta pe/
tebat legatum relictū ſibi in teſtamento. ⁊ ꝑ
errorem cū aliqua ꝑs legati vel forte ſolida
legata in codicillis eſſent adempta. quia ta/
men ignorauit ſuccurrebat̃ ei. Scd̃m exē/
plum eſt in maiore qui integra legata pete/
bat ⁊ tñ̄ tota erant aliis legata ita ꝙ locus
erat falcidie. hoc erat olim in quolibet gene
re petendi plus. ſcilꝫ ꝙ cadebat a cauſa niſi
iuſtam cauſā haberet vt ſup̄ dictū eſt. ſꝫ ho
die nō eſt ita. vt habetis infra eo. §. Sed h̄
quidē antea Plus aūt quatuor ⁊c̃. Dñe ſup̄
dixiſtis ꝙ quicunqꝫ petebat plus quocūqꝫ
genere petendi plus cadebat a cauſa ⁊ rem
amittebat niſi iuſtus error eū excuſaſſet. ſꝫ
dñe cum plus pluribꝫ modis poſſit peti. di
catis mihi quot modis plus petit̃ Ad hoc
reſpondet dñs iuſtin. ſic. Quatuor eñ̄ mo
dis plus petit̃ re. tp̄e. loco. cauſa. Re. vt ſi il
le cui debet̃. x. petat. xx. vl̄ xxx vl̄ ſi ille cuꝰ fūdꝰ
eſt ꝑ ꝑte totum petat. petit plus re. Tempe
de hoc habuiſtis exemplū de eo cui aliquid
debet̃ in diem vel ſub ꝯditione. ſi ante diem
vl̄ conditionē exiſtentem petat. Loco plus
petit̃. Supra vidiſtis duo exempla in qui/
bus plus petit̃ ſcꝫ re ⁊ tp̄e. Modo videatis
exemplū de eo qui plus petit loco. ⁊ eſt exē/
plum in eo qui qđ certo loco ſtipulatus ē ſi
bi dari petit in alio loco nll̄a facta cōmemo
ratione de loco in q̄ ꝑmiſit ꝑmiſſor vtputa
ſi aliquis ſtipulatus fuerit a ticio aliquid
dari epheſi ⁊ illud petat rome ſibi dari. iſte
plus petit loco eo ꝙ aufert cōmoditatem vl̄
vtilitatē ꝑmiſſori quā habuit rōne loci in q̄
ꝑmiſit. vnđ in iſto caſu habet locū actio ar
bitraria loci in qua habebit̃ rō vtilitatis q̄
competitura eſſet ꝑmiſſori ſi ſoluiſſet loco
illo in quo promiſit ſe ſoluturū. ⁊ iſta vtili/
tas in mercibus veluti in frumēto oleo ⁊ vi
no ⁊ in aliis mercibꝫ bñ̄ apparet. Merces
eñ̄ in diuerſis regionibꝫ diuerſa habent ꝑ
cia. vnde ſi. x. modia frumenti promiſi tibi
epheſi ⁊ tu petas ea rome aufers mihi ma/
gnā vtilitatē. Modium eñ̄ qđ nō valebat

epheſi niſi. x. valet forte rome. xv. vl̄. xx. ⁊ iſti
us vtilitatis habebit̃ ratio. ſed dñe quid di
cetis vos de pecunia. Reſponſio. Idem di
co tibi de pecunia quia plus expedit ꝑmiſ
ſori pecuniā ſoluere in vno loco q̄ꝫ in alio
eo ꝙ in vno loco pōt pecuniam ſub leuiori
bus vſuris habere q̄ꝫ in alio. ſed quid ſi is
qui aliquo loco certo ſibi aliquid dari ſti/
pulatus eſt. eodē loco pecuniā petat quo ſi/
bi promiſſa eſt. Reſponſio. tunc recte agit
nec habet locum arbitraria loci. qꝛ loci cō/
moditas eſt ſalua ꝑmiſſori. hoc dicit. Hu/
ic aūt qui plus loco ⁊c̃. Supra dictū eſt ꝙ
quocunqꝫ genere plus petendi olim plꝰ pe/
tebat̃ cadebat a cauſa ⁊ rem amittebat plꝰ
petens. qualr̄ aūt plus petebat̃ re vel tp̄e vl̄
loco dictum ē ſupra. Modo dicit dñs iuſt.
qualr̄ plus petit̃ cauſa. ⁊ de hoc ponit duo
exempla. vnū in iſto. §. ⁊ aliud in ſequenti.
Primū exemplū eſt tale. ſi aliquis ſtipulatꝰ
eſt ſtichū aut decem aureos. ⁊ poſtea petit
ſtichum preciſe plus petere cauſa videt̃. Ha
buit eñ̄ electionē ꝑmiſſor ſoluēdi. x. vel ſti/
chum. vnde cū preciſe petat vnū adimere ſi
bi videt̃ electionē ⁊ ita plus petere cauſa vi
det̃. ⁊ ita olim cadebat a cauſa. Quid ergo
debet facere ſtipulator quid petet. Reſpon/
deo ſcđm qualitatē contractus debet facere li
bellū. ⁊ hoc eſt optimū verbū quotidianū.
hoc eſt eodē modo quo ſtipulatus ē. vnde
qꝛ ſtipulatus ē alternatiue ⁊ alternatiue de
bet libellū ſuum cōficere vl̄ formare. hoc di
cit. Preterea ſi aliquis generalr̄ ⁊c̃. Tu hēs
vnū exemplū de eo q̇ plus petit cauſa. Hic
ponit dñs iuſti. aliud exemplum de eodem
Plus eñ̄ petit cauſa iſte cui homo in gene
re ꝑmiſſus ē ſi hominē certū petat. ⁊ ſimilr̄
eſt in vino ⁊ in purpura ⁊ in aliis. Generali
ter eñ̄ quandocūqꝫ aliquid debet̃ in genere
ſi certū quid petat̃ plus peti videt̃. Vide/
tur eñ̄ ꝑmiſſori adimere electionem vel ad
minus hoc facere intendit. Diceret aliquiſ
hoc verum eſt quando aliquid in genere ꝑ
miſſum eſt. ⁊ ille cui ꝑmiſſum eſt certū petit
qꝛ tūc ſi precioſiſſimū petat plus petere cau
ſa videt̃. Sꝫ q̇d diceretis vos dñe ſi aliq̇d i
genere eēt ꝑmiſſū ⁊ ipē ꝑciſe petat illud qđ
viliſſimū eſt i illo genere videt̃ ne plus pe.
Et reſpondet ꝙ ſic. qꝛ adhuc electionē ſoluē
di promiſſori adimere videt̃. Sepe eñ̄ ac/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cidit vt ꝓmiſſori facilius ſit ſoluere illud qđ
maioris preciū eſt. Dibus iſtis modis dici
tur plus peti. et quocunqꝫ iſtoꝝ modorum
plus petebať cadebat plus petens a cauſa.
Hodie nō eſt ſic vt pʒ in ꝓrimo. §. Sʒ hoc
quidez antea ⁊c. Ab illo. §. ſi q̄s agens vſqꝫ
nunc ſolū habuiſtis ꝙ quatuor ſunt modi
plus petendi ⁊ quicunqꝫ aliquo iſtoꝝ mo-
doꝝ plus peteret cadebat a cauſa ſua ꝓpter
qđ dicit dn̄s iuſti. ꝙ hoc videť iniquū ⁊ cor
rectione dignū. Et dicit ꝙ hoc antea in vſu
fuerat. Sed poſtea lex zenoniana ⁊ noſtra
ꝯſtitutio hoc artauerūt. Et hodie obtinet
ꝙ nullus a cauſa cadat. niſi q̄ plus petit tē-
pore aut alio modo. Sed ſi plus petať tpe
tunc in penam petentis plus tpe duplica-
bunť inducie. ita ꝙ ſi illud qđ poſt annum
debebať incontinenti petat. non poterit il-
lud petere niſi poſt bienniū. ⁊ etiam neceſſe
habebit adhuc ſoluere oēs expenſas q̄s
in lite reus fecerit. Si aūt re vel loco vel cā
plus petat. Reſpondet imꝑator ꝙ tūc om-
ne damnū quod ſuſtiebit reus ꝑ plurꝫ peti
tionem reſarciet ſibi actor in triplū. hoc di-
cit. Sed videť ꝑ hoc quod dicić hic ꝙ nō
habeat locū id. C. de plus peti. l. vnica. Re
ſponſio. imo quia titulus ille in alio caſu lo
quiť vt pʒ in apparatu ꝓpter mendaciū em
ibi puniť. Si minus ⁊c. Vidiſtis iam de
eo qui plus petit qualiter puniebať olim. ⁊
qualiter hodie puniť. Dn̄s iuſt. nihil volēs
dimittere indiſcuſſum adhuc tractat de eo
qui minus petit quid iuris ſit. ⁊ dicit ꝙ qui
minus petit hoc poteſt facere ſine ꝑiculo ⁊
in eodē etiam iudicio plus petere poteſt. qꝛ
ex conſtitutione bone memorie zenonis fu-
it introductuʒ ꝙ ille qui minus peteret poſ
ſet in eodē iudicio plus petere. Et ſcire de-
betis ꝙ hec materia illiꝰ. l. C. de eden. l. edi-
ta actio. ⁊ ea que ſuꝑ repetitione illius. l. di-
cunť pn̄t hic repeti. Quidam aūt ꝑ. § iſtuʒ
voluerūt dicere ꝙ emendatio libelli ⁊ muta
tio poſſit fieri vſqꝫ ad ſn̄iam diffinitiuā q̄a
vſqꝫ ad ſententiam diffinitiuam ſemꝑ ma-
net idem iudiciū. Doctores tamen noſtri ī
hoc reſident oēs ꝙ ante litis ꝯteſt. poteſt
fieri emendatio ⁊ mutatio. ⁊ literam iſtam
ita intelligunt in eodem iudicio. i. ante liteʒ
ꝯteſt. vel ſic in eodem iudicio. i. apud eun-
dem iudicē non tū eadem inſtantia iudiciū

Vocatur tamen iudicium idem ꝓpter idē-
titatē iudicis ⁊ cauſarum. Si quis aliud ꝑ
alio ⁊c. Supra vidiſtis quid iuris de eo q̄
plus petit. ſed quid ſi aliquis aliud pro alio
petierit vł ſi vnam actionem pro alia ꝓpoſu
erit. Reſpondet ꝙ non ꝓpter hoc ꝑiclitabiť
ei aliquid ſed in eodem iudicio cognita cau
ſa errorem ſuum corrigere poteſt. ⁊ hoc di-
cit. Sunt preterea actiones ⁊c. Iam vidi-
ſtis in titu. de actionibꝫ varias diuerſas di
uiſiones actionū. Adhuc etiam eſt alia di-
uiſio actionū quam innuit nobis iuſt. ⁊ vſʒ
in fi. ti. proſequiť. ⁊ eſt diuiſio iſta talis Acti
onum quedam ſunt quibus proſequimur
ſolidum. quedam quibus non ſolidum. et
quedam quibus minus. Et ponit exem-
plum dicens ꝙ ꝑ actionem de peculio ali-
quando ꝓſequimur ſolidum veluti ſi tem-
pore litis ꝯteſt. tantū reꝑiatur in peculio
deducto omni eo quod de iure deduci debʒ
q̄ꝫtum nobis debetur ⁊ queādmodum pe-
culium intelligi debeat ſuo loco ꝓponemus
hoc dicit. Item ſi de dote ⁊c. Iam vidiſtis
exemplū de vna actione que quandoqꝫ ꝑſe
cutoria eſt ſolidi quandoqꝫ nō. Modo da
bo vobis exemplum de alia actione que q̄n
doqꝫ dať in ſolidum quandoqꝫ non ⁊ eſt ex
emplum de act. de dote que eſt perſecutoria
ſolidi quando maritus ſolidum facere po-
teſt. Si aūt non habeat vnde ſolidum face
re poſſit. tunc debet condemnari inq̄ꝫtum
facere poteſt. hoc dicit. Propter retentionem
⁊c. Iam vidiſtis vnū caſum in quo nō con
ſequiť mulier ſolidum ꝑ actionem de dote.
Hic ponit dn̄s iuſtini. alium caſum. puta
quando maritus vtitur retentōne ꝓpter im
penſas factas in dote. hoc dicit. Sed et ſi
quis. Preter actiones iā dictas ſunt ⁊ alie
quibus quandoqꝫ proſequimur ſolidum
quandoqꝫ non. Eiuſmodi ſunt ille que dā
tur contra parentes ⁊ patronos ⁊ contra
ſocium Idem dico in actionibus que com
petunt contra eum qui conuenitur ex ſua
donatione. hoc dicit. Compenſationes ⁊c.
Supra vidiſtis qualiter quandoqꝫ ꝑ acti
ones ꝓſequimur ſolidū ⁊ quandoqꝫ non. ⁊
hoc ꝑ naturam actionis vt in ſuꝑioribus
patet. Hic aūt dicit ꝙ ſimiliter ꝑ actiones
quandoqꝫ non proſequimur ſolidum pro-
pter compenſationē factam vel compoſitaꝫ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ab homine. ⁊ hoc dicit. Cū eo quoq; ⁊c̄. Adhuc ponit dn̄s Juſt. nobis aliud exemplū act. in quo exemplo nō ſemꝑ ꝑſequimur ſolidū. ſed aliquando minus ſolido. pone ꝙ habebam debitorem qui ceſſit bonis. dein de tamē ad pinguiorem fortunam deuenerit intendo ꝯtra eum actionem vtilem que mihi ante bonoꝝ ceſſionem competebat directa. condemnabit̄ ne in iſta actione ſc̄da inſolidum. Reſpondet ꝙ nō ſed in q̄ntū fa cere poteſt. Inhumanū eīm eſſet ꝙ de poſtea acquiſitis inſolidū ꝯdemnaret̄. h̄ d.

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt negociū geſtum eſſe dicet̄.

Supra vidiſtis de natura oīm actionū que naſcunt̄ ex contractibus que fiunt cum eis qui ſunt ſui iuris. Modo aūt vult tractare de actionib; que naſcunt̄ ex cōtractibus eoꝝ qui ſunt in poteſtate noſtra. ⁊ ideo ſubijcit̄ hic rub. Quod cū eo ⁊c̄. Et ſubaudi ꝙ rub. iſta de negocio. ſic ſimil̄r. ff. ſbaudit̄. Quia tn̄ ſupius. Supra titu. ꝓximo. §. ſi quis cū parente. tractatum eſt de actione de peculio que dat̄ contra parentem vl̄ dn̄m pro contractu facto cum filiofa. vl̄ cum ſeruo ſed nō plene ⁊ ꝓpterea dicit in hoc loco ꝙ de ea vberius tractare ꝓponit ⁊ act. inde ſumpta tractat de oī negocio qd̄ geſtum eſſe dicet̄ cum eis q̄ in noſtra poteſtate ſunt. Dicit ergo ſiue cū filiofa. ſiue cum ſeruo negocium geſtum ſit. ꝙ in omnib; fere eadem natura ſeruat̄. ⁊ ſine dubio in quolibet articulo poſſemꝰ tractare ⁊ exemplificare de ambobus. quia tamē in his duob; eadē fere natura intelligit̄ ne verboſa fiat diſputatio ſermonē noſtrū in ꝑſonam ſerui ⁊ dn̄i dirigimus. Et idem intelligamus in parentibus ⁊ liberis. ⁊ de h̄ tractabimus infra. eo. §. illud ꝓprie. ar. eius quod dicit̄, opus eſt vt de hac actione. Alias materia ⁊c̄. Voluerūt quidam dicere ꝙ hoc verbum de peculio eſt ꝓprium nomen actionis. nos contra ſed ſunt adiectiones vt notat̄ in fine huiꝰ. §. Si igit̄ iuſſu domini ⁊c̄. Supra dictū eſt ꝙ tractandum erat de act. ſine adiectionib; actionū que competunt ꝓpter negocia geſta cum ſeruis ⁊ filijſfa. Videamus igit̄ primo de illa actione q̄ cōpetit ꝓpter negociū geſtū cū ſeruo iuſſu dn̄i. Dicit igit̄ ꝙ ſi aliquis iuſſu dn̄i cū ſeruo contrahat cum dn̄o contraxiſſe videtur Et ideo contra dn̄m competit ei actio inſolidum cum hac adiectione ꝙ iuſſu ⁊ inſolidum. Fidem eīm dn̄i ſequi videt̄ qui eius iuſſu cum ſeruo cōtraxit. Simil̄r poſſet poni exemplum in filio cum quo iuſſu patris contractum eſt. ſed ne verboſa ſit verborū diſputatio. Idem intelligas in filio ⁊ patre quod dicit in ſeruo ⁊ dn̄o. Eadem rōne pretor ⁊c̄. Vidiſtis duas actionū adiectiones i ſolidum. adhuc preter illas duas adiectiones pretor ꝓponit alias duas. Quarū vna vocat̄ exercitoria ⁊ alia inſtitoria. ⁊ primo ponit exemplum de exercitoria dicēs ꝙ tūc competit exercitoria cum dn̄s nauis ſiue nauta qui exercitor dicit̄ ſeruū ſuum magiſterio nauis ꝓpoſuit. ⁊ cum ſeruo illo cōtractum fuerit. Dat̄ eīm tunc contrahenti contra dn̄m nauis act. exercitoria inſolidū cū prepoſuerit eū inſolidum ⁊ q̄uis litera in ſeruo ſuo loquat̄. idem tamē intelligas in ſeruo alieno vel libero homine magiſterio nauis prepoſito ſi cum eo contractū fuerit eiꝰ rei gratia ad quā prepoſitus fuerit ⁊ ſic trahit exercitoria nomē ſuū ab ipo dn̄o nauis qui alium prepoſuit alicui negocio qui exercitor dicit̄ ſed inſtitoria econuerſo trahit nomen ab eo qui certo negocio preponit̄ q̄ exercitor appellat̄. ⁊ hoc dicit. Inſtitoria ⁊c̄. Supra vidiſtis quando locum habet exercitoria adiectio. Modo videatis quādo habet locum inſtitoria. ⁊ certe habet locum cū quis preponit ſeruū taberne aut alicui negociationi ⁊ cum eo contractū fuerit eiꝰ rei gratia cui preponit̄. Tūc eīm dat̄ acti. cōtra eum ex eo contractu cum hac adiectiōe inſtitoria. Qui aūt a dn̄o preponit̄ inſtitor appellat̄. hoc dicit. Iſtas duas actiones ⁊c̄. Supra dixiſtis ꝙ locum habet exercito. ſiue inſtito. cū ſeruū ſuū naui vel taberne vl̄ alteri rei ſicut certe negociatōni dn̄s prepoſuerit. Iſtas duas actiones pretor reddit ⁊ donat. ⁊ ſi dn̄s ſeruū alienū vl̄ liberum hominē alicui negociatōni prepoſuerit quia eadem ratio equitatis in eo caſu inuenit̄ h̄ dicit. Introduxit ⁊c̄. Preter predictas actiones ꝙ iuſſu exercito. ⁊ inſtito. adinuenit adhuc pretor aliam adiectionem que vocatur tributoria ⁊ habet locum hec adiectio

quando dño ſciente ⁊ iubente in mercibus
peculiaribus negociať ſeruus. Tunc eni3
ſi aliquis in illis mercibus cũ ſeruo contra
bat. ſtatuit pretoꝛ ꝙ quicq̃d ſit in illis mer⸗
cibus cũ ſeruo contractum eſt vel inde rece
ptum ꝙ totum inter dñm ⁊ creditores tribu
toria agentes diſtribuať. ⁊ quia dño permit
tiť diſtribuere ſi contingeret quia male di⸗
ſtribueret dñs. ꝓpterea in hoc caſu accõmo
dauit pretoꝛ hanc actionẽ ſiue adiectionem
creditori conquerenti de mala diſtributõne
hoc dicit. Quidam tamẽ dicunt non hab3
locum tributoria cõtra dñm niſi in eo caſu
quando dñs iam male diſtribuit. tu dic cõ
tra. Preterea introducta ⁊c̃. Jam vidiſtis
naturam diuerſarũ adiectionũ vic3 adiecti
onis ꝙ iuſſu exercitorie ⁊ inſtitorie ⁊ tribu⸗
torie. adhuc preter iſtas ſunt inducte a p̃to
re alie adiectiones quaꝝ vna vocať de in rẽ
verſo ⁊ alia de peculio. ⁊ ſunt diuerſe a pre⸗
dictis quia ſunt ſupradicte adiectiones nũ
q̃ꝫ habent locum contra dñm ꝑ cõtractu fa
cto cum ſeruo niſi hoc factum fuerit domi⸗
no volente. ſed iſte due actiones danť con⸗
tra dñm ꝑ contractibus factis cum ſeruo
dño ignorante ⁊ nolente adeo ꝙ ſi ſine dñi
voluntate negociũ geſtum ſit. tamen ſi quid
in eius negocium verſum fuerit id totu3 p̃⸗
ſtare teneť dñs. ⁊ ad hoc poteſt agi actione
ex illo contractu cum hac adiectõne de in rẽ
verſo. ſi aũt nõ ſit aliquid verſum in rem ei⁹
tunc poteſt dñs conueniri quatenus eſt in
peculio. Deinde docet quid videť verſu3 in
rem dñi dicens ꝙ illud videť verſum quod
in rem eius neceſſario impendit ſeruus ⁊ d̃
expenſis neceſſarijs ponit multa exempla.
ſed pone ꝙ ſeruus alicuius qui ſciente dño
in negocijs peculiaribus negociet a ticio. x
aureos acceperit mutuo. ⁊ quinq̃ꝫ aureos
creditoribus ſuis ſoluerit. reliquos ꝟo q̃n
q̃ꝫ alio᷒modo conſumpſerit ꝑ illis quinq̃ꝫ q̃ſ
in rem dñi conuertit. debet dñs in ſolidum
coueniri. Pro alijs ꝟo quinq̃ꝫ peculio ten⁹
dñs conueniť. Si aũt om̃es decem aureos
conſequeť de actione de in rem verſo. Lic3
em̃ vna ſit actio ſiue adiectio que de peculio
⁊ de eo qd̃ in rem dñi verſum ſit agiť. tñ du⸗
as habet cõdemnatões. Judex ḡ corã quo
de in rem verſo agiť debet inſpicere an in rẽ
dñi verſũ ſit an nõ. Non aliter d3 venire ad
eſtimationẽ peculij niſi aut nihil in re3 dñi
verſum ſit aut nõ totũ. ⁊ hoc dicit. Caue ti⸗
bi a glo. ſignata ſup illo ꝟbo licet vna ꝙ eã
bñ intelligas. Cũ aũt queriť ⁊c̃. In fine pri
mi. §. habuiſti ꝙ tũc deinde tranſeundũ eſt
ad eſtimationẽ peculij q̃n nihil eſt in rẽ dñi
verſum vł non totũ. Sed dñe ꝓ deo dicat3
mihi qualr̃ in illo caſu debuit eſtimari pe⸗
culium. Frater rñ. cũ queriť q̃ꝫtũ peculium
ſit ſolũ qd̃ ſuperit deducto eo qd̃ dño debeť
⁊ etia3 eo qd̃ illis debeť qui in ſua poteſtate
ſũt vel tutela. illud qd̃ ſupeſt diciť eſſe in pe⸗
culio. hoc dicit. Aliq̃n tamẽ. Jam intellexi⸗
ſtis ꝙ peculiũ intelligiť illud qd̃ remanet d̃
ducto eo qd̃ dño debeť ⁊ etiã illis qui in ei⁹
poteſtate ſunt. q̃nq̃ꝫ tamẽ contingit ꝙ dñs
nõ ꝑmo deduxit qd̃ ſeruis ſuis debeť. puta
ſi habeam ſeruũ oꝛdinariũ ipſe habeat ſer⸗
uum vicarium. ⁊ oꝛdinarius meus debeat
mihi centũ ⁊ vicario ſuo. l. ego poſtea ꝯuen
tus ſum act. de peculio ꝓ ꝯtractu ſerui mei
oꝛdinarij prededucã illa. c. que mihi debe⸗
bat potero ne deducere illa. l. que ſeruo ſc3
vicario debebat. diciť ꝙ nõ. Et rõ hui⁹ ẽ hec
q2 imponeť verbis ⁊ nõ rebus. Si em̃ dñs
deduceret debitũ vicarij de peculio oꝛdina⸗
rij ⁊ illud poneret in peculio vicarij hoc ni
hil aliud eſſet q̃ꝫ vna manu auferre de pecu
lio oꝛdinarij ⁊ alia manu ponere idẽ in pecu
lio oꝛdinarij cũ peculiũ vicarij ſit peculium
oꝛdinarij. ⁊ hoc dicit. Ceterũ dubiũ nõ ẽ ⁊c̃.
Dixi. iuſti. Dñe ſupra feciſtis mentionẽ de
adiectionibus ⁊ duas vltimo poſuiſtis ſc3
de peculio ⁊ de in rem verſo. ſed dñe poſui⸗
ſtis eas vltimo ꝓpterea q2 nõ danť in caſib᷒
in quib᷒ alie quatuoꝛ danť. Frater reſpon⸗
det dñs iuſti. non imo nulli dubiũ eſt q̃n il⸗
le qui iuſſu dñi contraxit poſſit etiam de pe
culio vel de in rem verſo agere. ſed ſtultiſſi⸗
mus eſſet ſi omiſſa act. ꝙ iuſſu ꝑ quã facile
ſolidum conſequi poſſit trãſeat ad difficul⸗
tatem probandi in rem dñi verſum. vel pro
bandi ꝙ tantũ ſit in peculio ꝙ ſolidũ ꝑ acti
ones illas conſequať. hoc dicit. Item aute3
cui tributoria. Scire debetis ꝙ ille etiam
cui competit tributoria poteſt agere de pe⸗
culio ⁊ de in rem verſo. ⁊ q̃nq̃ꝫ expedit plus
agere tributoria. quia in tributoria nõ ha⸗
bet dñs priuilegiũ conductionis ſeu prede
ductionis. ſ3 cũ alijs creditoribus vocať in

tributũ aliqñ dicit plus expedit agere de pe
culio puta ſi nõ fuerit ↄtractũ in peculio. ſʒ
quadam merce peculiari que eſt in tercia vł
in quarta pte peculij. Maioꝛ aũt pars pe/
culij nõ eſt in merce ſed in predijs ꝛ peculi/
is ꝛ funebri pecunia tunc ſi agat tributoria
habebit̃ nõ ſolũ eius merces in qua nego/
ciat̃. ſʒ eius qđ inde receptum eſt. ſi aũt ᵭ pe
culio agat. habebit̃ ratio peculij totius. ꝛ ꝓ
pterea debet quis caute ꝓuidere ꝛ eligere il
lam actõnẽ que magis ſibi ꝓficere poſſit. ſʒ
quicunqȝ poteſt ꝓbare in rem dñi verſũ de
in rẽ verſo agere põt vł debet. ꝛ hoc di. Que
diximus oĩa illa ⁊c̃. Que diximus de illo q̃
ↄtraxit cũ ſeruo intelligatis in eo qui cuʒ fi
lio vel filia nepte vł nepote contraxit. h̃ dic̃
Inde ꝓpꝛie ſeruat̃ ⁊c̃. Licet idẽ ſit de ſeruo.
quo ad dñm quod, in filio quo ad patrem ꝛ
econuerſo. Aliquid tñ ſpeciale ẽ in filio qđ
nõ habet locum in ſeruo ſcʒ ſe. cõ. macedon.
qđ ꝓhibet filiofa. mutuari qđ nõ loquitur
de ſeruis. Quare aũt ſe. cõ. maced. introdu/
ctũ fuerit melius habebitis in lr̃a q̃ȝ in aliq̃
pte iuris. hoc dicit. habetis hic glo. magnã
que nihil aliud facit q̃ȝ enumerare caſus in
quibus ceſſat mace. ꝛ ſunt ſex. Illud in ſum
ma. dixi iuſti. Dñe ſatis dixiſtis de natura
iſtaꝝ adiectionũ. Frater, dicit ipe veꝝ ẽ. ad
huc in ſũma debes ſcire ꝙ ſi aliq̃s ↄtraxit
cũ filio vł cũ ſeruo iuſſu patris vł dñi vel in
rem patris vł dñi aliquid verſum fuerit. po
terit agere cũ patre vł dño acſi cũ eo contra
xiſſet ꝛ ab eo condicere directa adiectõne vt
inſti. vł ꝙ iuſſu vł alia. Ipſe eñ qui poteſt
agere exercito. vł inſti. poterit agere directa
ↄtra dñm vł patrem. qꝛ iuſſu ipſoꝝ ↄtraxiſ/
ſe videt̃. Semꝑ eñ qui inſtituit vel prepo/
nit quaſi iubere ꝛ velle videt̃ ꝙ cum eo age/
ret̃. ꝛ hoc dicit.

## De noxalibus actionibus.

Quia nõ tñ ex ↄtractu eoꝝ qui i no
ſtra ptãte ſunt. ſed etiã ex eoꝝ male/
ficijs cõuenimur. ideo hic tractat
de noxalibus dicẽs. Ex maleficijs ⁊c̃. Que
ſiui a legiſlatoꝛe. in quibus habẽt locuʒ no
xales act. Et ipſe rñdet dicẽs ꝙ introducte
ſunt ex maleficijs ſeruoꝝ ꝛ ponit exempluʒ
in litera de diuerſis malef. cijs ꝓ quibꝰ dan
tur act. noxales. In q̃bꝰ noxa. act. ſi ↄdẽna
tus fuerit dñs noxaliter ↄuentus liberꝝ eſt
ei ſoluere eſtimatõʒ damni vł dare ſeruũ ꝓ
noxa. Sʒ dñe q̃d ẽ noxa. dicit ipſe. Noxa ẽ
ipm corpus qđ delinquit ſiue nocet. noxia ẽ
ipm maleficiũ ꝓpꝛie loquẽdo. ꝓmiſcue tamẽ
vtimur his ꝟbis ſcʒ noxia ꝛ noxa. h̃ d. Sũ
ma aũt rõne. Queſiui a legiſlatoꝛe quare ſu
it ↄſtitutũ ꝙ dñs q̃ ↄuenit̃ act. noxali poſſit
liberari dando ſeruũ ꝓ noxa. Frater dic ipe
hoc ſũma rõne fuit introductũ. Iniquum
eñ eſſet ſi ſeruꝰ ꝑ nequitiã ſuã dño ſuo vltra
eſtimationẽ corꝑis ſui poſſet damnũ dare. ꝛ
hoc dicit. Dñs noxali. qđ iam dictũ eſt ᵭ no
xalibꝰ act. ſufficeret ꝓ toto titu. In. §. tñ iſto
dicit̃ ꝙ ſi dñs ↄueniat̃ ꝓ maleficio ſerui dã
do ſeruũ liberat̃. ꝛ in iſto caſu licʒ dñs ꝓ de
licto ſerui ꝛ non ꝓ facto ſuo ſeruũ tradat ip
ſi actori tñ dñium transfert in ipſuʒ actorem
ſicut transferret dñium ſerui in tradẽdo ſer
uum ꝓ ꝓprio facto puta ſi vendidiſſet eũ. ve
runtamẽ ſcire debetis ꝙ ſi ſeruus datus ꝓ
noxa. queſita pecunia ab amicis ſuis dam
nũ velit reſarcire auxilio pretoris manumit
tet̃ qđ eſt mirabile. ſed h̃ eſt in fauorẽ liberta
tis. h̃ di. Sũt aũt ↄſtitute ⁊c̃. Ego dixi im/
patori. Dñe vellem ſcire an actões ille noxa
les ꝓcedant a iure ciuili an a pretorio. ꝛ di/
xit ꝙ ab vtroqȝ iure ꝓcedũt. Eſt eñ vna act.
noxalis q̃ ꝓcedit a. l. xij. tab. ſcʒ act. fur. non
manifeſti. Eſt ꝛ alia noxalis que deſcendit
a. l. aq̃. ſcʒ damni iniurie. ꝛ alie ſũt act. no/
xales que deſcẽdũt a iure preto. veluti vi bo.
rap. ꝛ iniuriaꝝ. Omis eñ actio noxalis ⁊c̃.
Scire debeſ ꝙ oĩs actio noxalis caput ſe/
quit̃. vnde ſi ſeruus tuus damnũ dederit ꝛ
poſtea incipiat aliꝰ eũ poſſidere. agit̃ noxali
ter ↄtra nouũ dñm ipm ſeruũ poſſidentem
vł ſi manumiſſus fuerit tũc poterit directo
cõueniri de delicto ſuo. ꝛ ſilr ↄtingit ecõuer
ſo plerunqȝ ꝙ ille qui tenebat̃ directo pꝛimo
ex delicto ſuo poſtea incipiat teneri noxali/
ter. ꝛ de hoc exemplificat dñs iuſti. ſatis in
lr̃a. ꝛ h̃ d. Si ſeruus dño. Pone ꝙ ſeruus
deliquerit ↄtra dñm ſuũ. certe de hoc nulla
actio ꝓdita eſt. qꝛ nulla eſt obligatio ciuilis
inter dñm ꝛ ſeruũ. ꝛ adeo hoc veꝝ ẽ vt ſi no
uum dñm inceperit ſeruꝰ ille q̃ ↄtra dñʒ de/
liquit obtinere. vł ſi liber factus fuerit non
poterit q̃ndã dñs ↄtra eũ agere. nec nouuʒ
dñm noxaliter ↄuenire. Sed q̃d ſi ſeruꝰ ali
enus aliq̃d deliquerit ↄtra te ꝛ poſtea factꝰ

fuerit ſeruus tuus.poteris ne agere contra
dn̄m q̄ndā ſerui tui nūc ex illo delicto Et re
ſpon.dn̄s iuſt. ꝙ iā finita ē illa actio q̄ ꝑmo
cōpetebat. Deducta eſt em̄ in eū caſū a q̄ nō
poterat incipe.ꝛ ꝗuis poſtea illū ſeruū alie
naueris adhuc nō poteris ꝯtra eū ſic nꝰ po-
terit ſeruꝰ alienatꝰ vl' manumiſſus ꝗ quē do-
minus ſuꝰ deliquerat agere ꝯtra ipm̄.ꝛ h̄ d.
Sed veteres ꝛc. Dixi vob q̄lr dn̄s ꝯuenit
act.noxali.ꝛ q̄lr poterit ſe liberare dādo ſer
num ꝑ noxa. Hoc etiā habebat olim locū i
filijs vtriuſq̄ ſexus. Noua aūt ꝯſtitutio re
cte reſpuēdo hāc aſperitatē exiſtimat ꝛ ſtatu
it h̄ ſolū in ſeruis hr̄e locū.ꝛ maxime qꝛ vete
res legū actores ſcripſerūt filioſfa.ꝑ dilictꝫ
eoꝝ conueniri poſſe.

## Si quadrupes paupiez feciſſe dicat.

Rubrica iſta bn̄ ꝯtinuat in appara-
tu h̄ excepto.qꝛ loco illiꝰ ꝓbi ex ma-
leficijs ſeruoꝝ ꝓpter q̄ maleficia ſer
ui dant ꝑ noxa.qđ verbū ponit in ꝑncipio
tituli ꝑcedentꝫ.pont in ꝑnci.iſtiꝰti.illud ver
bū aīaliū noīe.vn̄ dic. Aīaliū noīe ꝛc. Que-
ſiui a legiſlatore q̄lr ꝯueniamur noīe aīaliū
que rōne carēt ſi damnū dederint. Et rn̄.ꝙ
ſi aīal rōne carens laſciuia vl' feritate dānū
dederit vl' paupiem fecerit alicui.poterit cō
tra te agi act.noxali de pauperie. Que q̄dē
act.deſcēdit ex.l.xij.tab.poteris tn̄ liberari
dando illud aīal ꝑ noxa. Sed dn̄e q̄lr aīal
irrōnale pōt dare damnū aut pauperiē face-
re. Et ipe rn̄det. Frater ſi equꝰ tuus calcitro
ſus calce ꝑcuſſerit.aut bos tuꝰ ſolitus cor-
nu ꝑcutere cornu ꝑcuſſit.ꝛ dānū dant ꝛ pau
periē faciūt.ꝛ ꝓpter hoc locū hꝫ hec acti.ſm
ꝙ de h̄ in ꝑ xi.§.apparebit. Hec aūt actio ꝛc.
Queſiui a dn̄o iuſt. Dn̄e ꝑ deo dicatis mi-
hi vtꝝ hec act.locū habeat in oībꝫ aīalibus
q̄ rōe carent ꝛ rn̄. Fr̄.hec act.locū hꝫ in oībꝫ
aīalibꝫ q̄ carēt rōe.dūmodo ꝯ naturā ſui ge
neris ꝛ ꝯſuetudinē moueant ꝛ alicui dam-
nū dederint.ceterū ſi ex naturali feritate ali
cui damnū dederint.ceſſat hec actio.vnđ ſi
vrſus a dn̄o ſuo fugerit ꝛ alicui nocuerit vl'
pauperiē fecerit nō pōt dn̄s eiꝰ q̄ndā ꝯueni-
ri.qꝛ ex q̄ fera euaſit.deſinit eſſe dn̄s. Paupe
ries ꝛc. Dn̄e ꝑ deo exponatis ꝛ dicatis mi-
hi q̄d ē paupies. Et rn̄det. Frater.pauperi
es eſt damnū ſine iniuria. Aīalia aūt irrati-
onabilia que rōne carēt nō pn̄t iniuriam fa
cere.qꝛ iniuria ꝑtinet ad noxalē act. Ceterū
ſciendū eſt ꝛc. Jam dictū eſt ſupra ꝙ nō ha
bet act.noxalis de pauperie locum niſi aīal
fuerit ſine rōne ꝛ cōtra naturā ſui generꝫ no
cuerit. Et ſcire debetis ꝙ edilicio edicto ꝓ-
hibitū ē ne quis habeat canē verrē vl' aprū
vl' aliud aīal qđ tranſeūtibꝫ nocere poſſit ca
ꝑte qua vulgo iter ſit ꝛ ſi habeat ꝛ illud aīal
libero homī nocuerit condemnabit ille q̄
illud animal habuerit in q̄ꝫtū iuſtum viſum
fuerit iudicanti non habendo deformitatis
eſtimationē.quia deformitas humani cor-
poris eſtimari nō pōt. Si aūt in alijs rebꝫ
dederit damnū condemnabit in duplum.
Preter has aūt ꝛc. Scire debetis ꝙ qn̄ ali
quod aīal nocituꝝ ꝯtra naturā ſui generis
eſt in eo loco quo vulgo iter ſit preter act.in
factū que deſcendit ex edilicio edicto.ſimilr
habet locū ꝯtra eū act.noxalis de pauperie
vtilis.ſed dn̄e ſi ſic eſt ergo datis vos duas
act.ꝑ eodem delicto. Frater verū eſt. Cum
em̄ plures ſint act.penales ex eodēꝫ delicto
deſcendentes vna alteram concurſu nō tol-
lit. Et hoc dicit.

## De his ꝑ q̄s agere poſſumus.

Nunc admonēdi ꝛc. Dictū eſt ſupra
de his q̄ ꝑ ſeipſs Dicaūt agit iuſt.
de illis qui ꝑ alijs iudiciū ſuſcipiūt
vel agunt dicens. Nūc admonēdi ꝛc. Acceſ
ſi ad dn̄ꝫ iuſti.ꝛ queſiui ab eo. Dn̄e quis eſt
ille qui poteſt ꝑ alio agere. Frater dicit ipſe.
Scire debes ꝙ licitū eſt cuilibet nomīe ſuo
age vl' nomine alieno. Nomine ſuo ſicut ꝑ
facto ſuo.nomine alieno veluti nomine pro
curatorio vl' tutorio vl' curatorio.ꝛ ſic ſerua
tur hodie. Olim autem potuit quilibet age
re nomine ſuo ſed non nomine alieno.niſi
in caſibus poſitis in litera.ꝛ quia antiqui-
tas iſta modernis dura videbat ꝛ magnaꝫ
afferebat incōmoditatem ꝙ alieno nomine
agere non licebat.eo ꝙ multis de cauſis im
pediebantur homines quominus res ſu-
as exequi poſſent. Propterea ceperunt ho-
mines per procuratores litigare. hoc dicit.
Procurator ꝛc. Acceſſi ad dn̄m iuſtinianū
ꝛ queſiui ab eo ſi procurator debeat inſtitui
certis verbis ꝛ preſente aduerſario.ꝛ reſpō-
det dominus Juſtinia.dicens.ꝙ certa ꝛ ſo
lennia verba non oportet eſſe quibus ꝓcu-
rator conſtituit.ſed ꝑ q̄cunq̄ ꝟba conſtitui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poteſt dum tamen ad hoc apta conſtituit̃ ⁊ ꝓcurator abſente aduerſario ⁊ etiam ignorante eo qui procurator ↄſtituitur. ſed dñe qualr̃ ↄſtituunt̃ tutores ⁊ ꝓcuratores. Frater hoc in p̃mo libro habuiſti. h̾ dicit.

## De ſatiſdatione. Rub.

Continuatio hui⁹ rub. ptz in hunc modũ. Superi⁹ dixit dñs iuſti. de his qui alieno noĩe agunt. ſed quia nemo ſine ſatiſdatõne alieno noĩe eſt idoneus ꝓcurator. ideo hic ſubiungit de ſatiſdatione illoꝝ qui ꝑ alijs agunt dicens. Satiſdationũ ⁊c̃. Modus ſatiſdatõis alius fuit olim. alius eſt hodie. Apud antiquos ita erat olim ꝙ quicunq̃ ↄueniebat̃ actiõe in rem ⁊ ſuo nomine. ipſe debebat ſatiſdare ſb hac forma. ꝙ ſi victus eſſet rem reſtitueret vl̾ litis eſtimationẽ. ⁊ ſup hoc dabat bonuz fideiuſſorem ⁊ licebat petitori agere cũ ipſo reo vel cum eius fideiuſſore ⁊ iſta ſatiſdatio vocabat̃ olim iudicatum ſolui. quoniã ponebat̃ ꝑ iudicato ſoluendo ⁊ multo fortius debebat preſtare iſtam ſatiſdationez qui conueniebat̃ in rem actione ⁊ nomine alieno. Sed quid erat de eo olim qui agebat actio. in rez. Frater aut agebat nomine ſuo. ⁊ tũc non cogebat̃ ſatiſdare dñm ſuum rem ratã habiturum. Periculuz em̃ al's eſſet ipſi reo ne ipſe dominus iterum ageret pro eadez re ꝓcuratores etiam ⁊ curatores qui agebant actione in rem nomine pupillorum vl̾ adultorum eandem ſatiſdationem interponere ſolebant. Sed quid erat olim in act. perſonali. Frater in ꝑſona actoris idem intelligo quod in ꝑſona rei. In perſona tamen rei eſt differentia quia in ꝑſonali actione reus ſi ſuo nomine ↄueniatur nullam ſatiſdationem preſtat de iudicato ſoluendo. Si aũt alieno nomine conueniat̃ in act. perſonali. tunc neceſſe habet ſatiſdationem preſtare d̾ iud. ſol. quia in aliena re nemo idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligit̃. hoc dicit vſq̃ ad. §. illum. Sed hoc hodie. Nec debet eſſe proprius. §. quia vſq̃ ad illum durat materia antiquitatis. ⁊ q̃q̃ multa verba contineat iſta antiquitas. tamen realiter nõ ſũt tibi niſi iſta duo. ſcz quia olim in actõne reali re⁹ tenebat̃ ſatiſdare. ſiue ſuo noĩe ſiue alieno cẽt ↄuẽtus. In act. aũt ꝑſonali ſi ſuo noĩe eſſet ↄuẽtus. nõ tenebat̃ ſatiſdare. Si aũt alieno noĩe ↄueniebat̃. tũc tenebat̃ ſatiſdare. Et nihil aliud dicit tota lr̃a iſta. Sed hoc hodie ⁊c̃. In ſuꝑioribus dixi ꝙ ↄuentus act. in ꝑſonã nõ tenebat̃ iudicatũ ſolui ſatiſdare. ſꝫ ↄuent⁹ in rẽ act. ſuo noĩe ſatiſda. tenebat̃ iud. ſol. ſꝫ hodie aliđ ē. Siue em̃ hodie aliq̃s ↄueniat̃ in rem ſiue in ꝑſonam ⁊ ſuo noĩe nõ tenet̃ ſatiſdare de iud. ſol. ſed tenet̃ ſatiſdare iudicio ſiſti vſq̃ ad terminũ litis ⁊ in iſta cautione, q̃nq̃ ſtat̃ ſue ꝓmiſſioni cũ iureiurando. aliq̃n ſue nude ꝓmiſſioni. aliq̃n fit iſta cautio per bonos fideiuſſores ſc̃m qualitatẽ ꝑſone ſi fuerit extraneus. Si em̃ fuerit patron⁹ vl̾ parens quilibet fideiuſſor ꝓ idoneo habet̃. h̾ dicit. Si aũt ꝓcuratorez ⁊c̃. Supra dictũ eſt ꝙ ſi aliquis ſuo noĩe ↄueniat̃ ꝙ nunq̃ ſatiſdabit de iud. ſol. ſed ſolum preſtabit cautionẽ vſq̃ ad terminũ litis. ſed quid ſi quis litiget ꝑ procuratorem. Frater per ꝓcuratorem poteſt actor litigare vel reus. Et p̾mo videam⁹ de illis q̃ litigãt ꝑ procuratorẽ ex ꝑſona actoris. Tũc em̃ neceſſe eſt ꝙ caueat de rato ſi dubitet̃ de mandato. Si em̃ conſtet de mandato. tũc non tenet̃ cauere de rato. ſed qualiter poterit conſtare de mandato procuratoris. Frater tibi dico de mandato ꝓcuratoris cõſtabit ſi mandatum eſt actis inſinuatum. vl̾ ſi dñs litis in iudicio eſt preſens ⁊ in iudicio ꝓcuratoris ꝑſonam confirmauerit. Idem obſeruandum eſt de tutore ⁊ curatore volẽte agere ꝑ procuratorem. Circa. §. iſtuz nota. ꝙ. §. iſte loquit̃ in perſona actoris. §. aũt ſequens in ꝑſona rei. Item nota ꝙ nunq̃ reperio in. l. ꝙ aliquis excuſetur a ſatiſdatione de iudi. ſoluen. ꝑ literas. quidaz tamen hic allegabant. §. ſequentẽ. ſed nõ intelligũt ſe bene. tamen repio ꝙ aliquis excuſet̃ ꝑ literas a cautione de rato. ff. ſi quis cautio. l. ſi quis abſentẽ. ſed cur hic tam varie. Frater reſpondeo quia lr̃e nõ faciũt ſatiſdationem ſed litere autentice faciunt conſtare de mandato. ⁊ ideo ꝑ literas releuat̃ q̃s a cautione de rato ſꝫ lr̃e nõ faciunt cautionẽ. qꝛ ſc̃boꝝ obliga. inter abſ̃tes ↄcepta nõ valet nec eſt pro eis. §. qui loquitur in perſona rei. quare debent intelligere inter preſentes hoc eſt quando ambo taz reus q̃z actor erãt preſentes ⁊ tunc cautionem expoſuit reus qui abſens per procuratorem agit. De hoc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

enim loquitur. §. qui incipit. Secundum
ꝓ̃o iſtaꝫ materiã habetis. C. de ſatiſda. Si
aũt conueniat̃ ꝛc. Jam habuiſtis quid iu-
ris ſit qñ lis infert̃ ꝑ procuratorem actoris
modo videamus quid iuris ſit qñ lis ſuſci
pit̃ ꝑ ꝓcuratorẽ rei. Tunc eñ poteſt reus ꝑ
ſens eſſe fideiuſſor procuratoris ſui coram
iudice vl' extra iudiciũ. poteſt eſſe fideiuſſor
ſui ꝓcuratoris ꝑ oĩbus clauſulis conten
tis ſub illo verbo iud. ſol. ita ꝙ teneat̃ ꝑ il-
lam ſatiſdatioẽ ⁊ etiã heres eius. debet etiã
cauere ꝓcurator rei. q꞉ reus veniet ad iudi-
ciũ tp̃e ſñie diffinitiue. vl' ſi nõ venerit. ꝙ ſol
uet oĩa que in diffinitiua ſententia fuerint
niſi ſa diffinitiua ipſa fuerit appellatuꝫ. hoc
dicit. Hec tamẽ vltima cautio in ꝑſonã rei
hodie non habet locũ. nec etiã alie due in ꝑ
ſona actoris ſcꝫ ꝙ caueat ſe ꝯteſtaturũ liteꝫ
infra duos mẽſes ⁊ ꝙ idẽ ſoluet decimã ꝑ-
tem litis ſi ſuccũbat. vñ ꝙ ſatiſdet̃ in. l. caue
tur ſed in vſu nõ habet̃. Si ꝓ̃o reus ꝛc. In
tellexi. §. precedẽtem in eo qui preſens erat ⁊
ꝯſtituit ꝓcuratorẽ ad ſe defendenduꝫ. Si
aũt reus ſit abſens ſiue ꝯueniat̃ in rem ſiue
in ꝑſonã ꝓcurator eius d̃bet ſatiſdare iud.
ſol. ꝓ litis eſtimatiõe nec alio modo admit-
tet̃ q̄ſtũcunq꞉ bone fame fuerit. q꞉ nemo ꝛc.
Nuec oĩa aperti⁹ ꝛc. Dixi iuſti. dñe mate-
teria ſatiſdationũ quibuſdã videt̃ extranea
ꝓ deo quare nõ tractatis de ea aperti⁹. Re-
ſpon. iuſti. Frater hec oĩa tibi apparere ap-
tius pñt in ip̃o iudicio ⁊ vſu q̄tidiano ⁊ hec
materia ſatiſdationum non ſolũ ſeruari de
bet in hac regia vrbe. ſcꝫ romana vl' ꝯſtan-
tinopolitana ſꝫ in oĩbus ꝓuincijs quaruꝫ
caput ip̃a intelligit̃. ⁊ hoc dicit.

¶ De ꝑpetuis ⁊ tp̃alibus actionib⁹.

Iſtam rubricam ſatis habetis cõ
tinuatam ad rubricas p̃cedentes ĩ
apparatu. vl' ſic potes eã ſi vis conti
nuare. Supi⁹ dixit iuſti. de actionib⁹ ⁊ de
his ꝑ quos actões exercent̃. hic dicit d̃ acti
onib⁹ vita ⁊ perpetuitate earundẽ. vñ dicit.
Hoc loco ꝛc. Scire debetis dicit iuſti. ꝙ q̄
dam actões erãt olim perpetue. h̃ eſt ſine tẽ
poris p̃finitione durabant. ſꝫ hodie q̄dam
ſũt ꝑpetue. i. durature vſꝫ ad tp̃s a ſacrꝭ cõ
ſtitutõibus ꝯſtitute. h̃ eſt vſꝫ ad. xxx. annos
cuiuſmodi ſũt ille actões q̄ deſcẽdũt a legi-
bus ⁊ a ſacrꝭ ꝯſtitu. impatoꝝ ⁊ ſenatuſcon.
ſꝫ p̃torie reglariter loquẽdo ⁊ olim erant et
hodie ſũt annales q꞉ p̃toriſ imperiuꝫ ⁊ olim
erat ⁊ etiã hodie ẽ annale. ⁊ h̃ dicit. Et caue
tibi q꞉ ꝓpter h̃ ꝙ dicit lr̃a. donec ſacre ꝯſtitu
tiones tã in rem q̄ꝫ in ꝑſonã ꝛc. Etiã nõ vult
innuere ꝙ actões in rem ſole erãt perpetue.
ſꝫ hoc ideo dicit q꞉ tã realib⁹ q̄ꝫ ꝑſonalib⁹ d̃
derũt ſacre ꝯſtit. fines certos. Aliqñ tñ im-
perpetuũ ꝛc. Sup̃ ꝓxi. §. dixit dñs iuſti. ꝙ
plerunq꞉ ſũt annales pretorie actões. Sꝫ
dñe q̄re dicitis vos plerũq꞉. Et rñdet ꝙ id
q꞉ nõ oẽs pretorie act. ãnales ſunt. ſꝫ aliqñ
perpetue h̃ eſt vſꝫ ad finẽ ſacris ꝯſtitutõib⁹
ꝯſtitutũ durature. vt pꝫ in bonoꝝ poſſeſſo
ria hereditatis petitõne que dat̃ ſuccedenti
de iure p̃torio. Hec eñ ẽ p̃toria ⁊ tñ ꝑpetua
⁊ idẽ in fideicõmiſſaria q꞉ bonoꝝ poſſeſſo-
res ſunt heredes de iure p̃torio. fideicõmiſ
ſarij ꝟo ſũt vtiles loco heredũ. vñ ꝯiũctos
imediate vnũ poſt aliũ habetis iſtos tit. in
ff. veteri. ſilr̃ in penalib⁹ pretorijs q̄daꝫ actio
reperit̃ perpetua. ſcꝫ actio furti manifeſti q̄
a p̃toris iuriſditõne deſcẽdit. Abſurdũ eñ
videbat̃ actionẽ ita famoſã anno finiri. hoc
dicit. In iſto. §. põt q̄ri q̄d ẽ h̃ qđ d̃r ꝙ actio
iniur. deſcẽdit ex. l. cornelia. ⁊ ita eſt ciuilis.
⁊ ꝓpterea ꝑpetua eẽ deberet. ⁊ tñ d̃r hic ꝙ eſt
annalis. Actio aũt furti manifeſti p̃toria ẽ.
⁊ ita deberet eẽ annalis. ⁊ tñ hic dicit̃ eẽ per
petua ⁊ ita odia q̄ eſſent reſtringenda h̃ am
pliant̃ ⁊ fauores reſtringunt̃ qđ eſt ꝯtra. l.
ff. de li. ⁊ poſtu. cũ quidã. ſꝫ rõnẽ ſup h̃ rẽddit
dñs Hui. talẽ. Frater dicit ipſe qñ volum⁹
an aliq̄ act. ſit fauorabilis vl' odioſa ſcire d̃
bemus habere reſpectum ad principium ⁊
primitiuum fontem illius actionis. ⁊ vide-
re vtrum principiuꝫ illud ſit odioſum. ⁊ tũc
actio debet dici odioſa. Si autem princi-
pium ſit fauorabile. tunc actio fauorabilis
debet dici. Actio autem iniuriarum de ſuo
primitiuo fonte odioſa eſt. Eſt eñ de ſui na
tura tendens ad vindictam. ⁊ ita vt odium
reſtringat̃ dicit̃ annalis actio aũt furti ma
nifeſti nõ ẽ odioſa ſꝫ dat̃ ei cui⁹ intereſt. ⁊ ita
eſt fauorabilis. Nõ aũt oẽs ꝛc. Expediuit iã
dñs iuſti. primã p̃te rub. incipit tractare de
ſecũda p̃te dicens. Non aũt omẽs ꝛc. vnde
queſiui vtꝝ omẽs actiões dant̃ heredibus
⁊ in heredes. ⁊ rñdet ꝙ nõ. Certiſſima ẽ eñ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

regula iuris q̄ dicit ex maleficio actōes i he
redes nō cōpetere. cui⁹modi ſūt actōes fur
ti. vi bo. rapt. iniuriaꝝ damni iniurie qđ in
tellige lit. nō ꝯteſt. ꝯtra defunctū etiā ſi ad
heredes furtū ꝑuenerit ꝑ maleficiū ⁊ poſſē
cū iſto. §. ꝯiungere illū. §. Penales actiōes
⁊c. dicēdo ꝙ penales actiōes deſcēdētes ex
maleficio lite ꝯteſt. cū defūcto cōpetūt vl' dā
tur heredib' eoꝝ q̄ maleficiū paſſi ſūt exce/
pta actōe iniuriaꝝ ⁊ ſi q̄ alia ſilis inueniat.
h dicit. Aliqñ tñ ⁊c. Quia ꝑpter q̄ndā gene/
ralitatē quā vidiſtis mō in. §. ꝑcedēti. Vidi
ſtis eñ ꝙ certiſſima iuꝭ reg'la ē q̄ dicit ex ma
leficio penales act. in heredē nō cōpetere. ⁊
habetꝭ regulā iſtā. ff. de pri. de li. videbat a
ꝯtrario ſenſu ꝙ omēs actiones que nō ſūt
penales ex maleficio dent in heredes. ⁊ ſic
ꝙ oēs actiōes ex ꝯtractu ꝓuenietes dent
ꝯtra hedes iō ꝯtra generalitatē iſtā ſūptā a
ꝯtrario ſenſu ex iſta generali regula loquit
l'ra iſta ⁊ dicit. Aliqñ tñ actio ex ꝯtractu nō
dat ꝯtra heredē veluti ſi doloſe ꝑſatus fue/
rit teſtator in ꝯtractu. ⁊ ex dolo teſtatoꝭ ad
heredē res ꝑuenit. ⁊ hoc dicit. Penales ac/
tiones ⁊c. Sup̄ vidiſtis ꝙ certiſſima eſt iu
ris regula que dicit ex maleficio peteꝭ ꝙ pe
nales actōes de q̄b' ſup̄ dixit. ſi ab illis ꝓn/
cipalib' ꝑſonis in eis lis fuerit ꝯteſt. here
dib' dant ⁊ in heredes tranſeunt. ⁊ hoc di.
Supeſt ⁊c. Omia que iam dixi a principio
ti. vſq; nūc in duob' ꝯſiſtūt. ſcz in vita ⁊ trāſ
itu actionū. Modo vult dicere d' officio iu
dicis. ⁊ paꝝ defecit ꝙ nō poſuit hūc totum
ti. de offi. iud. ſz reſiduū ſeruat vſq; ad ti. ſpe
cialē de offi. iud. Dixit ergo iuſtin. Volo ꝙ
vos ſciatis ꝙ ſi ille qui ꝯuenit ante ꝯdēna/
tionē debeat ſatiſfacere offi. iud. ꝯuenit eū
abſoluere licet erat talis qui debebat ꝯdem
nari. Et licet iſtud iudiciū de ſui natura de
bebat eſſe ꝯdemnatoriū. ꝑ ſolutionē tamen
ante ꝯdemnationē factam fit abſolutoriū
h eſt qđ vulgo dr̄ oīa iudicia eē abſolutoria.

De exceptionibus Rub.

Rubricam iſtam habetis bene con
tinuatā in notula Sequit ⁊c. Vi
ſo de actionibus ſequit dicit iuſti.
vt de exceptionibus videamus. ⁊ dn̄e iuſt.
pro deo inſtruatis nos competenter in ma
teria de exceptionibus. Frater dicit ipſe ſci/
re debes ꝙ inuente ſunt ſeu inſtitute exce/
ptiones ad defenſiones reoꝝ. Sunt enim
arma reoꝝ. Frequenter eñ contingit ꝙ ac
tio competens actori prima facie iuſta vide
tur. Iniquum tamē eſſet reum cōdemnari
vt puta ſi metu coactus aliquid promiſit ⁊
ideo datur reo contra actorem exceptio de
dolo vl' exceptio ꝙ metus cauſa. Omis eñ
exceptio adinuenta fuit ad actionem expu
gnandam. hoc dicit. Idem iuris ⁊c. Iā di
xi vobis vnū exemplum in quo videt equū
prima facie vt actor debeat obtinere. Ini/
quum tamē inſpecta ꝑſona rei. quia compe
tenti excepti. poteſt ſe defendere ⁊ de hoc eo
dem recito vobis hic aliud exemplū. ſcz de
eo qui cauſa credendi pecuniam ſtipulat⁹
eſt pecuniam ſibi reddi. ⁊ poſtea pecuniam
nō numerauit. vnde ſi agat ſtipulator com
petit promiſſori exceptio non numerate pe
cunie. hoc dicit. Preterea ſi debitor ⁊c. Iā
vidiſtis duo exempla in quibus prima fa/
cie equum videt ꝙ actor debeat obtinere.
Iniquū tamen videt inſpecta ꝑſona rei q̄
competenti. excep. ſe defendere poteſt. Mo
do ponit terciū exemplū puta cū creditor fe
cerit debitori pactū de non petēdo ſicut pa
tet in litera. Eque ſi debitor. Iam vidiſtis
tria exempla in quibus prima facie videtur
equum ꝙ actor debeat obtinere. Iniquū
tamē videt inſpecta ꝑſona rei. quia compe/
tenti excepti. ſe defendere poteſt. Hic ponit
quartū exemplū de eodē puta in excepi. iuriſ
iurandi cum iuramentū delatū fuerit debi
tori a vero creditore ⁊ ipſe ſe nihil debere iu
rauerit ſi agat actor ꝯtra reū qui iurauit de
fendere ſe poteſt reus ꝑ exceptionē iuriſiu/
randi. In his quoq; actōnibus ⁊c. In ſu/
perioꝛib' habuiſtis qualiter exceptōnes op
ponunt contra actiones ꝑſonales. Modo
intendit tractare de exceptionibus que op
ponunt contra eos qui agunt actionibus
realibus vt ſi rem tanq; meam vendicem di
cens rē meā eſſe. ⁊ veꝝ dico quia res mea ē
tamen iniquum eſſet ꝙ ipſe reus qui iura/
uerit condemnetur contra ſtilum ſui iura/
menti. hoc dicit. Item ſi in iudicio ⁊c. Ad/
huc de quibus ſupra dictum eſt mētio fcā
reperit preter except. quedam alia exceptio
ꝑ quā poteſt reus ſe tueri. veluti ſi verus d
bitor per ſententiam iudicis fuerit abſolu/
tus ſententialr. Licet eñ per imperitiam

verus debitoꝛ abſoluaṫ naturaliter tamen
manet debitoꝛ. ſed ꝯtra creditoꝛē agentē po
terit ſe tueri exceptio rei iudi. ⁊ hoc di. Sꝫ
quid ē qđ hic dicitꝰ ꝙ ſola naturali obligati
one poſſit agi. Frater dicit Ja. ex ſola natu
rali a princi. nō agiṫ ſed qñ naturalis ⁊ ciui
lis fuerint ꝯiūcte a princi. ſi tollaṫ vna ipa/
rū. ipo iure ex altera poteſt agi ſꝫ agenti ob
ſtet exceptio. Hec exempli cauſa ⁊c. In mul
tis ⁊ varijs exēplis iam vidiſtis naturā ex/
ceptionū ⁊ hec exempli cauſa ſufficiant alio
quin ſi plene velis videre naturā oīm exce/
ptionū huiꝰ poteris videre ex latioribꝫ dige
ſtoꝝ ſeu pandectaꝝ libris. Appellanṫ exce/
ptiones ⁊c. Supra vidiſtis multa de exce
pti. adhuc aūt circa naturā except. ſcire de/
betis ꝙ quedā exceptiones dicunṫ ꝑpetue
⁊ ꝑemptorie. vicꝫ ille q̄ ſꝑ agētibus obſtant
⁊ ſemꝑ rem ꝑimunt de qua agiṫ ſicut ē exem
plū de excep. doli mali ⁊ de excep. pacti. ꝯue
ti. qñ ꝯuenit ne oīs pecunia peteretṫ. i. ſine
tꝑis ꝓfinitōne ⁊ illud qđ ſꝑ dicunt canoni
ſte eccleſiaꝫ debere ſꝑ reſtitui. Tꝑales atqꝫ
dilatorie ⁊c. Tu vidiſti exemplū de excepti/
onibus ꝑemptorijs. modo videamꝰ exem/
plum de tꝑalibus dilatorijs que ⁊ tꝑe no/
cent. vtputa ſi ſit pactū factū de non peten/
do vſqꝫ ad tēpus. ⁊ hic habes aliq̄d de ma
teria plus petitionis. Si eñ aliquis cred/
toꝛ debitori ſuo fecerit pactū de nō petēdo
vſqꝫ ad quinquenniū. ꝓpterea actionē ſuāꝫ
non ꝑdit. ſed infra q̄nquēnium olim ſuam
cauſam ꝑdebat nec amplius agere poterat
ſꝫ non vult dñs iuſt. ꝙ hoc hodie ita ſtri/
cte ꝓcedat. ſꝫ vult in caſū iſto ꝙ locū habe
at conſtitutio zenoniana đ qua facta ē ſuꝑ
mētio đ act. §. ſꝫ hoc quidem. ſcꝫ ꝙ debeant
inducie duplicari. ⁊ poſt quinquēniū dupli
catū adhuc nō audiṫ niſi oēs expēſas q̄s
reus in lite fecerit eo ꝙ priuatiue cum con/
uenerit reo ſoluat. ⁊ hoc idem ꝯſtitutum eſt
vt tali pena ꝑterriti tꝑa litiū doceantur ob
ſeruare. Preterea ⁊ ex ꝑſona ⁊c. Scire đbe
tis ꝙ q̄dam exceptiōnes dilatorie ſunt q̄ q̄dē
ex. l. vł ex natura rei danṫ. q̄dam ſunt dila/
torie q̄ ex ꝑſona daṫ veluti ſi aliquis ꝑ mu/
lierē agere velit. Mulier eñ non pōt eē ꝓ/
curatoꝛ niſi ꝑ ꝑte. ſimiliꝛ miles non poteſt
eſſe ꝓcuratoꝛ patris vł matris vł alicuiꝰ al/
terius etiam ſi hoc ꝑ reſcriptum imperiale
ſibi fuerit indultum quod intelligo niſi in
r̄ſcripto inſeraṫ clauſula. hoc nō obſtante
⁊c. ꝓ cauſa tamē ſua vł iure ſuo ſine offenſa
diſcipline ſue bñ pōt eē ꝓcuratoꝛ ⁊ agere. ⁊ il
lud ꝟbum ita intellexerunt quidam ꝙ mi/
les ſuis ꝓprijs negocijs intereſſe pōt ſi ꝑ h̄
nō impediaṫ officium diſcipline ſue. aliter
non. de hoc plene habes in gloſa. Eas ꝟo
exceptiones ⁊c. Iſte. §. tota die in iudicium
frequentaṫ ad ꝓbandum ꝙ infamis pōt eē
ꝓcuratoꝛ q̄uis non poſſit eſſe aduocatus
⁊ rōnē diuerſitatis r̄ddunt quidāꝫ quia ꝓ/
curatio ē tantū onus. aduocatio aūt eſt onꝰ
cum honoꝛe. His ꝓ̄ratatis venio ad caſuꝫ
in hunc moduꝫ. Olim ita erat ꝙ ſi tu eras
ꝓcuratoꝛ petri contra me te potui repelle/
re ꝓpter infamiam tuam vł ꝓpter infamiam
petri. ſꝫ hodie non vult Iuſti. ꝙ iſte exce/
ptiones infamie in iudicijs frequententur
nedū ſuꝑ eis altercatū fuerit. ipiꝰ ꝓncipalis
negocij diſceptatio ꝓtelet.

De replicationibus.

Rubricam iſtam habetis bene con
tinuatam in nota. Interdū euenit
⁊c. Titulus iſte factus ē ad ſimili/
tudinē ti. ꝓcedentis. ca. po. ſic. In ſuꝑioribꝫ
dictum ē quia illud quod videṫ iuſtum pri
ma facie ex ꝑte actoꝛis videṫ iniquū inſpe/
cta ꝑſona rei petentis ſe defendere ꝑ excepti
onē legittimam ⁊ ad ſimilitudinem illius.
ſcire debes naturam replicationis. Sepi
us eñ contingit ꝙ reus prima facie habe/
at exceptionē ſꝫ forſan actoꝛ habet replicati
onē contra ſuam exceptionē quia iniquum
eſſet ꝙ ſua exceptio poſſet nocere actori cuꝫ
exceptionem rei ꝑ ſui replicationē poſſit eli
dere. ⁊ de hoc ponit hic exemplum faciēdo
mentionē eius quod diciṫ in. §. pactus ne
peteret. Rurſus interdum ⁊c. Supra ha/
buiſtis ꝙ replicatio daṫ ꝓprio actori contra
exceptio. rei. ſꝫ quandoqꝫ contingit ꝙ repli
catio actoꝛis aliquando prima facie videṫ
iuſta ſed inſpecta rei ꝑſona qui ſe ꝑ dupli/
cationem competentem poteſt defendere vi
detur iniuſta. Iniquum eñ eſſet ꝙ actoꝛis
replicatio ei noceret. ⁊ propterea datur ip/
ſi reo contra replicationem actoꝛis dupli/
catio ⁊ ſic vlterius poteſt varietas negocio
rum iſta nomina multiplicare. Contra eñ
duplicationem rei datur actori triplicatio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ contra triplicationem actoris datur reo ꝯtra actorem quadruplicatio. Tūc em̄ plerunq; infringit ſuū ꝓpoſitū precedēs ⁊ ſi naturam iſtaꝝ omniū actio. plene velitis videre hoc ex latioribus digeſtoꝝ voluminibus facere poteritis. ff. de excep. l. ij. Exceptiones ⁊c̃. Iſte. §. deberet poni in fi. ꝓcedētis ti. hic tamē ſatis ꝯuenienter ponit̃. quia om̄es replicatiōes exceptiones dicunt̃. Dicit em̄ inſt. in iſto. §. ꝙ om̄is exceptio ꝗ competit alicui reo debet competere ⁊ eius fideiuſſori. Paꝝ em̄ vl' nihil ipi reo ꝓdeſſet niſi ſuo fideiuſſori competeret qui recurſum haberet contra eū. Sane exceptiones ⁊c̃. Dixi vobis ſupra ꝙ exceptio que competit reo competit ⁊ eiꝰ fideiuſſori. Hoc aūt fallit in vno caſu. ſcꝫ quando debitor ceſſerit bonis Hec em̄ exceptio fideiuſſoribus nō prodeſt Illi em̄ qui alios pro reo obligant hoc maxime ꝓſpiciunt ꝙ ſi reus principalis fuerit facultatibꝫ ſuis lapſus poſſint a fideiuſſoribus totū ſuū debitū ꝯſequi. hoc dicit.

De interdictis Rub.

Sequit̃ vt diſpiciamus. ⁊c̃. Viſo de actōibus ciuilibꝫ ⁊ pretorijs. de interdictis vl' de actionibꝫ que pro interdictis exercent̃ tractare intendimꝰ. Dixi iuſti. Dn̄e que ſunt ergo interdicta. Frater dicit ſpe olim interdicta erat quedā ſolēnis conceptio verboꝝ ꝑ quā volebat pretor aliquid fieri. vel prohibebat ⁊ maxime hoc faciebat quando diſceptabat̃ de poſſeſſione vel quaſi. hoc dicit. Sūma aūt ⁊c̃. Dixi vobis ꝙ olim erant interdicta quedam ſolennis conceptio verboꝝ ꝑ quā ⁊c̃. Modo volo ꝙ ſciatis primā diuiſionē interdictorum ⁊ eſt trimembris. Interdicta em̄ aut ſunt ꝓhibitoria aut reſtitutoria. aut exhibitoria. Interdicta ꝓhibitoria appellant̃ ab effectu ꝓhibitionis. vt puta cum aliquis ſine vicio iuſſu iudicis vel aliquo alio legittimo modo poſſidet. prohibet pretor ei vim fieri Itē prohibet edificari aliquid in loco publico vel in itinere ſolito. Itē prohibet aliquid poni in flumine publico ripa ue eius quo peiꝰ ꝑ flumen nauiget̃. Hoc dicit. Reſtitutoria ſunt ⁊c̃. Jam vidiſtis interdicta prohibitoria. modo videatis que ſunt reſtitutoria. et dicunt̃ reſtitutoria ab effectu reſtituendi videlicet cum pretor iubet interdicto alicui reſtitui. Verbi grā. Si ego ſum bonoꝝ poſſeſ. de iur. ꝑtor. pretor iubet mihi reſtitui ꝗcquid aliquis de hereditate illa vel pro herede vel pro poſſeſſore poſſidet ⁊ aliquid competit mihi ꝑ interdictū quoꝝ bo. Et no. ꝙ cum dicit̃ ꝙ interdictum quoꝝ bono. eſt reſtitutoriū ſumit̃ hoc verbum reſtituere improprie ſcꝫ pro eo quod eſt ꝑ ſe dandi. ſicut ⁊ verbū reddendi ſignificationē ꝑ ſe reddēdi habet vel potes dicere ꝙ ꝓprie dicit̃ hoc verbum reſtituere habito reſpectu ad ꝑſonaꝫ defuncti qui res ipſas poſſedit ⁊ heres cenſet̃ eadem ꝑſona cum perſona defuncti. Sed diceret aliquis dn̄e qualiter poteſt interdictum quoꝝ bo. eſſe interdictum recuperande poſſeſſionis cū ſit interdictū adipiſcende. Frater verbum reſtituendi ſumit̃ improprie vt iam dictuꝫ eſt. Exhibitoria ⁊c̃. Jam vidiſtis que ſunt interdicta ꝓhibitoria ⁊ reſtitutoria modo videatꝭ que ſunt exhibitoria ⁊ vocant̃ exhibitoria interdicta ab effectu exhibendi. Cum ſcꝫ pretor aliquid iubet exhiberi mihi ⁊ de hoc ponunt̃ tria exempla in litera que ſatis patent. Sūt tamē qui putant ⁊c̃. Scire debetis ꝙ tam ꝓhibitoria ꝗꝫ reſtitutoria ⁊ etiam exhibitoria interdicta vocant̃. ſunt tamē qui putant ꝙ ſolūmodo prohibitoria interdicta debeant dici ⁊ quia magis debeant dici decreta ꝗꝫ interdicta Nos aūt dicit iuſti. dicimus ꝙ oīa debent dici interdicta quaſi inter duos dicta non habendo reſpectum ad hoc ꝙ interdictū reſonat ꝓhibitionē. hoc dicit. Sequens diuiſio interdictoꝝ ⁊c̃. Supra vidiſtis vnam diuiſionē interdictoꝝ hic ſequit̃ alia ⁊ eſt hec. ſcꝫ ꝙ quedam ſunt interdicta adipiſcende poſſeſſionis tria prodita vel etiam inuēta. ⁊ quedā etiam retinende poſſeſſionis gratia. ⁊ quedā recuꝑande. adipiſcende poſ. gratia inuentum eſt interdictū quorum bo. ⁊ quoꝝ legatoꝝ ꝗꝫuis de eo non fiat hic mentio. ⁊ ſaluianū interdictū. Per interdictū em̄ quoꝝ bo. pōt ille cui poſ. bo. data eſt petere poſ. oīm reꝝ hereditariarū ab eo qui ꝑ herede vel pro poſſeſſore poſſidet. hoc dicit. Et notare debetis circa hunc. §. ꝙ ſucceſſores de iure ꝑtorio vocant̃ bo. poſſeſ. Succeſſores autem de iure ciuili vocātur heredes. ⁊ directe cōpetit ei hoc interdictuꝫ

qui eſt heres de iure pretorio. Utile aũt da
tur heredi de iure ciuili. ecõuerſo aũt eſt in
petitõe hereditatis. Scire etiaȝ debetis ꝙ
duo nccīa ſunt ad hoc ꝙ mihi conpetat in
terdictũ quoꝝ bo. directũ ſcȝ ꝙ ego ſucce
dam de iure pretorio. ⁊ ꝙ ille ꝯtra quē ago
hoc interdicto poſſideat res aliquas here
ditatis vel totã hereditatē ꝓherede vel poſ
ſeſſore. Et nota ſiſr ꝙ vbicunqꝫ reperꝫ ogis
reſtituendi. in interdicto adipiſcēde poſſeſ
ſionis impꝛopꝛie ponitꝰ. vel potes dicere ꝙ
ꝓpꝛie ponitꝰ habito reſpectu ad ꝑſonam te
ſtatoꝛis qui res illas poſſedit. heres tamen
cũ eo cenſetꝰ eadē ꝑſona. Pro herede aũt ⁊c̃.
Dixi ꝙ interdictũ quoꝝ bon. appellatꝰ inter
dictũ adipiſcēde poſſeſſionis. Sed dñe iu
ſti. pro deo dicatis mihi quare ſic appellatꝰ.
Frater dicit ipe. tãtũ vult hoc, dicere ꝙ nũc
pꝛimũ velit adipiſci poſſeſſionē bo. quoꝛuȝ
poſſeſ. nunqꝫ habuit. vñ ſi aliquis habuit
poſſeſſ. aliquoꝝ bono. ⁊ poſtea eaȝ amiſerit
nõ cõpetit ei hoc interdictũ: ſed magꝫ inter
dictũ recupãde poſſeſſionis. Interdictuȝ
quoqꝫ ⁊c̃. Iaȝ habuiſtis vnũ exemplũ de in
terdicto adipiſcende poſſeſ. adhuc dicã vo
bis aliud exemplũ de eodē. Interdictũ eñ
ſal. locũ habet ad adipiſcendã poſſeſſioneȝ
oĩm reꝝ quas poſſedit colonꝰ tꝑe illo ꝙ fun
dum meũ conduxit que quidē res ꝑ merce
dibus fundi tacite erant obligate ⁊ compe
tit mihi hoc interdictũ vtile ꝯtra quēlibet
extraneũ poſſidentē res quas colonus tem
poꝛe ꝯductõnis poſſedit. ꝯtra colonũ autē
poſſidentē res illas datꝰ mihi iſtud interdi
ctũ directũ. hoc dicit ꝑ vltimũ vbũ iſtiꝰ. §. ſ.
ꝑ illud verbũ pepegiſſet videtꝰ infringi ſen
tentia dñi Iaco. quã recitaui ſuꝑ de act. §.
Itē ſeruiana. vbi dixi vobis ꝙ dñs Iaco.
dicit ſic. Seruiana actio ita vocatꝰ quia ve
re ſeruit. Seruit eñ dño fũdi ſine facto ſuo
Habet eñ locũ ꝑ rebus tacite obligatis. ſȝ
hoc interdictũ ſcȝ ſaluianũ. videtꝰ exigere fa
ctum dñi. cũ dicat lr̃a Pepegiſſet. ſed gloſa
pepegiſſet. i. obligatas tacite intellexiſſet et
ſic ſtabit ſn̄ia dñi Iaco. Retinēde poſſeſſio
nis ⁊c̃. Materia iſtiꝰ. §. eſt materia retinen
de poſſeſſionis. caſum pone ſic. Supꝛa vi
diſtis exemplũ de interdicto adipiſcēde poſ
ſeſſionis. modo videatis de interdicto reti
nende poſſeſſionis. Retinēde aũt poſſ. cau
ſa adinuenta ſunt duo interdicta ſȝ interdi
ctũ vti poſſidetis ⁊ vtrobi. Sed dñe ꝑ deo
quando habent locũ hec interdicta. Fra
ter dicit dñs iuſt. quãdo ab vtraqꝫ ꝑte de ꝓ
pꝛietate alicuiꝰ rei queritꝰ. ⁊ etiã qñ de poſſeſ
ſione eiuſdē rei eſt ꝯtentio quia quilibet eo
rũ dicit ſe poſſidere vt aduerſariũ ad onera
pꝛobationis compellat. Tunc eñ datꝰ hoc
interdictũ ad hoc vt appareat quis eoꝝ poſ
ſideat qꝛ non poteſt actoꝛis petitio inſtitui
anteqꝫ appareat quis rem poſſidet. Quam
diu eñ qs reȝ detinet eã petere nõ pōt. ſȝ qꝛ
longe cõmodiꝰ eſt rem poſſidere qꝫ petere.
ꝓpterea ſuꝑ poſſeſſione frequēter magna cõ
tentio exiſtit. Sed dñe ꝑ deo dicatis mihi
quod eſt illud cõmodũ poſſeſſionis. Fra
ter dicit ipe magnũ. qꝛ qꝫ ille qui poſſidet nõ
ſit dñs rei. tamē ſi ille qui petit reȝ nõ poteſt
ꝓbare rem illã ſuã eſſe remanebit res illa pe
nes poſſidentē. ⁊ etiã aliud.. quia in dubio
ſi iura poſſeſſoꝛis ⁊ petitoꝛis ſũt dubia pro
poſſeſſoꝛe iudicari ſolēt. hoc dicit. Sed in
terdicto ⁊c̃. Iã habuiſtis de interdicto vti
poſſidetis ⁊ vtrobi. quãdo locũ habent. ſed
dñe iuſt. que eſt differētia inter interdictum
vti poſſidetis ⁊ vtrobi. Frater dicit ipe. ſci
re debes ꝙ olim erãt due dr̃ie inter iſta duo
interdicta. quaꝝ vna adhuc remanet ⁊ alia
eſt ſublata. olim aũt ⁊ hodie eſt differētia ꝙ
quando de poſſeſſione imobiliũ tractatꝰ in
ter duos veluti de poſſeſ. fundi vl' ediũ. tũc
locũ habet interdictũ vti poſ. Pro poſſeſ. re
rũ mobiliũ datꝰ interdicuȝ vtrobi. ſed dñe ꝙ
fuit olim differentia que hodie nõ eſt in vſu
Reſpondet differētia fuit iſta olim in inter
di. vti poſ. vincebat ille qui tꝑe iudicij. i. tem
poꝛe litis ꝯteſta. complebatꝰ poſſidere non
vi. nõ clam. nõ pꝛecario ab aduerſario. Di
cit aũt iuſti. ꝙ ipe vult ꝙ hodie qꝫtuȝ ad poſ
ſeſſionē retinendaȝ adequata ſint iura. ho
die igitꝰ in vtroqꝫ modo obtinebit ille qui ſe
ꝓbauerit poſſidere tꝑe litiꝫ ꝯte. nõ vi. nõ claȝ
non pꝛecario ab aduerſario. Poſſidere au
tē ⁊c̃. Iam habuiſtis ꝙ tam in interdicto
vtrobi qꝫ in interdicto vti poſ. que ſũt inter
dicta retinende poſ. ille vincit qui in poſſeſ
ſione inuenitꝰ tꝑe litis ꝯteſt. Sed dñe ꝑ do
dicatis mihi qualr̃ aliquis dicatꝰ poſſidere
⁊ ipe reſpondet. Frater dicit ipſe nõ ſolum
dicitꝰ quis poſſidere ſi ꝑ ſe hoc eſt ſi coꝛpoꝛe

ſuo poſſideat. ſed etiã ſi corpore alteriꝰ poſſi
deat q̃uis eiꝰ iuri nõ ſit ſubiectus dum ta-
mẽ noĩe ſuo poſſideat. ſicut ꝑ colonũ ⁊ inq
linũ ⁊ depoſitariũ ⁊ cõmodatariũ. hoc ẽ qḋ
cõmuniter dicit̃ aliquẽ retinere poſſe poſſeſ
ſionẽ ꝑ quemlibet qui eiꝰ noĩe eſt in poſſeſſi
one ⁊ nõ ſolũ ꝑ corpus ſuũ ⁊ ꝑ corpus alte
rius qui eius noĩe poſſidet põt aliquis poſ
ſidere ſiue poſſeſſionẽ retinere. ſed etiã ſolo
animo poteſt quis poſſidere ſeu poſſeſſio-
nẽ retinere licet ipe nõ ſit in poſſeſſione vel
aliquis eiꝰ noĩe dum tamẽ animo deſerende
poſſeſſionis eã non deſierit ſed poſtea reuer
ſurus ad illam. hoc dicit. Recuꝑande poſ-
ſeſſionis ⁊c̃. Vidiſtꝫ ſupra ꝑ exempla de in-
terdicto adipiſcende poſſeſſionis. ⁊ etiã de
interdictis retinende poſ. modo videndū
eſt de interdictis recuꝑande poſſeſ. Recu-
perande aũt poſ. interdictũ. eſt interdictū
vnde vi. ꝑ quod cogit̃ deijciens vi deiectū
reſtituere ſcꝫ in illam poſſeſſionẽ a qua ipm
deiecit. licꝫ deiectus a deijciente vi vł clam
vł p̃cario poſſederit. quod videt̃ mixtũ in
glo. tamẽ habes hoc expeditũ vno verbo. ſ.
illud verbũ ex interuallo. ⁊ hoc erat pena vi
olenti ſm̃ iura antiqua. ſed alio mõ punit̃
hodie violentus iſte ꝑ nouas ꝯſtitutõ es ꝑ
l. ſcꝫ ſi quis in tantã. C. vnde vi. cuiꝰ effectꝰ
talis eſt. Si quis rem mobilẽ vł imobilem
inuaſerit violẽter ſi dñs erat illiꝰ rei quã in
uaſit violenter dñium illiꝰ rei amittit. ſi aũt
nõ erat dñs illius rei compellit̃ reſtituere ⁊
ſoluere eſtimationẽ rei ꝑ violentiã poſſeſſe:
⁊ oẽs pene iſte imponunt̃ nõ ſolũ ꝑ actio
nẽ ciuilẽ ſed etiã ꝑ actionẽ criminalẽ. Po
teſt eñ qui aliũ vi de poſſeſſione deiecit ac-
cuſari. l. iul. de vi priuata ſi ſine armis. Sed
quid dñe appellatis vos arma. Sũt eñ q̃-
dam q̃ ſolũmodo credunt eũ armis deijce-
re qui loricatus ⁊ cũ gladio ⁊ ſcuto ⁊ lãcea ⁊
ꝯſimilibꝫ armis aliquẽ deiecit. Frater non
eſt ita. Armoꝝ eñ appellatõne non ſolũ ſcu
ta gladios ⁊ etiã cetera arma appellari volu
imus. ſed etiam fuſtes ⁊ lapides. hoc dicit.
Tercia diuiſio interdictoꝝ ⁊c̃. Poſitis du-
abus diuiſionibꝫ interdictoꝝ quaꝝ vtraqꝫ
eſt bimẽbris. Hic ponit dñs iuſt. terciã ⁊ eſt
talis. ꝙ interdictoꝝ quedā ſunt ſimplicia
⁊ quedã duplicia. Simplicia aũt ſũt iſta in
quibus non reperit̃ niſi reus ⁊ vnus actor

cuiuſmodi ſunt omnia reſtitutoria ⁊ exhi-
bitoria. Duplicia ſũt illa in quibꝫ quilibet
reperit̃ reus ⁊ actor. ſed interdictoꝝ quedam
ſũt ꝓhibitoria ⁊ iſtoꝝ quedã ſunt ſimplicia
quedam duplicia. Simplicia ſũt veluti cũ
ꝓhibet pretor in loco ſacro vł in fluĩe publi
co ripaue eiꝰ aliqḋ fieri. Duplicia ſũt veluti
interdictũ vti poſ. ⁊ vtrobi. ⁊ hec ideo vocã
tur duplicia q: in eis vnuſq̃ſqꝫ tã rei q̃ꝫ acto
ris vicẽ ſuſtinet. hoc dicit. De ordine veteri
⁊c̃. Dixi iuſti. Dñe quare nõ recitatis vos
totã naturã ⁊ ſolennitatẽ antiquoꝝ interdi
ctoꝝ. Frater dicit ipe ſuꝑuacuũ eſſet hodie
de ordine ⁊ antiqua ſolennitate interdictoꝝ
dicere. nã quotienſcunqꝫ extra ordinẽ. i. ſolẽ
nitatẽ antiquã ius dicit̃. ꝙ hodie in oĩbus
iudicijs nõ eſt neceſſe interponere interdi-
ctũ. Dñe bene dicitis ſed bene dimitterẽ ſo
lennitatẽ interdictoꝝ niſi loco interdictoꝝ
eſſent mihi actiones ꝓdite a p̃tore. Frater
dicit iuſt. ſic poteris illas hodie ꝓponere ſi-
ne aliqua ſolẽnitate ſicut poſſes ſi ea tibi, de
diſſet pretor hodie. ſimilr̃ qñ dat tibi pretor
hoc interdictũ poteris hodie loco illiꝰ inter
dicti actionẽ in factũ vtilem ꝓponere ꝑinde
ac ſi iſtam actionẽ vtilẽ pretor tibi accõmo-
daſſet. hoc dicit.

De pena temere litigantiũ.

Rubricam iſtã ſatis habes ꝯtinua-
tam in glo. ſuꝑ ti. iſto dñs Jaco. ſo
lebat dicere ꝙ qñqꝫ bonus dormi-
tat homerus. hoc dicit ipe ꝓpter hoc q: dñs
iuſti. qui ordinatiſſime ſolebat ꝓcedere i ti.
iſto. non bene ordinate procedit ſed qua-
ſi ſomnolentus vł ebrius loquit̃. ⁊ tamẽ q̃c
quid ipe dicit. ius ⁊ lex fit. Quicq̇d eñ ſom
niabat iuſti. di. Jaco. lex erat. ⁊ dicit in titu.
iſto ꝙ temeritas litigantiũ cohercet̃ multꝭ
modis. Qñqꝫ metu infamie. qñqꝫ religione
iuriſiurandi. qñqꝫ metu pecuniarie pene.
Et notare debes ꝙ ex ti. iſto intelligimus ꝙ
nõ eſt vis facienda in ordine. ⁊ hoc q: p̃mo
in ti. iſto tractat de iuramẽto calũ. in ꝑſona
rei. deinde in ꝑſona actoris. vnde ꝑ iſtuꝫ ti.
allegant aliqui ꝙ p̃mo debet reus iurare d̃
calum. q̃ꝫ actor. ⁊ hoc rõne ordinis. quia p̃-
mo tractat hic de iuramen. calũ. rei. ⁊ deind̃
de iuramẽ. calũ. actoris. ⁊ ꝑ eis allegant qḋ
dam verbũ in lr̃a. Dicit eñ lr̃a ꝙ reus non
aliter ſuis allegatiõibus vtat̃ niſi prius de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

calum. iurauerit. ⁊ ita prius debet iurare re
us ꝗ̃ actor. Sed frater reſpondeo vt primo
iam dixi ꝙ nõ eſt vis facienda in ordine ad
illud reſcriptũ collocãdo illud verbũ prius
qꝛ ꝑ hoc quod dicit prius nõ vult innuere
ꝙ reus debeat prius iurare ꝗ̃ actor. ſ; vt nõ
audiat̃ reus priuſꝗ̃ iurauerit. Nũc admo-
nendi ⁊c. His pnotatis accedim⁹ ad caſus
poſitionẽ. ⁊ po. ca. in hunc modũ Dixi iuſti
nia. Dñe tot ⁊ tanta audiuim⁹ ꝙ tedio affli
cti ſumus. ⁊ vos eſtis nobis tedioſ⁹ factus.
Pro deo dicat; nobis quid ampli⁹ vos in-
tenditis dicere. Frater dicit iuſt. Scire de
bes ꝙ multũ ſtuduerũt magiſtratus antiq̃
ꝙ nõ de facili litigaret̃ calumnioſe. ⁊ nos ſi
militer circa hoc ſtudeam⁹ qꝛ hoc maxime
fieret niſi temeritas litigãtiũ ta; actoꝝ ꝗ̃ re
orũ aliq̃ de tribus modis. ſc; vl' pena pecu-
niaria. vel iureiurãdo. vel metu infamie pu
nirent̃. hoc dicit. Ecce eñi ⁊c. Dñe vos iam
dixiſtis ꝙ temeritas litigãtiũ modis pluri-
bus cohercet̃. Pro deo dicatis ſi vobis pla
cet qualr̃ debeat pmo coherceri. Frater di
cit ipe. primo debet ꝑ iuramentũ coherceri.
quia oĩb⁹ litigatorib⁹ precipit̃ ꝙ iurent d̃
calũnia. hoc dicit. At aduerſus ⁊c. Dñe be-
ne vidimus qualr̃ iuramenti religiõe litiga
toꝝ temeritas cohercet̃. modo dicere debe
tis ſi vobis plac; qualr̃ pena pecuniaria cõ
peſcat̃. Certe dicit ipe. bñ veꝝ eſt ꝙ pena pe
cuniaria litigatoru; temeritas cohercet̃. qꝛ
qñꝗ̃ actio que ex ſui natura in ſimplũ com
petit, ꝓpter inficiatõem ipi⁹ rei dat̃ in duplũ
veluti ſi dãni iniurie ⁊ legatoꝝ locis venera
bilib⁹ relictoꝝ noĩe agit̃. ⁊ tñ bñ ſunt alique
actiones que ſine aliqua inficiatõne bñ dã
tur pluſꝗ̃ in ſimplũ vt eſt actio furti mani-
feſti que dat̃ in quadruplũ. Itẽ actoꝝ q̃; ⁊c.
Dixi iuſti. Dñe vidim⁹ ſupra qualr̃ ꝑ iura-
mentũ ꝑ penã pecuniariã rei temeritas co-
artat̃. ſed de actore q̃d dicetis. certe dicit ipe
nõ ſolũ reus ſm qd ſuperi⁹ diximus. ſed et
actor compellit̃ ſubire calũnie iuramentu;
imo plus adhuc dico tibi ꝙ nõ ſolũ reus et
actor iurãt ſicut diximus. ſ; etiam vtriuſꝗ̃
aduocati iuſiurandũ ſubeunt ſm qd eſt in
alia noſtra ꝯſtitutõe puiſu;. ⁊ hec oĩa in-
troducta ſũt loco actõnis veteris calumnie
que in diſſuetudinẽ abĩt qua tenebat̃ actor
qui temere litigabat in decima ꝑte litis qd

nunꝗ̃ inuenit factũ eſſe Iuſti. vt hic dicit.
Sed ꝑ ea introductũ eſt iuſiurandũ ⁊ vt i
expenſis ⁊ damnis litis puniat̃ improb⁹ li-
tigator. h. d. Ex q̃buſd ã iudicijs ⁊c. Viſo q̃
liter ⁊ iureiur. ⁊ pena pecuniaria litigatorũ
ꝓteruitas compeſcat̃. videndum eſt qualr̃
metu infamie refrenet̃. ⁊ certe quedam ſunt
iudicia ſiue actões i q̃bus ſi q̃s fuerit dam
natus infamis efficit̃. quas actões lr̃a enu
merat. ⁊ hoc intellige quando directe inten
tant̃. qꝛ tunc ⁊ nõ aliter dãnatus in illis ef-
ficit̃ infamis. In actõne aũt ꝓ ſocio que di
recta eſt ab vtraꝗ̃ ꝑte. hoc eſt tã a ꝑte inten
tantis ꝗ̃ a ꝑte eius ꝯtra quẽ intentat̃. ſecus
eſt. ⁊ ideo quicũꝗ̃ ſocioꝝ in act. ꝓ ſocio fue
rit ꝯdemnatus infamis efficit̃. Sed tamẽ
ſcire debes ꝙ dĩntia eſt inter actões hic no
tatas deſcendẽtes ex ꝯtractu vl' quaſi. qꝛ nõ
ſolũ illi qui damnati ſũt in actõibus deſcẽ-
dentibus ex delicto hic notatis ſũt infames
ſed etiã illi qui in iſtis actõibus tranſigũt.
qꝛ certũ videt̃ ꝯfiteri qui tranſigit. in actio-
nib⁹ aũt his noĩatis deſcendẽtib⁹ ex ꝯtra-
ctu vel quaſi ſolũ damnati fiũt infames nõ
aũt illi qui trãſigũt. hoc dicit. Omniũ autẽ
actionũ ⁊c. §. iſte qui a multis male ꝯtinua
tur ſic põt ꝯtinuari in ꝑ xi. §. tractauit dñs
iuſti. qualiter puniat̃ temeritas litigantiũ
metu infamie. hic tractat qualr̃ punit̃ teme
ritas litigantiũ metu pene pecuniarie. vel
ſic põt ꝯtinuari. Temeritas qñꝗ̃ ꝯſiſtit in
ꝑſeuerãdo improbe litigãdo. qñꝗ̃ aũt cõſi-
ſtit temeritas in ius vocãdo. Cũ ergo ſup-
dixerit dñs iuſt. qualr̃ punit̃ temeritas liti
gantiũ in ꝑſeuerãdo improbe litigãdo. mo
do dicit̃ qualr̃ punit̃ litigantis temeritas q̃
eſt in ius vocãdo. Dicit̃ ergo ꝙ principiu;
inſtituendarũ actionũ ab edicto de i ius vo
cando ꝓficiſcit̃ ⁊ explanat ſeipm in textu di
cens. ꝙ in pmis debet aduerſari⁹ in ius vo
cari corã iudice ſ; quo ad iſtã vocationẽ in
ius ſatis habũde ꝓſpecit pretor pentibus ⁊
patronis. Statuit eñi ꝙ nõ liceret liberis
⁊ libertis pentes vel prõnos in ius vocare
anteꝗ̃ a pretore h̃ poſtulaſſent ⁊ etiã impe-
traſſent. ⁊ ſic nõ ſufficit poſtulare ſ; neceſſe
eſt ꝙ obtineant anteꝗ̃ in ius vocẽt. Si q̃s
aũt eoꝝ aliter eos in ius vocaret ſtatuit in
eũ penam. xl. ſolidoꝝ. h̃ dicit.

De officio iudicis Rubrica.

Q[ui]a mentionē habuim⁹ ſup̄ de tē-
poralib⁹ ⁊ perpetuis actionib⁹. i. §.
ſupeſt de officio iudicis. ⁊ q̄ q̄uis
de eo fecerit mentionē nihil plene determi-
nauit. ꝓpterea vt pleni⁹ de officio iudic̄ tra-
ctaret ponit hic ſpecialē rub. de officio iu-
dicis. vel ſic. q̄ in ſupioribus dixerat d̄ acto
ribus ⁊ etiā de quibuſdā reis. Modo videndū eſt de media pſona que ē iudex. ⁊ ideo po
nit hic rub. de officio iudicis. Supeſt ⁊c.
Viſo de actōibus que intentat̄ ab actorib⁹
ꝯtra reos. ſupeſt vt de officio iudicis diſpi
ciam⁹. ⁊ in primis ſcire debes ꝙ iudex tene
tur ad h̄ vt ipſe iudicet ſꝫm leges vl' ſꝫm con-
ſtitutōes vl' ſꝫm mores. h̄ eſt ſꝫm ꝯſuetudinē
hoc dicit. Et iſtud ꝓ toto ti. aliquib⁹ poſſet
ſufficere. Ideoq̄ʒ ſi noxali ⁊c. Dixi vob̄ ſup̄
ꝙ iudex debet ꝓnunciare ſꝫm leges. ⁊ ita pa
tet ꝙ dn̄m ꝯuentū in act. noxali ꝯdēnare de
beat ꝓ delicto ſerui ⁊ debet eū ꝯdēnare ī hūc
modū. Lutiū ticiū dn̄m talis ſerui publio
meuio in. x. ſolid. ꝯdēno aut noxā dare per-
mitto. q̄ leges volūt ꝙ dn̄s damnū datū a
ſeruo debeat reſarcire. vl' ꝙ poſſit liberari ſi
velit ſeruū dare ꝓ noxa. Sic em̄ vult lex ꝙ
damni eſtimatio ſit in ꝯdēnatōem. lʒ noxe
deditio ſit in ſolutionē. Et ſi in rem ⁊c. In ti
tulo iſto nō poſſent poni exempla oīa q̄ ſūt
neceſſaria in materia iſta. Neceſſe em̄ eſſʒ ꝙ
hic ponerent̄ exempla oīm actionū de mū-
do. aliqua tamē hic ponunt̄ exempla forte il
la de quib⁹ dubitabant magis legiſlatores.
Iſtis ꝑuiſis venio ad caſū ſic. Vidiſtis q̄li
ter iudex d̄beat formare ꝟba ſnīe in act. no
xali. Sed dn̄e ꝓ deo dicatis quale debeat
eſſe officiū iudicantis inter aliq̄s in act. rea
li. Frater dicit ipſe libenter. Nā aut vidʒ iu
dex ꝙ ferēda ē ſnīa ꝯtra petitorē. ⁊ tūc nihil
aliud incūbit ei niſi ꝙ abſoluat poſſeſſorēʒ
aut videt ꝙ ē ferēda ſnīa ꝯtra poſſeſſorem. ⁊
tūc debet ꝯdēnare poſſeſſorē vt rē cū fructib⁹
petitori reſtituat. ⁊ tenet̄ ꝯdēnat⁹ ī iſta acti.
reali incōtinenti rem cū fructib⁹ reſtituere.
ſʒ in actōne pſonali nō tenet̄ incōtinēti rem
reſtituere. ſʒ habet inducias a. l. ſʒ dn̄e q̄d ſi
dixerit poſſeſſor ꝯdēnatus ꝙ nō poſſit rem
reſtituere incōtinēti. ⁊ petit tp̄s reſtituendi.
Frater ſi videat iudex ꝙ calūnioſ⁹ ſit ⁊ tp̄s
petat fruſtratorie. nō dabit ei tp̄s. ⁊ niſi rēʒ
r̄ſtituerit iurabit̄ ꝯtra eū ī litē. ſi ꝟo fruſtra
torie nō petat tp̄s bn̄ dabit ei iudex tp̄s īfra
quod reſtituat. ſʒ q̄d ſibi videbit̄ ita tamē ꝙ
caueat ꝑ bonos fideiuſſores ꝙ ſi infra tp̄s
quod ſibi datū eſt nō reſtituat ꝙ eſtimatō-
nē litis ſoluat. hoc dicit. Et ſi hereditas ⁊c.
Iam dixi vobis q̄le ſit officiū iud. cū aditur
iudex in act. in rem. modo videam⁹ q̄d ē of-
ficiū iudicis q̄n adit̄ in act. mixta tā in rem
q̄ʒ in pſonā vt in petitōne hereditatis. ⁊ q̄d
debet iudex tūc facere. Et dico ꝙ debet idē
facere in peti. hered. q̄d in rei vēdi. q̄ dat̄ ꝓ
ſingulaꝝ reꝝ petitōne ad differētiam petit.
her. in qua mlte res petunt̄. hoc dicit. ⁊ q̄c-
quid dicat lr̄a nō eſt ꝑ om̄ia idē vt infra vi
debitis. Illoꝝ aūt fructuū ⁊c. Dixi iuſtin.
Iā bn̄ vidi ꝙ tam in rei vēdi. q̄ʒ in peti. he-
red. veniūt fructus ꝑcepti iud. offi. q̄ dʒ iu
bere rē reſtitui cū fructib⁹. ſʒ dn̄e q̄d dicem⁹
de fructib⁹ ꝑcipiendis in eo q̄ ꝯdemnat̄ pe
ti. here. vl' rei ven. Frater dicit iuſt. aut fuit
bo. fi. poſ. aut male fi. ſi fuit male fi. poſ. tunc
fere idem eſt in rei ven. ⁊ peti. here. vt eodēʒ
modo teneat̄ male fi. poſſeſſor de fructibus
q̄s ꝑ culpā ſuā nō ꝑcepit in rei vēdi. ſicut in
peti. here. ſi aūt fuit bo. fi. poſ. nō tenet̄ d̄ cō
ſumptis nec de ꝑcipiēdis niſi poſt litis ꝯte
ſta. ſic ꝑdo tenet̄ de fructib⁹ culpa ſua. ſ. poſ
ſeſſoris nō ꝑcept̄. vl' ꝑceptis ⁊ ꝯſumptis. h̄
dicit. Si ad exhibendū ⁊c. Dn̄e ꝓ deo dica-
tis ſi placet quale ſit officiū iud. in act. ad ex
hibendū que pſonalis eſt. lʒ ſit in rem ſcri-
pta. Frater dicit ipſe in act. ad exhibendūʒ
debet iudex iubere ꝙ res exhibeat̄. ⁊ nō ſuf
ficit ꝙ exhibeat̄ niſi in eadē cauſa exhibeat̄
in qua cauſa eēt ſi a ꝑncipio fuiſſʒ exhibita
vnde ſi ille q̄ iuſſus ē exhibere rē eaʒ exhibe
re diſtulerit ⁊ ꝑ ei⁹ morā fuerit res exhiben
da a poſſeſſore vſu capta. nihilomin⁹ ꝯdem
nat̄ ille qui iuſſus fuerit exhibere. Itē ratio
nē fructuū medij tp̄is. i. ei⁹ tp̄is q̄d interceſ
ſit p⁹ lit. ꝯteſt. ⁊ rem iudicatā debet h̄re iud̄x
Itē incōtinenti debet exhibere ille q̄ reʒ ex-
hibere iuſſus eſt ſicut in reali ꝯdemnatus
dʒ rem reſtituere incontinēti. ⁊ ſic hec actio
ad exhibendū pſonalis ē. vt. ff. ad exhiben.
l. ij. tn̄ dicit̄ ſcripta in rem q̄ in mult̄ habet
naturā realis actōis. ſʒ dn̄e q̄d ſi ꝯdemnat⁹
in act. ad exhibendū dicat ꝙ incōtinēti nō
poteſt rem exhibere. Frater dicit ipſe. ſi vi-
deat iudex ꝙ ſine fruſtratione petat temp⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

infra q̄ rem exhibeat debet ei dare tpus. ſic
tñ vt ipſe caueat p bo. fideiuſ. ſe rem exhibi-
turū. ſi aūt nec iuſſu iudicis rez exhibere ve
lit nec cauere ſe poſtea rem exhibiturū. tunc
debet cōdemnari actori q̄nti ſua intereſt nō
exhibitam rem fuiſſe. hoc dicit ſup illo. §. p
ri. q̄nti ſolet ſup illo verbo in vtraq; act. eadē
ratio p ene habet. quare dicit pene. ad h̄ po
teſt dici ſm quoſdam ſic q̄ ſi malefidei poſ
ſeſſor titulū habet. pter titulū excuſat in rei
vendicatione. ſed in peti. hereditatis nō ex-
cuſat male fidei poſſeſſor a fructib; percipiē
dis pter titulū. Si aūt non habet titulū.
malefidei poſ. in rei vendi. tunc eſſet in vtra
q; actio. eadem ratio ſicut dicit hic. quia mi
nus debet agi cum eo qui conuenit rei ven-
di. eo q̄ ipſe nō eſt obligatus. vt ſup de act.
§. i. & ideo p titu. excuſat de pcipiendis. ſed
ille qui conuenit peti. hered. obligatus eſt.
quia peti. heredi. mixta eſt tam in rem q̄z in
pſonam. & ideo p titulū non excuſat. Dñs
aūt iaco. cōſonans dictis garnerij antiqui
dicit q̄ illud verbū pene hic poſitum nō eſt
aduerbiū ſed magis nomē & dicit q̄ in vtro
q; eadem ratio pene. i. ad eandem penam te
net vterq; pter malam fidem. ſcz vt teneat
de fructibus pcipiendis. Si famil. herc. &c.
Vidimus iam de officio iud. in act. ſimpli-
cibus. modo videam⁹ quare debet eſſe offi
ciū iud. in act. duplicib;. vtputa in iudicijs
diuiſorijs. & dicit q̄ ſi famil. herc. iudicio a-
ctum ſit inter duos coheredes. debet iudex
ſi poſſit ſingulas res ſingulis heredibus
adiudicare. i. primo vni vnam. & poſtea alte
ri alteram. & ſi aliqua res precioſa vl' magni
precij vni fuerit adiudicata. & ad hoc alter
fuerit pregrauatus. tunc debet iudex illum
cui res precioſa adiudicata eſt alteri in cer-
ta ſūma pecunie condemnare vl' quod ſibi
viſum fuerit facere. Et ſi vnus heres rez he
reditariam comprehendit. vl' ſolus fructi-
bus alicui⁹ fundi pcepit coheredi eo nomi
ne tenet. & iſtud iudiciū quodāmodo habet
locum inter coheredes vl' quatuor plures
ve ſicut inter duos. Eadem interueniūt &c.
Jam habuiſtis de off. iud. in iudicio fami.
herc. Sed dñe p deo dicatis quod eſt offi-
ciū iud. in iudicio cōmuni diui. Frater di-
cit iuſt. eodem modo debet ſe hr̄e in iudicio
cōmuni diuidūdo iudex ſicut in iudicio fa-
milie herc. quia ſi aliqui quibus plures res
ſunt cōmunes intendant iud. cō. diui. inter
ſe debet iudex ſi plēs res ſint cōēs. vni vnā
alteri alterā adiudicare. Si aūt de vna re
agant. ſi cōmode diuidi poſſit eam diuidere
debet. & vni vnā ptē & alteri alteram ptē ad-
iudicare. Et ſi ps vni aſſignata melior ſit q̄z
altera que alteri aſſignat. tūc debet iudex eū
cui meliorē partem aſſignauit alteri in qua
dam ſūme pecunie ſm qd ſibi viſum fuerit
condēnare. Si aūt res cōmode diuidi nō
poſſit. tūc poterit iudex eam totā adiudica-
re vni. & eū alteri in certa ſūma pecunie con
demnare. hoc dicit. Sed finiū regū. &c. Jaz
vidiſtis offi. iud. circa iudiciū famil. herc. &
cōmu. diuidūdo. Modo videatis q̄lr ſe de
bet habere iudex in iudicio finiū regū. ſ. co
ram quo eſt cōtrouerſia. Et dicit iuſti. q̄ iu
dex in iſto caſu debet inſpicere an neceſſaria
ſit adiudicatio qd cōtingit in vno caſu. vicz
qñ fines in tali loco erant poſiti. q̄ pter lo-
ci naturam ſepius fit contētio ſup terminiſ
veluti ſi locus fuerit humidus vl' moroſus
Debet em̄ iudex tūc in alio loco firmo & ſoli
to ponere fines. ita q̄ amplius ſup finibus
poſſit eſſe ɔtentio. & ita ex agro alterius par
tem aliquā adiudicare alteri & eum qui d' al
terius agro partē adiudicauerit in certa ſū-
ma pecunie condemnare. hoc dicit. Eo q̄z
noīe &c. Scire debetis q̄ in iudicio fini. re-
gun. ſi circa fines aliquid malicioſe fecerit
criminalr poteſt cōueniri. & hoc dicit. Con
tumacie q̄z noīe &c. Per contumaciā etiam
debet quis in iudicio iſto ɔdemnari q̄ntum
viſum fuerit iudicanti veluti ſi iudex iuſſit
agros menſurari vt fines ponant. & aliq̄s
agros metiri nō fuerit paſſus. hoc dic. Qd
aūt iſtis &c. Jam vidiſtis q̄ in iſtis iudicijſ
duplicibus famil. herc. cōi diuidū. fini. reg.
Sepe illud qd erat vni adiudicat alteri. et
alter in quadam ſūma pecunie condemnat
modo ſcire debetis q̄ quicquid in iudicijs
iſtis alicui adiudicat incontinenti fit illius
cui adiudicat. hoc dicit.

## De publicis iudicijs Rub.

Iſtam rubricam ſic poteſtis cōti-
nuare. Supra dictū eſt de iudicijs
ciuilibus. nūc de publicis. i. de cri-
mi. videamus. Hoc nomē em̄ public' q̄nq;
p criminalibus accipit. vt. ff. de iureiurā. l.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nõ ſenatus. vel ſic. Dictū eſt ſupra de cri-
minibꝫ priuatis vt ꝺ furto. rapina ꝛ iniuria
nūc de publicis ē vidēdū. ꝛ que ſunt crimi-
na publica ſatis pñs titu. manifeſtat. Pub
lica iudicia ꝛc. Queſiui a legiſlatore vtꝝ pu
blica iudicia. i. publica crimi. ordinant ꝛ cõ
ſtituant ſeu exerceant p ciuiles act. de qui-
bus dictū ē. Et ipſe reſpondet ꝛ dicit. Cha
riſſimi ſcire debetis ꝙ alio modo inſtituūt
ꝛ alio modo exercent publica iudicia ꝙ̃ act.
Et di. aliq̃s. Dñe quare dicunt publi. iudi.
Frater dicit ipſe ꝓpter h̄ qꝛ cuilibet de ꝓplo
dat eoꝝ executio. ꝛ hoc intelligendū eſt duꝫ
tñ ſit abilis ad accuſandū. hoc dicit. Publi
coꝝ ꝛc. Scire debetis ꝙ publicoꝝ iudicio
rū quedã ſūt capitalia. ꝛ quedã nõ capitalia
Capitalia dicunt illa p que infligit mors
vl' exilium perpetuū vl' ignis vl' aque inter-
dictū vl' in metallū damnatio. Publica aūt
ꝛ nõ capitalia ſunt q̃ ingerunt infamiã cuꝫ
damno pecuniario. Publica aūt iudicia ꝛc
Dñe p deo ponatꝰ nobis exempla de publi
cis iudicijs ꝛ capitalibus. Frater dicit ipſe
libenter. vnde dicit ipe publicū iudiciū ꝛ ca
pitale eſt. l. iul. maie. p quam puniunt illi q̃
contra imperatorē vl' rem publicam aliquid
moliti ſūt. Per. l. em̄ iul. magis puniunt ta
les vltimo ſupplicio ꝛ etiã eoꝝ memoria dã
nat qui contra principē aliquid moliti ſunt
Itē. l. iul. ꝛc. Vidiſtis iam vnū publicuꝫ iu
diciū. Hic ponit dñs iuſt. exemplū de quo-
dam alio iudicio publico. ſcꝫ de. l. iul. de ad
ulterijs. qua puniūt temeratores nuptiarū
vltimo ſupplicio. ꝛ illi qui cū maſculis rem
nephandam cõmittūt. ꝛ nõ ſolū puniunt il
li qui adulteriū cõmittūt. l. iul. de adulteri-
is. ſed etiã qui ſine vi ꝟginē vl' viduã hone
ſte viuentē ſtuprauerit. Si em̄ honeſtꝰ cuꝫ
honeſta mlřere fornicat. patiet publicatõeꝫ
dimidie ptꝭ bonoꝝ. ſi aūt humilis ſit relega
bit. Itē. l. corn. Supra vidiſtis duo exēpla
publicaꝝ act. adhuc dabo vobis vnū exē-
plū vicꝫ in. l. cor. de ſicc. que homicidas pu-
nit ꝛ etiã eos qui cū telo ambulāt homis in
terficiendi cauſa. ſed queſiui a dño iuſt. dñe
quid eſt telū. Frater dicit ipe ſtricte accipiē-
do telum eſt quod ab arcu emittit. large ta-
mē loquēdo dicit telū quicq̃d emittit vl' de
manu vl' de arcu dū tamē nocere poſſit. ꝛ po
nit in. lr̃a mlťa greca noĩa. Siccarij ꝛc. No-
mine iuſt. vnde dicunt ſiccarij. Frater a ſic
ca qd̄ ē cultrū ferreū vtrobiqꝫ ſcindens. Ea
dē. l. ꝛc. Iã vidiſtis vnã. l. cor. que tractauit
de ſicca. Modo videamꝰ aliã que tractat de
veneficijs. ꝛ. l. iſta tenent omēs illi q̃ artibꝫ
odioſis vl' venenis vl' ſuſurris hoĩes occide
rūt. ꝛ etiã q̃ mala publice medicamina ven-
diderint. h̄ dicit. Alia deinde. l. ꝛc. Adhuc ē
quedã lex que aſperrimū crimē pſequit no
ua pena. qꝛ ſi quis patrē vl' matrē vl' auum
vl' pauũ vl' aliquē eoꝝ de q̃bus fit mentio ĩ
lr̃a occiderit debet cedi cū virgꝭ ſanguineis
ꝛ poſtmodū conſul debet in quodã ſacculo
ꝛ cū ipſo debet poni ſerpens viuus ꝛ canis
ꝛ gallus gallinaciꝰ ꝛ vipera ꝛ ſimya. ꝛ tūc cū
illis aĩalibꝫ brutis debet ꝓici in vicinū flu-
mē vl' in vicinū mare ſcđm ꝙ regiõis qualitas
tulerit. vt ſic inter ferales anguſtias defici-
at. ꝛ oĩm elementoꝝ vſu viuus careat. vt ei
celū ſupſtiti ꝛ terra mortuo auferat. h̄ dicit.
Si quis aūt. Iã vidiſtis q̃lr punit ille qui
aliquē de linea deſcendenti vl' aſcendēti in-
terfecerit. ſed certe ſi quis alias pſonas ſibi
cõiūctas aliqua affinitate vl' cognatõe ꝙ̃ il-
la de q̃ dictū eſt ſup̄. §. pr. necauerit. p. l. cor.
de ſic. ſilr punit. Itē. l. cor. ꝛc. Iã vid. mlťas
act. publicas. adhuc ponit vnã act. publicã
vicꝫ ſi quis falſū inſtrumentū vl' teſtimoniū
ſcripſerit vl' ſignauerit vl' ſubiecerit. l. cor. ꝺ
falſis punit ita ꝙ ſi ſeruus ē vltimo ſuppli-
cio affliget. ſi ꝟo liber eſt deportari debet.
Itē lex iul. ꝛc. Iam vidiſtꝭ mlťas accuſatio
nes publicas. adhuc ē quedã accuſatio pu-
blica p quã punit violentia ſiue ſit publica
ſiue priuata. qꝛ p. l. iul. de vi publica punit
q̃s de vi armata qꝛ deportat. Per. l. aūt iul.
de vi priuata aliq̃s punit q̃ vim fecit ſine ar
mis ꝙ tercia ps bonoꝝ ſuoꝝ publicat. Si
aūt p vim ꝛc. Sup̄ vidiſtis de illo qui cõ-
miſit ſtupꝝ cū vi. vl' qꝛ viduã vl' ꝟginē vl' mo
nialē rapuit. vl' potes cõtinuare iſtū. §. ad p̄-
cedentē ſic. In. §. pri. dictū ē q̃lr punit ille
q̃ p vim armatã vl' ſine armis aliq̃d alicui
abſtulerit. mõ aūt tractat qualr punit ille q̃
ſtupꝝ cõmiſit p vim. Itē lex iul. ꝛc. Nõ ſolū
leges ſupiores dicunt accuſatiões publice
ſꝫ etiã accuſatio. l. iul. peculiatꝰ dicit accuſa
tio publica. ꝛ hac. l. punit ille q̃ pecuniã rei
publice ſubripuit. ꝛ ſi fuerit iudex vl' magi-
ſtratus q̃ hoc fecerit pena capitali punietur

⁊ omēs eius cōplices. Si aūt q̄s extrane⁹ qui nō fuerit iudex vl' magiſtratus pecuniam reipublice ſurripuerit. ipſe ⁊ ei⁹ complices deportari debent. Eſt inter publica iudicia ⁊c. Non ſolū iſta ſūt publica iudicia q̄ vos vidiſtis. ſ; ⁊ .l. fauia de plagiarijs q̄ interdū penā capitis infligit ⁊ interdū minorē dicit̄ publicū iudiciū. ⁊ habet locū hec .l. ſi aliquis filiū alteri⁹ ſubripuerit ⁊ eū vendiderit. talis eñ magnā plagā pentibꝫ infert. Idē; eſt ſi ſeruū alienū ſubripuerit ⁊ diſtraxerit. Sūt preterea ⁊c. Scire debet; ꝙ oīa fere iudicia publica de q̄bus tractatū eſt a ꝑncipio iſti⁹ ti. v; hic ſunt publica ⁊ capitalia. Modo aūt tractaturus ē iuſti. de q̄buſdam iudicijs q̄ ſūt publica ſ; nō capitalia. ⁊ enumerat ea in lr̃a. Prima eſt lex iul'. de ambitu. Scd̄a eſt lex iul'. repetūdaꝝ. Tercia ē lex iul'. de annona. Quarta ē lex iul'. de reſiduis. Qn̄ aūt ⁊ in q̄bus caſibꝫ locū habeāt iſte leges plene habes notatū in gloſa ordi. Iſte aūt leges minorē penam q̄; capitalem inferūt eis qui p̄cepta eaꝝ ſiue eaꝝ iudicia neglexerunt. Sed de publicis iudicijs ⁊c. Dixi iuſt. Dn̄e quare tm̄ de publicis iudiciis tractaſtis. ⁊ tot exempla eis poſuiſt;. Frater rn̄. dn̄s iuſt. hoc fecim⁹ ad vtilitatē vr̃am vt de eis aliquā noticiā generalē haberetis ſiue cognitō; ſ; plena eoꝝ cognitio ſiue ſciētia ex latioribꝫ. ff. libris deo ꝓpitio aduentura eſt. Modo aūt ſufficiant vobis hec. ſūmo digito ⁊ quaſi ꝑ indicē tetigiſſe. Et nota ꝙ ꝑ hec duo v̄ba aduentura. ⁊ ſūmo digito duo dat nobis intelligere. ſc; ꝓfunditatē ꝑ hoc qd̄ dicit ſūmo digito ⁊ beata; ſpem ꝑ h̄ quod dicit aduentura.

¶ Expliciūt caſus dn̄i Guidonis ſuper inſtitutionibꝫ.

¶ Incipiūt formationes libelloꝝ in titulo de actionibus.

In titulo de actiōibus poſt ꝑmā diuiſionē actionū. primo tractat dn̄s impator de act. in rem ſc; de rei ven. in qua ſi libellū q̄s formare velit nō poterit niſi ꝯ poſſeſſorē. q̄ poſſeſſio parit in rem actiō; aduerſario. vt. C. de alie. iudi. mutan. cauſa fal. l. vnica. vl' ꝯtra illū qui dolo deſijt poſſidere. vt. ff. de nota. act. l. electio. ff. de re. iu. l. qui dolo. extra d̄ re iud. c. dilecti. ꝓpter qd̄ ſic interrogat reū cu; vult expiri. ꝯtra eū vtꝝ poſſideat vl' dolo deſijt poſſidere ne fruſtra experiat̄. vt. ff. de rei ven. l. q̄ petitorio. ⁊ cogit̄ rn̄dere ⁊ in iure facienda eſt interrogatio ⁊ rn̄ſio. vt. ff. de inter. act. l. ꝯtra ſeruū. §. qui iure. ⁊ .l. i. in ꝑn. ⁊ ſi neget ſe reus poſſidere cū poſſideat amittet poſſeſſionē ⁊ transfert̄ in actorē ꝓpter mēdatiū ſuū. vt. ff. de rei ven. l. fi. in ꝑn. ⁊ ſi non poſſideat liber erit niſi dolo deſierit poſſidere quē dolū oportebit actorē ꝓbare. vt. ff. de ꝓba. l. quotiens. §. qui dolo. Si ꝟo dicat ſe poſſidere maxīe cū poſſideat tūc formabit̄ libellus in hūc modū. Propono ſiue dico a. ꝯtra b. ꝙ ipſe detinet rem meā. vnde ꝓpono rei ven. ꝯtra eū ⁊ peto rem ipſam mihi adiudicari. ⁊ ipm̄ b. ad reſtitutionē mihi ꝯdemnari. nec miret̄ aliq̄s ꝙ ego dixi q̄ detinet et nō dixi q̄ poſſidet. nam iō dixi q̄ multi detinent rē q̄ nō poſſidēt ⁊ tenent̄ rei ven. hic ſolū ꝯſiderat li. in rei ven. ꝙ habeat reus facultatē rei reſtituende. ff. de rei ven. l. officiū ⁊ licet actōis nomē editū ſit in li. ſufficit tamē aſſignare cauſā. ar. C. de edi. diui. adri. tol. l. fi. ⁊. ff. ſi cer. pe. l. certū. maxime hodie ꝑ no. decre. dn̄i alex. pap. extra de li. ob. c. fi. q̄dam tm̄ ꝯtrariū dicūt ꝑ .l. ff. de eden. l. i. ⁊. C. de eden. l. edita. ⁊ erit cauſa petēdi in h̄ li. tal' vn̄ cū mea ſit petitio illā rem mihi reſtitui h̄ veꝝ eſt ꝙ in oībꝫ actōibꝫ ſufficit ꝓponere cā; niſi talis ſit cauſa que plures pariat actōes tūc eñ̄ ē nomē act. exprimendū. vt. ff. de tribu. l. qd̄ in heredē. §. eligere. ⁊. ff. d̄ leg. ij. l. cū fili⁹. §. varijs. ff. de iureiu. l. ſponſus. §. quotiens. ⁊. ff. qd̄ cū eo. is q̄; circa fi. oportet ⁊ q̄̄ntitatē ⁊ q̄litatē rei exꝑmere ſi ſit res mobilis ⁊ h̄ ꝑ .l. ff. de rei ven. l. ſi in rem. ꝑma eſt que ſic incipit. Eſt ⁊ quedā act. realis q̄ dat̄ ꝑ ſeruitute vendicāda ſiue ſit realis ſiue ꝑſonalis. vt inſti. de ac. §. eque. ff. ſi ſeruit⁹ ven. l. ij. ⁊ ꝑmo circa ſeruitutē ꝑſonalē format̄ libell⁹. Eſt aūt ſeruitus ꝑſonalis vſufruct⁹ quē habem⁹ in rebꝫ alienis. vt. ff. de vſufru. l. i. inſti. de vſufr. § ꝯſtituit̄. ⁊ inſti. de vſu ⁊ ha. in ꝑn. Forma igit̄ libellū ꝑmo in ſeruitute ꝑſonali in hūc modū. Dico ego b. ꝯtra c. ꝙ ipſe habet prediū in quo habeo ius ſiue ſeruitē vtēdi fruendi. vnde ꝓpono ꝯfeſſoriā actionē cōtra dictū. c. ⁊ peto dictā ſeruitutē mihi adiudicari. ⁊ ipſū. c. vt patiat̄ me vti frui ꝯdemnari. In qua eñ act. cauſam ſufficit ꝓpone



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

re vt ſupra dictum eſt.ꝛ proponeť ita. vnde
cum habeam ius vtendi ſiue fruendi peto
illum mihi condemnari.eodem modo for/
mabis libellum in eo qui habet tm̄ vſum
dimittendo hoc verbum frui.ꝛ poteſt addi
ſic.ꝛ q̄ꝛ tāto tp̄e me ꝓhibuit ꝛ impediuit vti
frui peto dictū c.in fructibꝫ q̄s ꝑcepiſſez vł
ꝑcipe potuiſſem mihi ↄdemnari.ꝛ h̄ p.l.ff.ſi
vſufru.pe.l.i.rñ.i.ꝛ.l.iij.ꝛ.l.fi. Circa ſeruitu
tē realē forma ſic libel.ſꝫ p̄mo ſciendū ē ꝙ ſer
uitus realis nō pōt deberi niſi vterq̄ꝫ habē
at p̄diū vnꝰ vnū qđ ſeruiat.alter aliđ cui ſer
uiať.vt inſti.de ſer.in ꝑſi.iđ aūt.ꝛ.ff.cōia p̄/
di.t ā ruſti.q̄ꝫ vrb.p̄di.l.i.in fi.ſeruitutes ru
ſti.p̄dio ſunt iter.via.actꝰ aq̄ductꝰ.vt.ff.de
ſer.p̄di.l.i.in p̄n.forma libel.in ſer.ruſt.p̄d.
Dico ego a.ↄtra b.ꝙ habeo ſeruitutē eūdi
ꝑ fundū ſuū ad fundū meū.vñ ꝓpono ↄfeſ/
ſo.ↄtra ipm b.ꝛ peto ipam ſerui.mihi adiu
dicari.ꝛ ipm vt patiať me vti hac ſeruitutē ꝛ
mihi ↄdēnari.eodē mō formab in alijs ſer
uit.ruſti.p̄di.ꝛ loco act.ſi vis potes ponere
cāz ꝛ aſſignare.ſ.hāc vñ q̄ꝛ ius habeo eūdi.
ꝛ formab vt in libel.ſupiori ↄtineť. Serui/
tutes vrb.p̄di.ſūt vt ſeruitꝰ pſpiciēdi aliq̄d
vł īmittēdi tignū in vicini edes ꝛ alie ſil'es.
vt inſti.de act.§.eiuſdē.ꝛ.ff.de ſerui.vrb.p̄/
di.l.i.ꝛ formab lib.in q̄libet iſtaꝝ act.h̄ mō.
Dico ego c.ↄtra a.ꝙ ego habeo ius īmittē/
di tignū de domo mea ī edes ſuas.vñ ꝓpo/
no ↄfeſſoriā ↄtra ipſū ꝛ peto dictuꝫ ius ſiue
ſeruitutē īmittēdi tignū mihi adiudicari.et
ipm a.vt me patiať vti tali ſer.mihi ↄdēnari
ꝛ in libel.potes edere cām ꝓ act.ꝛ erit cā tal'
q̄ꝛ ſeruitutē hēo īmitēdi tignū đ edibꝫ ſuis
in edes meas.vñ peto ꝛc̄.nihil aliud ī libel/
lo mittať.ꝛ eodē mō formab li.in alijs ſerui
tu.vrb.p̄di.excepta ſerui.altiꝰ nō tollēdi.in
q̄ libellꝰ hꝫ formari ꝟbis negatiuis.ſ.h̄ mō.
Dico ego a.ↄtra b.ꝙ ip̄e nō hꝫ ius altiꝰ tol/
lēdi edes ſuas.q̄ꝛ ego hēo ſeruitutē in edes
ſuas nō tollendi.vñ ꝓponēdo ↄfeſſoriā ↄtra
b.peto ſeruitutē altiꝰ nō tollendi mihi adiu
dicari.ꝛ ipſū ne altiꝰ tollat mihi peto ↄdem
nari.ꝛ in iſta ſic in alijs caſibꝫ loco act.p̄t cā
ꝓponi h̄ modo.vñ cū habeaꝫ ſeruitutē ī edeſ
ſuas altiꝰ nō tollendi peto ꝛc̄. Eſt ꝛ alia act.
realis q̄ cōpetit ꝓ ſeruitute negāda tā in ru
ſtic.predi.q̄ꝫ in vrba.ꝛ appellať negatoria.vt
ff.ſi ſer.ven.l.ij.in p̄n.ꝛ inſti.de acti.§.ↄtra
q̄ꝫ.ſup q̄ formādus ē libellus ꝛ in ruſti.pre
dio.ꝛ in vrba.ſꝫ primo in ſerui.ruſti.p̄di.for
memus libellū.ſic. Dico ego a.ↄtra b.ꝙ cuꝫ
ipſe ſit q̄ſi in poſ.ſer.ſcꝫ eundi ꝑ fundū meuꝫ
ad fundū ſuū ꝛ ipſe nō habeat in fūdo meo
ſeruitutē ꝓponendo negatoriaꝫ ↄtra ipſū b.
peto abſolui a tali ſeruit.in iſto libel.poteſt
opponi cā loco act.vnde cū ſeruitutē nō ha
beat eundi peto ꝛc̄. Silr̄ formabis in alijs
ſeruitutibꝫ predio.vrba.negādo.ſ.vt act.ſit
negatoria ꝛ cauſa ſimilr̄ ſit.vñ cū ius ſerui.
iſtiꝰ ꝓponiť nō habeat peto ꝛc̄.poteſt etiaꝫ in
acti.negatoria q̄ dať ꝓ ſeruit.vrba.predi.de
negādis formari ſic libel. Dico ego c.cōtra
b.ꝙ cū ip̄e ſit in poſſeſſione īmittendi tignū
de edibꝫ ſuis in edes meas ꝛ ipſe nō habeat
ius īmittendi tignū in edibus meis peto ꝛc̄.
ꝛ ſic formabiť libellus in alijs ſeruit.vrb.p̄
di.denegandis formādo ꝑ ꝟba negatiua.ꝛ
ſilr̄ formať libel.qñ negať ſeruitus altiꝰ nō
tollendi in q̄ non formabiť libel.ꝟbis affir
matiuis ſed negatiuis hoc mō. Dico ego a.
cōtra b.ꝙ cū ipſe ſit quaſi in poſ.ſerui.ediū
meaꝝ ꝙ ipſe habet ſeruitutez in edes meas
ne mihi liceat edes meas altiꝰ tollere.vnde
peto ꝓponendo negatoriā act.ↄtra ipſuꝫ b.
ab hm̄ōi ſeruitu.abſolui.ꝛ eundē ne me alti
us tollentē impediat mihi ↄdemnari.ꝛ cau
ſa ꝓ hac act.ꝓponiť in h̄ libello talis.vñ cuꝫ
ipſe nō habet ſeruitutē in edibꝫ meis ne mi
hi liceat altiꝰ tollere peto ꝛc̄. Nunc de act.p̄/
torijs realibꝫ videndū eſt.ꝛ primo qualr̄ li/
bellus formať in publiciana.vñ ſciendū eſt
ꝙ act.publiciana competit vt qñ res aliena
tradiť ex iuſta cauſa.vnde ſi cadet a poſſeſſi
one aliquo caſu poterit agi hac act.contra
poſſeſſorem niſi ſit dñs qui poſſidet.vt.ff.đ
publi.l.i.ꝛ.l.penul.ꝛ fi.ꝛ inſtitu.de act.§.vt
ecce plerunq̄ꝫ.formabis ergo ſic in hac acti.
libellū. Dico ego a.ↄtra b.ꝙ ipſe detinet reꝫ
mihi traditā ex cauſa emptionis quā quaſi
vſucepi.vnde ꝓponendo publicianam con
tra ipſum b.peto ipſam rem iur.quaſi dñij
mihi adiudicari ꝛ eundem b.ad eius reſti/
tutionem condemnari.ꝛ in hoc libel.licet
nomē acti.nō ꝓponať ſufficit vt cauſa edať
que talis eſt.vnde cum ipſam quaſi vſucepe
rim peto ꝛc̄.vt in predicto.§.vt ecce plerūq̄ꝫ
vel poteſt aſſignari pro cauſa hec.vnde cuꝫ
ipſa fuerit mihi tradita ex cauſa emptionis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peto ⁊c. ⁊ eſt eadez prima cũ iſta q꞉ traditio
ex iuſta cauſa parit vſucapionẽ. vt. ff. ꝺ pu
bli. l. i. ij. iij. ⁊. iiij. Nũc videamꝰ de act. reciſ-
ſoria qualr libel. in ea formaꝉ. Et sciendũ ē
ꝙ act. reciſſoria locũ h꞉ cũ abſens eē reipu-
blice vl' captꝰ ab hoſtib꞉ vl' ex alia neceſſaria
cauſa vl' ꝓbabili vſucepit rem pñtis. vl' pre
ſens rem abñtis ex cauſis premiſſis. vt inſti.
de act. §. rurſus. ff. ex qui. cau. ma. in integr.
reſti. l. i. ⁊. ij. vñ reuerſo abſente formabiꝉ li-
bel. in hũc modũ. Dico ego a ꝯtra b. ꝙ ipſe
in abſentia ſua rē meā vſucepit. vñ ſupplico
vobis dñe iudex implorando officiũ veſtrũ
quatinꝰ reſcindatis vſucapionē vt ea reſciſ-
ſa poſſim rem meā petere q̄ſi eā nō vſucepiſ
ſet. q̄ impetrato poterit agere vtili reciſſoria
rei ven. nec erit ꝓpriũ nomē act. hoc qđ dico
reciſſoria ſ꞉ adiectio quedā ⁊ illa q̄ p̄mo erat
directa dabiꝉ vtilis. vt. C. qui. ex cau. ma. in
inte. reſt. l. i. ⁊ de capt. ⁊ poſtli. reuer. l. ab ho-
ſtib꞉. Item eſt ⁊ alia act. pretoria ⁊ ꝑſonalis
que daꝉ creditori ad reuocādũ ea q̄ in frau
dem ipſius ſũt alienata. ⁊ appellaꝉ pauliana
ſiue in factũ. vt. ff. de vſufru. l. videamꝰ. §. in
fauiana. ⁊. ff. de his q̄ in frau. cre. l. hec i fa-
ctũ. ⁊ poniꝉ hic inter act. reales ꝓpter quan-
dā ſimilitudinē quā habet cũ ſupiori. q꞉ ſic
reſcindiꝉ in ea vſucapio ita ⁊ iſta traditio.
vt inſti. de act. §. Itē ſi quis. ⁊ forma in ea li-
bel. ſic. Dico ego i. ꝯtra b. ꝙ debitor meus i
fraudē alienauit ⁊ vendidit ei bona ſua. ⁊ ꝙ
ego iuſſus fui ex ſentētia preſidis bona poſ
ſidere ipſiꝰ debitoris. vñ ꝓponēdo ꝯtra ipſũ
paulianā act. peto poſſidere illa bona ac ſi
nō eēnt tradita ipſi b. ⁊ bo. poſ. in me tranſ-
ferendā adiudicari peto. cauſa iſtiꝰ acti. eſt
hec. ⁊ q꞉ in fraudē alienauit peto ⁊c. ſufficit
vt loco act. ponaꝉ cauſa ſic. vnde cũ in frau
dem meā debitor alienauerit peto ⁊c. ⁊ daꝉ
pauliana iſta ad reuocandũ corpalia. actio
ꝓo in factũ daꝉ ad incorpalia ſm̄ q̄ſdam. ſ꞉
dicas ꝙ pauliana nō eſt ꝓpriũ nomē act. ſed
eſt quedam adiectio ⁊ dabiꝉ act. in factũ taz
ꝓ corpalib꞉ q̄z pro incorpalibus. Actio ꝓo
fauiana daꝉ patrono ad reuocandũ ea que
libertus in fraudem patroni alienauit. ⁊ eo
dem modo formabis libellum in ea ſicut in
pauliana vel in factum vt ſupra dictum eſt
Caluiſiana ꝓo actio daꝉ vtriq꞉ ſc꞉ tam cre-
ditori q̄z patrono. in qua eodem modo for-
ma libellũ ſicut in predictis. Reſtat videre
de ſeruiana act. ⁊ quaſi ſeruiana. que etiam
ypothecaria vocaꝉ. ⁊ qualiter in eis libellꝰ
formaꝉ. Et ſciendũ eſt ꝙ ſeruiana daꝉ dño
fundi in rebus coloni que pignoris vice vl'
iure pro mercedibus fundi eidem teneꝉ.
vt inſti. de act. §. Item ſeruiana. ⁊. ff. qui. ex
cau. pign. ta. ꝯtrah. l. ij. Forma ergo libellũ
in act. ſic. Dico ego a contra b. ꝙ bona que
ſunt illata ⁊ inuenta in fundo meo ſunt mi
hi obligata pro mercede fundi. vnde propo
nendo ſeruianam ſiue ypothecariam con-
tra ipſum b. peto illa pignora mihi tradi ⁊
eundem b. ad reſtitutionem eorundem pi-
gnorum mihi condemnari. Cum aũt pro
iſta act. poterit poni hoc ſc꞉ vnde cum bo-
na illa vbicunq꞉ ſunt ipſo iure tacite ſint mi
hi obligata peto ⁊c. eodem modo formabis
libellum in illa ypothecaria ſiue ſeruiana
que daꝉ dño domus in bonis inquilini in
eadez domo illatis. quaſi ſeruiana ſiue ypo
thecaria daꝉ creditori ad pignora ſua perſe
quenda. vt inſtitu. de acti. §. ſeruiana. ⁊ for-
maꝉ libell. ſic in iſta quaſi ſeruiana. Dico
ego c. contra l. ꝙ ipſe detinet equum quem
mihi obligauit ꝓ. x. libris. vnde ꝓponendo
contra ipſum ypothecariā. peto dictũ equũ
mihi tradi ⁊ ipſum ad reſtitutōnem ipſius
equi condemnari. ⁊ cauſa erit in hoc libello
quam ſufficit proponere ſc꞉ hec. vnde cum
dictus equus ſit pro. x. libris mihi obligatꝰ
peto ⁊c. De ꝓo act. ſc꞉ ſeruiana ⁊ quaſi ſerui
ana q̄ ypothecaria vocaꝉ ſunt in rem vnde
danꝉ contra quemlibet poſſidentem. Re-
ſtat videre de actionibus pretorijs perſona
libus qualiter in eis formaꝉ libellus ⁊ p̄mo
de act. de cōſtituta pecunia videamus. ⁊ na
ſciꝉ actio de conſtitu. pecu. quotiens aliq̄s
conſtituit ſe ſoluturũ quod ipſe debet vl' aliꝰ
vt. ff. de conſtitu. pecu. l. qui aũt. in fi. ⁊. l. ſe-
quenti. dummodo tamen ſit debitum ciuiliter et
naturaliter vl' naturaliter tm̄. Secus ſi ci-
uiliter tm̄. vt. ff. de conſti. pecu. l. i. §. penult.
⁊. l. iij. §. primo. Unde ſic formabis libel-
lũ. Dico ego a. ꝯtra b. ꝙ ipſe ꝯſtituit ſe ſolu
turum decē libras quas mihi debebat cau
ſa mutui. vñ ꝓponēdo act. de ꝯſti. pe. contra
ipſum peto eundem mihi in dictis. x. libris
ꝯdemnari. ⁊ erit cauſa iſtiꝰ act. hec ſc꞉ quia
conſtituit ſe mihi ſoluturũ qđ debet mihi.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vñ peto ⁊c.ſʒ ſi ꝑ alio ꝯſtituit ſe.x. libras ti-
bi ſolutuꝝ.formab' in narratõe ſic libel.vnð
cũ ipſe ꝑ tali ꝯſtituerit ſe.x. libras mihi ſolu-
turũ peto ⁊c.⁊ eodẽ mõ formab' ſi ex alia cã
q̃s ex mutuo debeant̃. Nũc videam⁹ de act.
de peculio q̃ dat̃ ꝯ dñm ex ꝯtractu ſui ſerui
vt inſti.qð cũ eo.in ꝑn.⁊ etiã dat̃ ꝯtra prẽm
noīe filij.formab' ḡ in eo libel.ſic. Dico ego
a.ꝯ b.ꝙ vẽdidi s.'ei uo ſuo equũ p.x.q̃re ip
ſe b.de peculio ſerui ſui ſtichi mihi tenet̃.vñ
ꝓponẽdo ꝯtra ipm b.act.ex vẽdito peto vt q̃
ten⁹ẽ in peculio ipi⁹ ſerui ſtichi vlʒ ad q̃titã
tẽ illoꝝ.x.ꝓdictoꝝ b.mihi ꝯdẽnari. Et no-
tandũ ꝙ hec dictio de peculio nõ ẽ nomẽ ac
tionis ſʒ ẽ adiectio q̃dã ſicut exercitoria.inſti-
toria ⁊ tributoria.vt ar. ff.de pecu.l.iij.§.iul.
⁊ erit cã in iſta act.talis ſcʒ q2 vẽdidi.quam
ſufficit ꝓponere loco act.ſcʒ ſic.vñ q2 p.x.vẽ
didi peto ⁊c.ſilr ꝯtra prẽm ex ꝯtractu filij pt
formari ſic libel. Dico ego a.ꝯtra b.ꝙ vẽdi-
di filio ſuo quez habet in ptãte equũ p.x.⁊c.
de filio in ptãte feci mentionẽ.iō q2 q̃ ſui iu
ris ẽ peculiũ hr̃e nõ põt.vt.C.de inoffi.teſt.
l.fi.in fine. Itẽ ex iureiurãdo pſtito ex dila-
tõne iudicꝫ vl' ptis aduerſe orit̃ in factũ act.
ſi iuret̃ nõ adiecta cã ex q̃ dicat ſibi deberi.ſ.
ſi iuret informiter.ſi aũt adijciat cauſã ex q̃
dicat ſibi deberi veluti mutuo vl' etiã ſilib9.
orit̃ act.ex illa cã.⁊ tũc dr̃ iuraſſe formiter q̃i
forma ſiue cã adiecta.vt.ff.ð iureiur.ſi duo
§.ſi iurauerit.⁊.§.idẽ dicem⁹.⁊.§.idẽ marcel
lus.⁊ iō forma in illa libel.ſic. Dico ego a.ꝯ
b.ꝙ cũ peterẽ ab ipo.x.ex cã mutui.⁊ ipſe de
tulerit mihi iuramentũ ⁊ ego ſimplr̃ iuraui
ꝙ ipſe debebat mihi illa.x.ꝓponẽdo act.ĩ fa-
ctũ ꝓuenientẽ ex iureiur.peto dictũ b.in di-
ctis.x.libris mihi ꝯdẽnari.cã in iſto libello
erit tal'.q2 iuraui q̃ poterat poni loco acti.ſi
ãt iuraui formit̃.i.adiecta cã.ſ.q2 ex cã mu-
tui ðbebat tũc dicã ſic.vñ q2 ꝓponẽdo ꝯditi
onẽ certi q̃ naſcit̃ ex mutuo iuraui ex cã mu
tui mihi deberi peto ⁊c. Reſtat videre ð act.
penalib9.⁊ ꝑmo ð illa q̃ dat̃ ꝑ albo ꝑtoꝝ cor
rupto. Erat ei albũ ꝑtoris dealbatio q̃dam
poſita in eminẽti loco in q̃ albo erat ſcptũ ð
citãdo aliquẽ vl' de aliq̃ ꝑcepto generali vel
ſpẽali.vt.ff.de albo ſcpt.l.i.⁊.ij.⁊ ẽ pena l.au
reoꝝ ſtatuta ꝯtra corruptoꝝ maliciã.vt.ff.
de iuriſdi.om.iudi.l.ſi qs. Forma ḡ lib.ſic
in hac act. Dico ego a.ꝯ b.ꝙ ipſe corrupit
albũ ꝑtoris.vñ ꝓponẽdo ꝯtra ipm act.in fa-
ctũ peto ipm in.l.aureis noīe ꝓpli mihi ꝯdẽ
nari. Iſta em̃ act.ꝓplaris debet dici a ꝓplo.
q2 ius ꝓpli tuet̃.vt.ff.ð ꝓpla.act.l.ij.⁊ erit cã
iſti⁹ act.hec ſcʒ q2 albũ pretoꝝ corrupit q̃ po
terit poni loco act. Itẽ de act.in factũ q̃ dat̃
patrono ꝯtra libertũ vl' patri ꝯtra filiũ vidẽ
dũ eſt. Habet em̃ locũ qñ libertus vocat pa
tronũ in ius ſine venia impetrata vl' filius
patrẽ.vt inſti.ð act.l.penales.C.de i ius vo
can.l.ij.⁊ eſt pena illi⁹.l.aure.vt.ff.de in ius
vocãdo.l.penult. Forma ḡ libel.ſic in hac
act. Dico ego a ꝯtra b.libertũ meũ ꝙ ipſe vo
cauit me in ius venia non impetrata.⁊ ideo
incidit in edictũ ⁊ tenet̃ ad penã.l.aure.vn-
de ꝓponendo ꝯtra ipm act.in factũ peto eũ-
dem mihi in.l.aure.ꝯdemnari noīe pene.et
erit cauſa iſti⁹ act.iſta ſcʒ.q2 me patronuʒ in
ius vocauit nõ impetrata venia que ꝓponi
põt loco act.eodẽ modo formabis ſi pr agat
ꝯtra filiũ in eadẽ act.ſed caue tibi q2 vltima
act.nõ dat̃ ꝯtra filiũ qui ẽ in ptãte.q2 impe-
trata venia nõ poſſet patreʒ in ius trahere.
vt.C.de in ius vocando.l.fi.q2 nulla lis in
ter patrẽ ⁊ filiũ eſſe poteſt niſi de caſtrenſi pe
cul'.vel quaſi.vt.ff.de iud.l.nulla. Preterea
dat̃ act.in factũ ꝯtra eũ qui debitorẽ alicui⁹
vocatũ in ius vi detinuit vel dolo detineri
fecit ut ipſe liberet eũ a tpali obligatiõe qua
obligatus eſſet ⁊ dat̃ in ipm obligatio inq̃
tũ actor iurauerit in litẽ ꝯtra ipſuʒ.vt.ff. ne
q̃s eũ qui in ius vocat̃ vi eximat.l. preſerti
§.i.⁊ formabit̃ libel.in hũc modũ Dico ego
a.ꝯtra b.ꝙ ipſe debitorẽ meũ in ius vocatũ
vi detinuit q̃ minus in iudicio cõpareret ⁊
ita liberat̃ debitor act.qua mihi tenebat̃ vñ
ꝓponendo act.in factũ ꝯtra eũ peto eundeʒ
b.q̃tũ in litẽ iurauero mihi condemnari.⁊
cauſa iſtius acti.eſt talis.ſcʒ q2 vi exemit a
iudicio debitorẽ meũ ⁊ ita ab act.q̃ mihi te-
nebat̃ liberat̃:quã cauſam ſufficit ꝓponere
loco act. Eodem modo formabis libellum
ꝯtra eũ qui dolo ꝓcurauit vt ali⁹ eximeret.
ſed q̃d ſi nõ vi ſʒ alio modo ꝓcurauit quo
min⁹ veniret certe tũc hʒ act.in factũ q̃ ðſcẽ
dit ex eo edicto ꝑ quẽ factũ erat q̃ minus in
iudicio veniret ⁊ datur ad intereſſe actoris
vt.ff.de eo ꝑ quem factũ erit.l.fi.i.rñ.⁊ hec
eſt differentia inter hanc acti.⁊ ſuperiorem
que deſcendit ex eo edicto ne vis fiat ei ⁊c.

ꝛ in vtraqꝫ eodē mō formabis libellū. ſꝫ i ꝑ
ma facias mētionē ꝯ vi. in ſcḋa nequaqꝫ Re
ſtat videre de ꝑiudicialib᷑ act. ꝛ ꝑmo de illa
in q̄ querit᷑ an aliq̄s ſit liber vl' ſeruus. ꝛ hꝫ
locū qn̄ aliq̄s vēdicat ſeruū q̄ eſt in ꝓtāte ꝛ
poſſeſſione libertatis. vl' qn̄ eſt in poteſtate
ſeruitutis vēdicat ſibi libertatē. In ꝑmo for
ma ſic libel. Dico em̄ a. ꝯtra b. ꝙ licet ipſe b
ſit in poſſeſſione libertatis. ē tn̄ ſeru⁹ meus.
vn̄ vendico ipm̄ in ſeruitutē ꝛ peto eundem
mihi adiudicari. ꝛ ecōtra ſi b. ſit in poſſeſſio
ne ſeruitutꝫ ticij ſic formabit᷑ li. Dico ego b.
contra t. ꝙ lꝫ ipſe t. me poſſideat in ſeruitute
ſiue in libertinitate. liber tn̄ ſum. vn̄ vendi-
co me in libertatē ꝛ peto liberū me ꝓnuncia
ri. ꝛ ipm̄ t. ne me impediat in libertatē mihi
ꝯdemnari. Itē forma ſic libel. in illā ꝑiu
diciali qua querit᷑ an aliq̄s ſit libertus vl' in
genuus. Dico ego. b. ꝯtra t. ꝙ lꝫ ſit in poſſeſ-
ſione ingenuitatꝫ. tn̄ eſt libertus me⁹ vn̄ vē-
dico ipſum in libertū ſiue in libertinitatēꝫ. ꝛ
peto ipm̄ tanqꝫ libertū meū mihi adiudica-
ri. ꝛ ecōtra ſi t. a b. poſſideat᷑ vt libertus. ꝓpo-
net᷑ ſic libel. Dico ego t. ꝯtra b. ꝙ lꝫ me poſ-
ſideat vt libertū. tamē ſum ingenuus. vnde
vēdico meā ingenuitatē. ꝛ peto me ingenuū
ꝓnunciari ꝛ ipm̄ ne me impediat vti inge-
nuitate mihi cōdemnari. Itē in illa ꝑiudi-
ciali in qua querit᷑ an q̄s ſit filius alicui⁹ an
nō formabit᷑ libellus hoc modo. Dico em̄ a
contra b. ꝙ lꝫ ipſe ſit in poſſeſſione ſui iurꝫ
tamē filius meus eſt. vnde vēdico ipm̄ in fi
liū ꝛ peto eū in filium mihi adiudicari. ecō
uerſo ſic format᷑ libellus Dico ego b. ꝯtra a
ꝙ lꝫ ipſe poſſideat me in filiū. tn̄ dico me nō
eſſe filiū eius. vn̄ vendico me in ꝓpriā liber-
tatē ꝛ peto me nō filiū eius adiudicari. ꝛ ip-
ſum ne me impediat vti ꝓpria libertatē vt ex
traneū mihi ꝯdemnari. Iſte ꝓo actōnes di
cunt᷑ ꝑiudiciales. vt inſti. de act. §. ꝑiudicia
les. q꜃ ꝑiudicant oib᷑ aliis act. vl' queſtioni
bus ſiue criminalib᷑ ſiue ciuilib᷑ q꜃ primo
querit᷑. vt. ff. de orig. iur. l. i. ij. ꝛ. iij. ꝛ. ff. de or
di. cog. ꝑ totū. Reſtat videre qualr̄ format᷑
libel. in ꝯdi. ꝛ primo dicendū eſt ꝙ eſt que-
dam ꝯditio certi generalis que dat᷑ ꝓ oi eo
qḋ certū debet᷑. vt. ff. ſi cer. pet. l. certi. ꝛ in ea
for. li. ſic. Dico ego t. ꝯtra l. ꝙ ipſe debet mi-
hi equū ex cauſa empt. vn̄ ꝓponendo ꝯtra ip
ſū cōdi. certi peto eundē. l. ad traditionem
equi ex cauſa ꝓmiſſa mihi ꝯdemnari. codeꝫ
mō forma libel. in iſta generali ꝯdi. ſi ex ali⁹
qua alia cauſa mihi aliquid certū debeatur
Itē ſūt ꝛ alie ꝯdi. ſpeciales. vt ꝯditio certi
ex mutuo. ꝯditio certi ex ſtipulatōne. ꝯditō
indebiti ſine cauſa ꝛ ſiles in quib᷑ format᷑
libel. ſicut in generali ꝯditōe. ſꝫ tantūmodo
in conditōibus generalib᷑ aſſignabit᷑ cau-
ſa. q꜃ alicui nō dat᷑ aliqua ꝯditio ex re ſua. ſꝫ
tantū ꝓ eo qḋ debet᷑ ex cauſa alia niſi ex cau
ſa furtiua. Illa em̄ ꝓ re ſua tantūmodo da
tur ꝯtra furē ꝛ heredem eius ꝛ eſt ſpeciale ī
ea vt plurib᷑ act. fur teneat᷑. vt inſti. de acti.
§. ſic itaqꝫ. ꝛ. ff. de vſufru. quēadmodū ca. l.
finali. Item reſtat videre de act. ex ſtipula-
tu q̄lr̄ in ea for. libel. hec aūt dat᷑ qn̄ aliquid
incertū ꝓmittit᷑. vt inſti. de ꝟbo. obli. in ꝑn.
ꝛ format᷑ ſic libel. Dico ego a. ꝯtra b. ꝙ ipſe
ꝓmiſit mihi facere domū ꝑ ſtipulationē. ꝛ
q꜃ non fecit ꝓpono ꝯtra ipſum act. ex ſtipu-
latu. ꝛ peto ipm̄ ad intereſſe meū qḋ eſtimo
x. mihi ꝯdemnari. iſtius libelli formatio ꝑt
elici a. l. ff. de re iud. l. ſi q̄s ab alio. §. fi. ꝛ licꝫ
nomē act. ꝓponat᷑ in libel. ſufficit tn̄ ponere
cauſam hanc. ſ. q꜃ domū ꝑ ſtipulationē pro
miſit mihi facere ꝛ nō fecit. Item in act. cō-
mo. format᷑ ſic libell⁹. Dico ego m. ꝯtra a. ꝙ
ego accōmodaui ſibi codicē meum ad ſcri-
bendum. vnde ꝓpono act. cōmo. ꝯtra ipſum
finito vſu ad quem codex fuit cōmodatus.
ꝛ peto eundem a. ad reſtitutionem. L. mihi
ꝯdemnari ꝛ erit cauſa in iſta act. quam ſuf
ficit ꝓponere hec. i. q꜃ cōmodaui ſibi codi-
cem meum ad ſcribendum ꝛ vſus finitus
eſt. Item in actione depoſiti forma. ſic libel
lum. Dico ego t. ꝯtra l. ꝙ ego depoſui peneſ
eum digeſtum meum. vnde proponendo ꝯ
eum actionem depoſiti. peto eundem. l. ad
reſtitutionem digeſti mei mihi condemna
ri. ꝛ erit cauſa in iſta actione quam ſufficit ꝓ
ponere talis. ſcꝫ quia depoſui. ꝛ nota ꝙ da-
tur in ſimplum actio depoſiti niſi in his ca
ſibus. ſcꝫ quando depoſitum eſt cauſa incē
dij. tumult⁹. ruine. naufragij. in quib᷑ caſi-
bus ſi depoſitarius inficiet᷑ tenetur ad du-
plum. vt inſtitu. de actio. §. plane. ꝛ. §. in du
plum. ꝛ. ff. depoſiti. l. i. §. i. ꝛ for. libellum ſic
Propono ego. l. contra t. ꝙ ego ob timoreꝫ
incendij digeſtū meūꝫ apud ipm̄ depoſui. ꝛ
q꜃ inficiat᷑ depoſitū ꝓponēdo contra ipſum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

actionē depoſiti peto eundē ꝫ t. mihi in du/
plum condemnari.⁊ erit cauſa in iſta act.ſ.
hec.quia depoſui apud eū rem ⁊ ipſe inficia/
tus eſt. Itē eodem modo forma libel.in du
plū quando petit̄ in aliis caſibꝫ quatuor ſci
licet qn̄ cauſa tumultꝰ incendii ruine ⁊ nau
fragii depoſitū eſt. Item in act.man.forma
libel.in hunc moduꝫ. Dico ego t ꝯtra s.ꝙ
ego ſibi mandaui vt emeret mihi equū ⁊ il/
le ſuſcepit mandatū.ſed illud non impleuit
ꝓpter quod damnificatus ſum ad valorem
x.librarū ⁊ tantū eſtimo intereſſe meū.vnde
ꝓpono ꝯtra ipm act.man.peto etiā eundem
s.in.x.libris noīe intereſſe mihi ꝯdēnari ⁊c.
Iſta eñ act.demū cōpetit qn̄ recipit interel
ſe. Ad intereſſe eñ dat̄.vt.ff.man.l.ſi ꝓcura
tor.§.mandati actio Itē videndū eſt de act.
ꝓ ſocio q̄ hꝫ locū qn̄ ſocietas cōtrahit̄ inter
aliq̄s ꝯſenſu.vt.ff.ꝓ ſocio.l.vt ſit.⁊ naſcit̄ d
mū finita ſocietate.vt.C.ꝓ ſocio.l.tamdiu.
⁊ format̄ li.in hac act.in hūc modum. Dico
ego t.ꝙ inter me ⁊ s.iniuimꝰ ſocietatē emen
di vinū vſq ad.c.libras.vñ cū ipſe ſociꝰ noīe
ſocietatis tm̄ de vino emerit peto ꝑcem vini
deducto capitali mihi adiudicari.⁊ ad reſti
tutionē dicte ꝑtis ipm mihi ꝯdēnari.⁊ erit cā
in iſta act.talis.ſ.qꝛ ꝯtraximꝰ ſocietatē.⁊ ſilr
dat̄ ꝓpter dolū vl̄ culpam ſocii.vt.ff.ꝓ ſocio
nemo.⁊.l.ſequēti.C.ꝓ ſocio.l.iiii. Itē in ac.
ex empto for.ſic li. Dico ego t.ꝯtra s.ꝙ ego
emi equū ab eo ꝓ.x.libris.vñ ꝓponēdo ꝯtra
ipm act.ex empto.peto eundē ad reſtitutio/
nē equi mihi ꝯdēnari ex ꝑte aūt venditoris
petit̄ ſic. Dico ego s.ꝯtra t.ꝙ ipſe debet mi/
hi.x.ex venditōne talis equi quē ſibi vēdidi
⁊ tradidi.vñ ꝓponendo ꝯtra ipm act.ex ven
dito peto eundē t.in illis.x.mihi ꝯdemnari
⁊ erit cauſa in hac act.talis ſcꝫ qꝛ vendidi et
tradidi. Itē in act.locati for.li.ſic. Dico ego
h.ꝯtra t.ꝙ ego locaui ſibi domū talē vſꝫ ad
annū mercede.x.li.ꝯſtituta mihi ⁊ promiſſa
ab eodē t.vñ ꝓponēdo ꝯtra ipꝫ act.locati.pe
to ipm in.x.libras mihi ꝯdemnari.⁊ ecōtra
ꝯductor ꝓponet hoc modo. Dico ego t.ꝯtra
h.ꝙ ego ꝯduxi talē domū ab eo vſꝫ ad annū
mercede.x.li.ſibi ꝓmiſſa vñ ꝓponēdo contra
ipm act.ex ꝯducto peto eundē h.vt domum
ꝯductā ad habitandū mihi tradat ꝯdēnari
Reſtat videre de act.fur.manifeſti in q̄ ſic
for.li. Dico ego a.ꝯtra b.ꝙ ipſe palā ſurripu

it equū meū.vnde ꝓponendo cōtra ipm act.
furti manifeſti.peto eundē in quadaꝫ ſūma
pecunie noīe pene ꝯdemnari.⁊ erit cauſa in
hac act.quā ſufficit ꝓponere talis.ſcꝫ qꝛ fur
tū fecit manifeſtū.⁊ eodē modo for.li.in act.
furti nō manifeſti.ſꝫ hec ē dr̄ntia qꝛ in ꝑma
act.quadruplū eſt pena vltra rei ꝑſecutiōeꝫ
in ſcd̄a ſcꝫ furti nō manifeſti duplum ē pena
extra rei ꝑſecutiōem.vt inſti.de act.§.ex ma
leficio. Itē in act.vi bo.rap.ſic for.lib. Dico
ego.t.ꝯtra b.ꝙ ipſe a manibꝫ meis talē rem
vi rapuit.vñ ꝯtra ipm act.vi bo.rapto.ꝓpo/
nens peto eundē b.in quadruplū rei in ipſo
quadruplo cōputata ꝯdēnari.vt inſti d act.
§.pena.⁊.§.vi bo.rap.⁊ inſti.vi bo.rap.§.q̄
druplū. In furto aūt manifeſto totū q̄dru
plum eſt pena.⁊ erit cauſa in iſta act.vt di/
ctū eſt.quia talem rem rapuit de manibus
meis. Item in act.l.acqui.forma libellū cō
tra negantē ſic. Dico ego t.ꝯtra b.ꝙ ipſe per
culpam ſuā occidit ſeruū meum quem eſti/
mo.x.⁊ ſi negat ſeipſum occidiſſe ꝓponendo
contra eū act.l.acqui.peto eundem.b.in du
pluꝫ.ſcꝫ in.xx.mihi ꝯdēnari vt vnū ſimplū
ſit ꝓ damno dato ⁊ aliud ſit ꝓ pena quia ne/
gauit. Contra confitentē aūt formabis li/
bellū ſimilr̄ ſic dictū eſt ſupra ꝓxi.ſi ſimpluꝫ
petit̄ Erit aūt cauſa in priore act.ſcꝫ talis qꝛ
damnū dedit ⁊ ſic erit in primo caſu pena.i
ſecundo ꝓ non.preterea in alio caſu eſt pe
nalis.quia ſi agit̄ ex primo capite.l.acquil.
eſtimabit̄ res q̄nti plurimi fuerit retro īfra
annum.ſi aūt agat̄ ex tercio capite.tunc eſti
mabit̄ res q̄ntum retro plurimi fuerit infra
xxx.dies.vt inſti.ad.l.acquil.i.reſpon.⁊.§.
hoc tamē capite.⁊ inſti.de act.§.ſed ⁊ legis
acquil.act.⁊ tunc in ea ſic forma libellū. Di
co ego.c.contra.k.ꝙ ipſe occidit ſeruuꝫ me/
um qui valet.x.ſed hoc anno valuit.xxx.vñ
ꝓponendo ꝯtra eum act.l.acqui.quia debꝫ
fieri mihi eſtimatio ſerui occiſi quanti retro
plurimi fuerit infra annū peto eundem mi
hi in.xxx.ꝯdemnari.eodē modo for.libellū
ſi agat̄ ex tercio capite.ſed nō fiet eſtimatio
niſi q̄nti plurimi retro fuerit infra.xxx.dies
Item reſtat videre de act.famil.herc̄.q̄ ha/
bet locum inter coheredes ⁊ naſcit̄ ex quaſi
contractu.vt inſti.de oblig.que ex quaſi cō
tractu naſcunt̄.§.idem iuris.dum tñ ambo
poſſideāt vl̄ confiteant̄ ſe heredes ⁊ forte in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ea forma libellum ſic. Dico ego.g.contra.s
ꝙ fuimus coheredes in tali hereditate. vñ
ꝓponendo actionē famil'.herc.ꝯtra illum pe
to illam hereditatem diuidi.⁊ dico ꝙ in iſta
actione ⁊ in duab⁹ ſequētibus permittitur
iudici rem vni adiudicare illuꝫ alteri in cer
ta ſumma pecunie condemnare prout ipſi
videbit.⁊ erit cauſa in hac actōe qꝛ fuimus
coheredes. Itē ſimili modo formabis libel
lū in actione cōmuni dicens que habet lo-
cū inter eos q̇bus eſt aliqua res cōmunis
ſine ſocietate veluti legata vl' donata. vnde
orit ex quaſi contractu.vt inſti.de obli.q̄ ex
quaſi ꝯtractu.§. Item ſi inter aliquos. Iteꝫ
in act.finiū regun. ita forma.libelluꝫ.Dico
ego.b.ꝯtra.t.ꝙ inter me ⁊ ipſū habem⁹ du-
os fundos.ipſe vnū ⁊ ego alium adeo confi
nes ꝙ vix poſſunt agroꝝ fines diſcerni.vn
de ꝓponēdo contra ipſū actionē finiū regū.
dico ego ⁊ peto vt fines diuidant ⁊ mere diſ
cernant ſic vt finalis iurgij queſtio ſiue cō
trouerſia inter nos ſopiat. Item videndū
eſt de act.ſerui corrupti que dat ꝯtra eū qui
alienū ſeruū hortatu vl' conſilio corrupit in
animo.vt inſti.de obli.que ex ma.naſcūtur
§.vnde illud queſitū.⁊.C.de furtis ⁊ ſeruo
corrupto.l. Si quis pſuaſerit.⁊.ff.de ſeruo
corrupto.l.i.§.pſuadere.⁊ quaſi p totū titu.
vnde in ea ſic format libellus. Dico ego.a.
cōtra.b.ꝙ ipſe pſuaſit ſeruo meo vt aufuge
ret ⁊ aufugit.⁊ ſic eū corrupit.vnde ꝓponen
do actionē ſerui corrupti peto ipſū.b.in du
plū.ſcꝫ p deterioratōe in.x.⁊ in alijs.x.p pe
na mihi ꝯdemnari.⁊ erit cauſa in hac actio
ne talis.ſcꝫ qꝛ ſeruū corrupit quā ſufficit ꝓ-
ponere loco actionis. Itē reſtat videre de
cōdi.ex.l.que naſcit ex.l.ꝯdicticia.⁊ dat ad
triplū ꝯtra eū qui maiorē ſūmā q̄ȝ deberet ī
libello ꝯuentionali inſeruit vt aduerſarius
eius in preſtatione ſportulaꝝ grauaret. vt
inſti.de act.§.tripli.⁊ in ea format ſic libell⁹
Dico ego.a.ꝯtra.b.ꝙ ipſe in libello ꝯuenti
onali contra me porrecto maiorē ſūmam q̄ȝ
deberet inſeruit vt ob hoc grauarer in pre-
ſtatione ſportularū.occaſione cui⁹ maioris
q̄ȝtitatis damnificatus ſum in decē ſolidis
vnde ꝓponēdo contra ipſum.b. condi.ex.l.
peto eundem in triplū.ſcꝫ in triginta ſolid.
vicꝫ in.x.nomīe damni dati.⁊ in.xx. nomīe
pene mihi condemnari.⁊ conditione ex ea-
dem.l.agitur contra executorem p eo ꝙ exe
git ſportulas maiores a reo q̄ȝ deberet ſm
q̄ȝtitatem in libello comprehenſam.⁊ poteſt
ſic formari libellus contra ipſuꝫ. Dico ego
a.contra.b.executorem qui exegit maiores
ſportulas q̄ȝ deberet ſm q̄ȝtitatē in libello cō
prehenſam propter quod damnificatus ſū
in.x.ſolidis.vnde propono contra ipſū cō-
di.ex.l.condi.⁊ peto eum in quadruplum.ſ.
in.xl.quorum deceꝫ ſūt nomine damni mi-
hi dati.⁊.xxx.nomine pene mihi condemna
ri.vt inſtitu.de actio.§. Item ex.l.condict.
Cauſa in iſta actione erit talis.ſcꝫ quia exe
cutor exegit a me maiores ſportulas q̄ȝ de-
beret ſm q̄ȝtitatem in libello comprehenſaꝫ
Item reſtat videre de actione quod metus
cauſa que datur contra eum qui metuꝫ in-
tulit ⁊ contra quemlibet poſſeſſorem.vt.ff.
quod metus cauſa.l.cum quis exceptione.
§.in hac actione in qua ſic forma libellum
Dico ego ticius contra ſempronium ꝙ ipē
detinet rem mihi p metum ablatam. vnde
ꝓponendo acti.quod metus cauſa cōtra ip-
ſum.peto eundem reſtitutionē rei mihi cō-
demnari.⁊ tunc iudex condemnabit euꝫ ad
reſtitutionē rei.⁊ ſi reſtituere non vult pete
tur ab eo quadruplum in quo quadruplo
ipſa res continet.vt.ff.quod metus cauſa.
l.ſi cum exceptione.§.Hec aūt. Et tūc for-
ma libelluꝫ hoc modo. Dico ego ticius cō-
tra ſemproniū.ꝙ ipſe rem p metū mihi ab-
latam detinens nō vult reſtituere licet ſup
hoc ſit condemnatus.vnde ꝓponendo con
tra ipſum acti.quod metus cauſa.peto ipm
in quadruplū id eſt ad rei reſtitutioneꝫ ⁊ in
triplum nomine pene mihi ꝯdemnari.et ſi
reſtituere velit ante ſententiam liberabitur
a pena tripli.vt inſti.de act.§. Item actio.⁊
erit cauſa in hac actione quam ꝓponere ſuf
ficit hec ſcꝫ vnde cum p metum res iſta mi
hi ſit ablata peto ⁊c.⁊ datur hec actio vſꝫ ad
annum tantū in quadruplum. Poſt annū
ꝑo in ſimplum.vt.ff.quod metus cauſa.l.ſi
cum exceptione.§.i.⁊.ij. Item reſtat vide-
re de actio.in factum que deſcendit ex edi-
cto de calumniatoribus.⁊ datur ī quadru
plum ad annum. Poſt annum vero perpe
tuo in ſimplum.vt.ff.de calumniato.l.i.in
princi.⁊ habet locum contra ipſum qui re-
cipit aliquid a me vt me calumnioſe non

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verer.ꝛ idem ſi recipit ab alio vt me calum-
veret. in vtroqꝫ daꝶ mihi actio ꝯtra eum vt
ff. de calũ. l. generalr. §. fi. ꝛ in ea formabis
libellũ ſic. Dico ego ticius ꝯtra ſemproniũ
ꝙ ipſe accepit decẽ a meuio vt me calũnioſe
verarer. vnde ꝓponendo actionẽ in factum
ꝯtra ipm peto eundẽ in quadruplũ ſcʒ in
decem que accepit ꝛ in triginta nomie pene
mihi ꝯdemnari. ꝛ erit cauſa in iſta actione
quã ſufficit ꝓponere hec ſcʒ quia decẽ acce-
pit a meuio vt mihi faceret negociũ calũni
oſe. Si aũt a meipſo recepit vt me nõ vera-
ret calũnioſe forma libellũ ſic. Dico ego tici
us ꝯtra ſemproniũ ꝙ ipſe accepit a me de-
cem ne calũnioſe moueat mihi litẽ. vnde ꝓ-
ponendo actionẽ in factũ contra ipm. peto
ipſum in quadruplũ ſcʒ in decem que acce-
pit a me ꝛ triginta noie pene mihi ꝯdemna
ri. ꝛ erit cauſa in hac actione talis ſcʒ qꝛ de-
cem a me accepit ne calũnioſe ꝯtra me mo-
veret negocium.

Finit feliciter.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf